THE LIBRARY OF CONGRESS

THE LIBRARY OF CONGRESS

Euripides

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ

EVRIPIDIS

TRAGOEDIA

HIPPOLYTVS

QVAM

LATINO CARMINE CONVERSAM A

GEORGIO RATALLERO

ADNOTATIONIBVS INSTRVXIT

LVDOV. CASP. VALCKENAER.

LIPSIAE

SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.

MDCCCXXIII.

PA3973
.H7
1823

B

GENEROSISSIMO FRATRVM PARI,

VIRIS

IN REPVBLICA BELGARVM FOEDERATA

PRIMARIIS,

GVLIELMO IV

ET

CAROLO

COMITIBVS DE BENTINCK.

Elaboratum in Musis amico Franequerano secessu libellum, Batavis nunc typis descriptum, ad Vos defero Vobisque dedico, VIRI GENEROSISSIMI, qui venientem ad Batavos familiaritate quadam dignati mox exquisita me benignitate certatim uterque cumulastis, ut amicum Hemsterhusii, cuius Vos hominis sapientissimi merita cognovistis inter paucos; ut amatorem antiquitatis atque earum in primis literarum, in quibus Vos, Musarum quoque cultores tutoresque Magnifici, quos in paterna domo iuvenes ambo, duce Moyse Solano, fecistis profectus, ne nunc quidem poenitet. Reipublicae enim gerendae sensistis admoti, quid esset ingenuas artes ante fideliter perdidicisse, et, praeter cetera, Romanae Graecarumque Rerumpublicarum statum,

mores, virtutes, vitia, conversiones, earumque causas ex suis fontibus derivatas diligenter expendisse. Qui-
V que Vobiscum rempublicam tractaverunt, suas in utroque dotes, capax ingenium, iudicandi vigorem, animum celsum et philosophum semper admirati, vestro discere potuerunt illustri exemplo, vim animi insitam a natura quantum faustis sub penetralibus doctrina promoveat. Frisios ego Nobiles, qui me puero claruerunt utrique Vestrum amici, GOSLINGAS, VEGELINIOS, quique sunt hodiedum, non ob aliena fortunaeque bona, sed mirabar ob animorum magnitudinem, ob amorem in primis, quo fuere percussi, Thucydidis, Xenophontis, Polybii, Plutarchi, a quibus lectis ubi viri prodierant in lucem, primum experti quod ex umbra prodeuntibus evenire scribit Plato, mox Hagae Comitum Vobis admirationi fuerunt, in Procerum autem conciliis ac legationibus vera eloquentia eminentissimi. In Batavis viros quidem Primarios, meritis et virtute praestantes plurimos, insignes etiam doctrina, quae tales decet, nonnullos noveram; sed, fatebor enim, Frisiorum istorum hac in parte similes in Equestri Nobilitatis ordine hic non putabam me reperturum, qui Platonis scripta legissent, qui divina quadam attoniti delectatione Sophoclis Graecas Tragoedias admirarentur. Vos, VIROS ILLVSTRISSIMOS, cum tales laetus deprehenderim, quem primum publicarem libellum veterem Vobis, si liceret, dedicare constitui; non ut tralaticio more et genus et Proavos atque in

Rempublicam merita, quae novimus omnes esse utriusque Vestrum permagna, ambitiose non audientibus denarrarem; non ut Magnificos mihi pararem defensores, quibus hoc genus literarum non indiget adeo, adversus invidiam, suo si quis modulo se modeste metitur, tutissimum; sed primum ut literarum nostrarum per Europam (Europam hi veteres libelli pervagantur,) cultoribus innotesceret, viros ex prima nobilitate non vi in Anglia tantum homines literatos, sed et habere nos in Batavis etiam nunc studiorum nostrorum existimatores et iudices benignissimos. Deinde hoc idcirco faciendum existimavi, ut utriusque Vestrum admirator, qui multo rarior ad Vos, humanissimos Viros, quam debebam, salutator venio, meae tamen erga Vos observantiae publicum quoddam monumentum exhiberem; quod, ne quis superbe dictum censeat, Vosmet ipsi fatebimini propter Poëtae Philosophi praestantiam haud paulo diutius duraturum quotidianis istis Voltairii, et Henriadis conditori Tragico longo intervallo proximorum, libellis; quorum, ubi cum sermone Francico atque hac rerum scena mores erunt mutati, post aliquot seculorum volumina perexigua supererit inter homines memoria. Sic enim se res habet; dum suus erit virtuti honos atque humanitati, semper etiam ubique terrarum vigebunt ista Graecae Romanaeque sapientiae non nisi cum humano genere moritura monumenta:

„Vivet Maeonides, Tenedos dum stabit et Ide;
„Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno.

Nec Vos sane mirabimini, hac ipsa qua vivimus aetate cupidius quam ante Graecorum scripta requiri, Gallica saltem veste deformata; cum Graeca non nisi a perpaucis in ista Graiarum olim Musarum unica sede Parisina legantur, et Regia Bibliotheca, qua parte maxime censeri debet, Graecis illa Latinisque Codicibus immenso sumptu ab usque Francisco I. conductis dives, elegantissimis quae nunc vigent ingeniis Gallicis neglecta, solis ferme tantum alienigenis, Magno Rege digna liberalitate, quotidie pateat utiliterque inserviat. Atque is est Euripides, qui, cum
VII aliquando apud quemdam suae aetatis Poëtam quereretur, quod eo triduo non ultra tres versus maximo impenso labore deducere potuisset, atque is se centum perfacile scripsisse gloriaretur; „sed hoc, inquit, „interest, quod tui in triduum tantummodo, mei „vero in omne tempus sufficient.“ Sumebant isthac aetate suis sibi meritis quaesitam superbiam; sed ne tum quidem fortasse nimis arroganter loquutus verus fuit vates Euripides, cuius triginta versuum millia, cunctante stylo elucubrata, superata seculorum barbarie, ad nos usque conservata supersunt, cum alterius istius Tragici ne unicus quidem versus perdurare potuerit. Tanquam Tragicus ille tamen ad castigatam Sophoclis maiestatem non aequiparandus, ob facilem versuum dulcedinem, ob eximia morum praecepta, plerorumque studiis multo est accommodatior; quem Vos, ILLVSTRISSIMI VIRI, pulcre novistis,

suae civitatis, omnium quotquot fuere nobilissimae, mores et vitia, iam tum vergentis in prolapsionem, sub personis Heroïcis censorem amabilem utiliter vituperasse, atque ea dedisse permulta, quae viris Principibus, quamcunque gererent rempublicam, etiam nunc formandis essent saluberrima. Cum Pericle videlicet alumnus ille Noster Anaxagorae, Socratis amicus, utrique paene par, totus fortasse severioribus Philosophiae studiis vacasset; sed, cum praeceptor Anaxagoras ab Attico quodam nebulone impietatis accusatus Periclis auctoritate vix evasisset periculum, hoc exemplo territus in blanda Musarum castra secessit, seque Tragoediis dedit Philosophus scribendis, quas tanti fecit Socrates, ut infrequens alias spectator, quando dramata repraesentarentur Euripidis, interesse theatro non dedignaretur. Vobis, qui capitalia miramini Atheniensium ingenia, quorum virtutes expressistis imitando, tanti viri Tragoediam offero VIII
prae ceteris excellentem, et retractatam ab ipso Poëta, et mea quadam cura vulgatis editionibus meliorem. Graeci quidem dramatis quasdam imagines atque elegantias artifice manu dispensatas nitidissimus Ioannes Racinius in suam Phaedram transsumsit; masculam ille tamen iuvenis Amazonii vim more suae gentis frigidis fictae cuiusdam Ariciae amoribus prorsus debilitavit. Vos Tragoediam veterem et naturae suae obsecundantem Hippolytum excipietis, sat scio, benigno vultu, quaque me soletis humanitate; atque olim vobis

lectam a negotiis vacui vestrique cupide relegetis, hoc vobis nomine iucundiorem, quod meis adnotationibus instructa Doctis hominibus prodit commendatior, et iuvenibus Batavis inserviet erudiendis.

Valete, GENEROSISSIMI COMITES, et, quod facitis, literis, et hominibus literatis, mihi denique diutissime favete,

ILLVSTRISSIMORVM
NOMINVM VESTRORVM

Scribebam Lugduni Batav.
ipsis Kal. Maiis.
CIↃIↃCCLXVIII.

cultori perpetuo,
L. C. VALCKENAER.

PRAEFATIO.

LECTORI

S. D.

L. C. VALCKENAER.

Phoenissarum exemplaribus plerisque distractis, quum alia requireretur Euripidis Tragoedia, quae lectionibus Academicis cum harum literarum studiosis posset adolescentibus pertractari, huic instituto nulla mihi videbatur accommodatior Hippolyto. Inter optimas Euripidis Tragoedias, quales sunt Orestes, Alcestis, Ion, Andromache, Iphigenia in Aulide, Troades, Bacchae, mihi quidem eminere videtur Hippolytus, vitiorum illa tamen non immunis, sed a Poëta retractatum emendatumque drama, veris imaginibus illustre, miserabili praesersim ista Phaedrae primum in scenam cum lectulo delatae, cuius in Tragoediis antiquis ne in Sophocleis quidem usquam similis invenietur, quaeque vel sola naturae pictoris ingenium demonstrat; illud praeterea, quam vere iudicaverit Longinus [1]), in duabus in primis mentis concitatae perturbationibus, furore atque amore, versibus Tragicis apte exprimendis hunc Poëtam fuisse felicissimum.

Quandoquidem autem literarum amatores libros veteres legere studemus quam emendatissimos, hoc quoque

[1]) Περὶ Ὕψους XV, 6.

nomine ceteris Euripidis Tragoediis haec erat anteferenda: Hippolyti enim dramate nullum exstat accuratius cum Codicibus antiquis collatum; quos Codices, tametsi
x saepe nos destituant in locis iam dudum ante, quam scriberentur illi, depravatis, ea tamen etiam fatendum est subministrare, quibus nemo esset excogitandis. Erant penes me lectiones ex duobus libris scriptis pervetustis enotatae. Ante hos undecim annos Hippolytus Oxoniae prodiit ex Parisinis Codd. emendatus a Samuele Musgravio, quam Editionem praeter Editoris Praestantissimi varias lectiones et notas commendant observata quaedam Ieremiae Marklandi. Editio nitidissima iis est ornamentis insignis, ut doctis sit Lectoribus dignissima, nihil magis desiderantibus, quam spectatas optimorum Codicum lectiones; ea autem est Editoris politissimi humanitas, ut meas ille tamen in Hippolytum adnotationes plerasque iudicaturus sit iuvenibus saltem erudiendis idoneas. Atque utinam ea mihi vis esset dicendi, qua Musgravio persuaderem, si tantum non habet otii Medicus, quo ceteras etiam Euripidis Tragoedias Editioni paret, vel eadem ratione vel etiam explicatius tractatas, Codicum saltem lectiones, quas Parisiis collegit, ut cum publico communicet! Interim edito libello diligenter usus, quas obtulit ex Codicibus in Hippolyto lectiones, pro instituti ratione saepius tantum indicatas, plerasque sumsi examinandas.

Novas non paucas duo mihi codices subministrarunt Florentinus et Parisinus: ex Florentino lectiones a vulgatis diversas olim excerpserat Is. Vossius: a se descriptas ex libro Vossiano mecum ante hos annos quindecim communicavit vir Clarissimus atque ab eo usque tempore, quo collegae fuimus Franequerae, amicissimus Petrus Burmannus Secundus; accuratissimam autem hac in parte

iuvenis fuisse Burmanni diligentiam ex Bibliotheca publica libellum Vossianum mihi comparanti constitit. Parisinum ex Regia Bibliotheca Codicem, qui praeter Aristophanis Comoedias, et Tragoedias Sophoclis, Hippolytum complectitur Euripidis, accepit utendum Tiberius Hemsterhusius, dignumque iudicavit, cuius variantes etiam in Hippolyto lectiones enotaret: has mihi venerandus senex petenti facilis concessit. Easdem quidem lectiones non paucas ex optimo, quem vocat, et vetustissimo Codice dedit Musgravius; nonnullas tamen etiam diversas et minime contemnendas in codice Parisino detexit Hemsterhusius.

Praeterea varias in hoc Dramate lectiones antiqui Scriptores mihi nonnunquam praebuere, versus laudantes ex Hippolyto, quorum, ut in Phoenissis feceram, paulo diligentius, quam vulgo fieri solet, hic quoque loca reperientur XI
adnotata; aetatis optimae Latinorum quoque Poëtarum ex Euripideis expressa quaedam, et Senecae qui dicitur ex Hippolyti dramate non optimo permulta. Sed nemo plures ex Euripidis Hippolyto versus adhibuit conditore dramatis Christi Patientis, qui vulgo haberi solet Gregorius Nazianzenus.

Illud ego drama quando saepius magna cum libertate vituperavi tanquam indignum erudito Theologo, de illo quid sentiam hic in antecessum declarandum videtur. Insunt huic centoni versus aliorum nonnulli, ex Lycophronis etiam Alexandra; sed maximam partem conflatum est ex aliquot centenis Euripidis versibus, quos de sex tragoediis desumsit, Hippolyto, Medea, Bacchabus, Rheso, (Rhesum legit auctor inter Euripideas perpaucis eorum, quorum ad nos scripta pervenere, lectam:) Troasin, atque Oreste. Quisquis illud drama Christianorum ex aliorum pannis consarcinaverit, materiam uberrimam,

ab Illustri Hugone Grotio pro dignitate tractatam, contaminavit. Daniel Heinsius alicubi, [2]) „Dicas, ait, virum sine exemplo magnum (Gregorium Nazianzi Episcopum) in sermone proso Tragicum, in tragoedia esse Comicum." Ne de metro dicam centenis vicibus violato, tot insunt absurda huic centoni, ut Nazianzenus Gregorius mihi quidem indignissimus videatur contumelia, qua monstrosi foetus pater huc usque fuit a doctis hominibus habitus. Legat mihi quis carmina praesertim Magni Theologi; nullum inter illa reperietur, quod ex aliorum versibus conflaverit, in uno tantum eorum aliquoties [3])

Ἴαμβον εἰπὼν καίριον ἐξ Εὐριπίδου.

Multa quidem insunt orationibus Gregorii, illis etiam, quibus in Iulianum debacchatur, ob quae, praeter ceteros, eximie videri possit Theologi nomen commeritus; sed nihil his ceterisve inesse opinor, quod ad illam cogitandi scribendique possit infantiam aequiparari, quae nulli minus aetati congruit, quam Imperatoris Iuliani. Sed quisquis fuerit inepti dramatis pater, Codicibus qui supersunt Euripidis antiquior egregias mihi saepe lectiones in aliis praebuit Tragoediis, nonnullas etiam in Hippolyto non aspernandas.

XII Ex diversis autem Codicum lectionibus, quae mihi veteres viderentur et legitimae, has in contextum recepi, saepe Musgravii hac in re sequutus iudicium, saepius meum; vulgata prius lectione semper, ni fallor, in ora libri commemorata [4]).

[2]) De Tragoediae Constitut. p. 234.

[3]) Operum T. II. p. 209.

[4]) Quibus *Vulg.* adscriptum legitur in margine libri, his ego lectionibus novas substitui: quibus *Ol.* vel *Olim*, iam reiecerat, melioribus receptis, Musgravius; coniecturis, illic quoque memoratis, *Forte* praefixum; quibusdam lectionibus, de quibus dubites, *Al.* (aliorum Codd. lectio) praefixum. *V. L.* sive *Var. Lect.* variam lectionem ipsius Euripidis demonstrat, quae prioris fuerit vel alterius Editionis Hippolyti. Versibus autem hic numerus legitur adiectus, quibus in

In Adnotationibus subiectis Codicum lectiones, Editionis etiam primae Florentinae, (vitiosis plerisque in alium locum reiectis) sive bonas, seu non omnino contemnendas, omnes exhibui; quae placerent velut Euripideae, aut meas aut aliorum coniecturas adfirmavi; nonnunquam paulo plenius explicanda sumsi, quae viderentur interpretis indigere, aut ad aliorum quoque dramatum loca rectius intelligenda non inutilia futura.

Scriptae sunt Adnotationes ante pleraeque, quam Graecis adiungere Latina constituissem. Eadem hic tandem valere visa fuit ratio, propter quam Phoenissis adieceram Latina Grotii. Sententias Euripideas Latine tantum legere cupientibus prae vulgatis arbitrabar Latina Ratalleri placitura, quae mihi quoque lectu videbantur dignissima. Nihil itaque moratus Casparis Barthii [5]) censuram, suos ipsius praeferentis Ratalleri versibus, motus et meo quodam, et Iani Broukhusii, sed praesertim iudicio Clarissimorum huius aetatis Poëtarum, Adriani Royeni, et Petri Burmanni Secundi, quos hac in re mihi legeram arbitros, Georgii Ratalleri Hippolytum repraesentavi, qualem praebuit Antverpiensis Editio Plantini (anni CIƆIƆLXXXI,) tres exhibens „Euripidis Tragoedias, Phoenissas, Hippolytum, atque Andromachen, de Graecis olim Latino carmine conversas, et tunc primum editas, auctore Georgio Ratallero Ultraiectinae provinciae Senatus Praeside."

Paulo post quam libellus iste prodiisset, sexagenarius Senator in ipsa curia Traiectina finem vitae fuit sortitus, qualem sibi suisque optasse fertur Augustus. Natus ex nobili familia Frisiaca Leovardiae Georgius Ratallerus, XIII
ingenium felix cum alibi quoque terrarum usu hominum

Ed. Barnesii aliisque; atque hoc in commodum Lectoris ab aliis etiam ut fiat Poëmatum veterum Editoribus pervelim.

[5]) Ad Statii Theb. II. v. 113.

literatorum excoluisset, ante Sophoclis Tragoedias Latino carmine convertit, quam annum aetatis explevisset vicesimum. Istius aevi viris quoque Principibus acceptissimus idcirco, magna cum laude publicis muneribus fuit functus. In Senatu Regio Belgarum Mechliniae Consiliarius, et libellorum supplicum Magister, cum ex Dania legatus rediisset, factus supremae apud Traiectinos curiae Praeses, hoc nomine honoratissimum locum invenit in Amplissimi Caspari Burmanni Traiecto Erudito. Traiectini Senatoris munus vir egregius cum magna laude integritatis administravit, sic literarum studiis ad vitae finem deditus, ut, quidquid a negotiis ipsi turbulentis istis temporibus otii suppeteret, id historiarum se scribat [6]) lectione libenter consumere, quarum quum animus esset meditatione lassatus, literis amoenioribus recreari atque in Musarum se gremio conquiescere. Huius Georgii Ratalleri ea fuit verecunda modestia, morum facilitas amabilis, eruditio non vulgaris, ut minime mirari laudes debeamus, in ordinis Senatorii virum, Latinis Graecisque literis expolitum, congestas ab istius aetatis viris Clarissimis, Iano Dousa, Adriano Mylio, Florente Christiano, Gulielmo Cantero, Gerardo Falkenburgio, similibusque. Eo haec a me dicuntur, ut ne quis severam in versus Ratalleri, ingenii exercendi causa scriptos, censuram exerceat, aut Graecis Latina nonnunquam minus convenire criminetur. Quamvis enim in centenis, etiam obscurioribus isthac saltem aetate, numeris ille Latinis feliciter expresserit Graeci Tragici sententiam, vitiis tamen exemplaris Aldini, postea demum correctis, fieri vix aliter poterat quin saepe deceptus laberetur. Ista nunc ambitiose persequi mihi quidem obscura diligentia videbatur. Si quis autem aliquando

[6]) In Epistola Tragoediis Euripidis praefixa.

in his se corrigendis exercere voluerit, is velim gratus meminerit meritorum Clarissimi Senatoris, et quam longe remoti sint huius aetatis mores ab istorum temporum ratione; quibus Senatus Traiectini Praeses Graecas Euripidis Tragoedias carmine Latino posteris interpretabatur, et Praeses Parisini Senatus Nicolaus Sudorius sublimem Pindari magnificentiam numeris expressit Horatianis; quem opus nemini tentatum felicissime perfecisse vere iudicabat XIV
Scaevola Sammarthanus. Dum suus literis constabit honos, posteritatis laude crescentes et N. Sudorius et G. Ratallerus propter ista quoque merita vivent, atque a literatis hominibus celebrabuntur; dum homines obscuri, quos habuere collegas et irrisores malignos, suis tenebris iacent involuti. Sed nominibus mutatis quae semper eadem in hoc rerum humanarum theatro luditur fabula ne me nimium abducat ab instituto, quae dicere coeperam potius persequar.

In Diatribe, quae cum Hippolyto simul prodiit, potissimum Euripidis ex perditis Tragoediis reliquiae nova quadam ratione pertractantur, Euripidis saltem Editori profuturae. Doctissimis etiam viris incognita Poëmatum perditorum fragmenta quaedam ex libris MSS. protuli; et, praeter cetera, hic non indicanda, Philosophiam Euripidis attigi, atque hac in parte detexi quaedam nondum, opinor, in sua luce collocata. Hinc etiam intelligere poterunt harum literarum studiosi, unius Euripidis amissorum dramatum si tam multa reperiuntur saepenumero vitiata fragmenta, quantum in hoc quoque genere literarum adhuc supersit peragendum; quod cum ex P. Leopardo, Scaligero, Casaubono, aliisque iam disci potuerat, ab eo ferme tempore plenius fuit animadversum, quo ingenii quisque sui lumen admirabile in auctores Graecos intulerunt Richardus Bent-

leius, Tiberius Hemsterhusius, Ieremias Marklandus, Ioannes Taylorus, similesque.

Ad hanc scribendam Diatriben, ad Euripidis etiam Hippolytum consideratius expendendum pertractandumque, suas in Euripidis Supplices Notas evulgari passus, exemplo suo me potissimum excitavit Ieremias Marklandus, specimen illud, inter Anglos, humanitatis, modestiae, atque eruditionis illustre, quod utinam imitarentur omnes qui hanc artem tractant Musicam! Accuratissimae diligentiae viri notis instructa utraque Euripidis Iphigenia nobiscum ut quamprimum communicetur publicata, omnes mecum desiderabunt Euripidis amatores, qui hoc temporis articulo sunt et alibi terrarum et in Anglia plures eruditissimi, in Batavis atque inter Frisios etiam meos nonnulli: evenitque adeo haec Euripidi felicitas, ut ipsius Tragoediae his aliquot annis proximis maiorem lucem acceperint, quam duobus integris seculis post literas renatas. Victorii, Mureti, ceterorumque diligentia ferme tantum substitit in similibus
XV quibusdam locis comparandis: unus isthac aetate Bartholomaeus Barbadorus, vir Graece doctissimus, Euripidem cum manu scriptis codicibus collatum, quod scribit Petrus Victorius [7]), „infinitis locis emendaverat.“ Sed huius etiam labore nunquam publicato caremus; nuperque adeo sive ex Codicibus vetustis seu coniecturis ingeniosis centenos nobis huius Tragici versus integrarunt, praeter ceteros, Marklandus, Musgravius, huius Amicus elegantissimus, Ioannes noster Piersonus, et Beniaminus Heathius. His ego viris egregiis ceterisque harum rerum studiosis, qui nullius iudicandi libertatem hoc in genere literarum vitupero, nec meam confido displicituram.

7) Var. Lection. L. XX. c. XIX.

Quando vero B. Heathii viri Clarissimi mentionem feci, lubet hoc loco quaedam interiicere, quae videri forte poterunt hinc aliena, neque sunt tamen. In Hippolyto versus spurios perpaucos tantum videor mihi detexisse; multo plures in Phoenissis, ob eam rationem quam attigi in Praefatione. [8]) In Euripidis scilicet Phoenissis, de mille septingentis et quinquaginta versibus, quatuor et viginti reieci, tanquam indignos sede quam occupant, aut a mala manu conditos atque adulterinos. Accidit quod facile praevideram futurum. Aliunde tamen oriturum putaveram, qui versuum istorum patronum se profiteretur. Sed inprovisus venit ex Anglia plerisque defensor, quem Euripidi mihique adeo gratulor, Beniamin Heathius, Notis sive Lectionibus in tres Tragicos editis de harum literarum studiosis hominibus et de Musa Tragica saepius egregie meritus; in cuius Praestantis viri doctrina non sane vulgari, si vel ab aequis iudicibus, hac in re tantilla, causa cecidisse iudicabor, victus facile solatium inveniam. Plura dicerem in laudem Heathii, nisi in alio quodam verbis ornando modum vir humanissimus excessisset; credo equidem, ut hac praefatione suum de coniecturis illius quibusdam iudicium mitigaret. Fieri potuisse, ut hic illic versus irreperet in alienam sedem nusquam negat Heathius; nec versus per tot secula lectos velut consecratos veneratur: ipsemet enim multo plures ex uno Helenae dramate censuit eiiciendos, quam ex omnibus Euripideis reiecerim: atque in eam rem utitur argumento, quod vereor ut doctis sit hominibus adprobaturus, cogitantibus, hoc saepe vitio peccasse Tragicum, ut Chorum face- XVI
ret alienissima cantantem a fabula quam condebat, idque Aristoteli iam notatum, aliisque Criticis tam veteribus agni-

[8]) P. XIV, quacum conferri poterunt Euripidis Supplicibus subiectae Marklandi Explicationes veterum aliquot auctorum P. 261.

tum quam recentioribus. Id vero mirabar, de viginti quatuor versibus, quos pro spuriis habebam in Phoenissis, tertiam partem cur vir Clarissimus intactam dimiserit: libenter cognoverim, habueritne istos octo versus mecum pro adulterinis; an in his mihi gratiam facere voluerit; nam ex eodem potuerant armamentario defendi tanquam Euripidei. Sed qui meas vulgatarum in Euripideis lectionum correctiones plurimas Heathio probatas laetor quam qui maxime, quique verba Terentiani Mauri mea non illibenter facio,

„Corrigenda si qua sane visa nobis hinc erunt,
Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea,
Quin statim culpanda delens praebeam rectis locum;"

Heathii in versus spurios animadversiones in Diatribe libenter expendissem, si hac in parte mea me sperassem ipsi adprobaturum. Verum in multis adeo dissidemus, ut spes ista videatur in illud usque tempus irrita futura, quo aut ille suam in his sententiam mutaverit, aut mihi saltem fecerit magis probabilem. Interea sua cuique manebit opinio, suum cuique aurium iudicium, suus Atticarum elegantiarum gustus, adeo diversus, ut minime sit mirandum, huic Atticos atque Euripideos versus videri, qui mihi hoc ingenio capitali videantur atque istius aevi locique Poëtis minime digni. Cur id adeo censeam haec est ratio. Multa, tanquam corrector, primus omnium Heathius Euripidi contribuit, quae, si legerentur in libris nostris vulgata, mihi tanquam adulterina quantocius inde viderentur deturbanda; aliis, Attico sermoni congruis, in eorum loco collocatis. Quod si forte verba tantum data sibi queratur Heathius, ipsius quasdam in Euripide lectiones proponam, quas ubi, prolatis in medium exemplis, legitimas Atticaeque scenae

monstraverit accommodas, super versibus aliquot in Phoenissis iterum ibimus in consilium, deque rebus illuc spectantibus per literas amice poterimus confabulari. Huius ista res loci nec mihi, neque, ut equidem arbitror, Heathio videretur; quo satius fuerit de Hippolyti dramate quaedam disputasse magis in rem praesentem accommodata.

In Codice Florentino, sicut Bacchabus Euripidis nomen praefigitur Penthei, *Πενθεὺς*, Hippolytus inscribitur *Φαίδρα*. XVII Senecae Hippolytus, Lipsio monente, Phaedra dicitur in Codice scripto; atque illinc versum profert Priscianus velut in Senecae sibi Phaedra lectum. Ex hoc Euripidis dramate multa suis in commentariis ad Homerum adhibens Eustathius, frequenter illa legi testatus in Hippolyto, binis tamen in locis [9]) laudat Euripidem in Phaedra, quaeque illinc profert in Hippolyto reperiunter. Alibi quoque Phaedrae Euripidis dicta, sicut saepius dramatum interlocutores veteribus commemorantur; quibus locis inducti Poëtas et Tragoediarum nomina nobis comminiscuntur viri docti. Versus aliquot velut ex Euripidis Phaedra leguntur in Florilegio Stobaei, quos esse Sophocleos tum ex Electra superstite, tum ex Clemente constat Alexandrino. Ne loca quidem Aristophanis [10]) alicui facile persuaserint, Phaedrae huic primitus inditum Tragoediae nomen. Potuit quidem commode hoc idem argumentum ab Euripide quoque sub nomine Phaedrae tractari; quod fecit certe Sophocles, et Gallorum Tragicus Ioannes Racinius. Potuit etiam, quandoquidem certo constat duplicem exstitisse Euripidei dramatis Editionem, priori nomen Phaedrae, posteriori, multum ab illa mutatae, nomen Hippolyti fuisse inditum; quomodo correctis Dramatum suorum Editionibus Comicos

[9]) Eustathius in Homeri Iliada Z, p. 489, 53. in Iliada *H*, p. 568, 19.
[10]) In Ranis v. 1075. Thesmophoriazusis v. 554.

diversum a priori nomen interdum dedisse Isaäcus Casaubonus docuit [11]). Sed quos novimus Veterum utraque huius dramatis usos Editione, priorem aeque ac alteram simpliciter Hippolytum nominant. In Stobaei Florilegio nusquam nisi Hippolyti fit mentio, ubi versus proferuntur ex Editione dramatis perdita [12]).

Vnus veterum Hippolytum Euripidis priorem laudavit nomine *Ἱππολύτου καλυπτομένου* Pollux [13]), probabiliter etiam dictum *Ἱππόλυτον πρότερον*· ut editio, quae superest, XVIII emendata dicta fuit *Ἱππόλυτος δεύτερος*· more Grammaticorum, qui sic diversas eiusdem Dramatis distinguere solebant Editiones. Vt nostris in exemplaribus inscribitur, *Ἱππόλυτος στεφανηφόρος* Hesychio [14]) laudatur, et Prisciano [15]). *Τὸν δεύτερον Ἱππόλυτον* quoque dictum, ut a priori distingueretur, et *Στεφανίαν*, testatur auctor veteris adnotationis [16]) Dramatis argumento subiectae. Loco Pollucis primus usus Gulielmus Canterus [17]) duos suspicabatur Euripidi scriptos Hippolytos, „ut scripsit Sophocles Oedipos duos, ac totidem Aiaces." Sed vere monuit Richardus Bentleius [18]), priorem Hippolytum et posteriorem non omnino diversas fuisse fabulas; Hippolytum autem, quem legimus, *Στεφανίαν*, non novum drama, „sed correctum

[11]) Animadv. in Athenaeum L. III, c. XXVIII, p. 211.

[12]) Edit. Gesneri P. 63, v. 39. p. 140, 18. 199, 44. 211, 52. 355, 7. 385, 29. 388, 17. 432, 29. 434, 22. 472, 38. 562, 52. In Leidensis Biblioth. Florilegio *MS.* loco ex Euripidis Hippolyto subiiciuntur ista: *τοῦ αὐτοῦ Φαίδρᾳ*, *Ἔρως γὰρ ἄνδρας* etc. omissus ibi locus fuit intermedius Sophoclis, quem praebet Editio Gesneri p. 388, quemque melior Codex Trincavello sub ministravit.

[13]) Onomast. L. IX, segm. 50.

[14]) In voce *Ἀνασειράζων*.

[15]) Edit. Putschii p. 1168.

[15]) *Ἔστι δὲ οὗτος Ἱππόλυτος Δεύτερος καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος· ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι.*

[17]) Novar. Lection. L. VII, c. XXI.

[18]) In Epist. ad Io. Millium (Malelae Chronico subiecta) p. 31. 32.

duntaxat atque interpolatum, δρᾶμα διεσκευασμένον. eam in rem Casaubonum citat quo dicebam loco egregia notantem, quibuscum varia possent Athenaei loca conferri [19]). Sunt autem δράματα διεσκευασμένα, quas correctas fabulas dixit Quinctilianus [20]), retractatas et expolitas Gellius [21]). — Superstites ex Hippolyto priore versus, qui non reperiuntur in nostra, suis plerosque locis indicavi, quibus probabiliter viderentur primum a Poëta collocati. Sed sunt inter fragmenta prioris Editionis, omissa Barnesio, quae mihi paene persuaserint totam dramatis oeconomiam in Editione fuisse secunda mutatam; in prima colloquutam cum Hippolyto Phaedram; nec per interpretem, sed ipsam amorem verbis obscurioribus indicasse privigno novercam, non ab oraculo reversum Thesea, sed ab inferis reducem in scenam prodiisse; atque adeo in Hippolyto priori eamdem nonnunquam rerum fuisse dispositionem, qualis multo deterior obtinet in Hippolyto Senecae; cui suspicor lectam Hippolytum Euripidis priorem. Nec tamen impediunt ista, XIX
quominus centeni versus aut prorsus iidem in utraque fuerint Editione, aut in altera, tantum hic illic voce mutata, leviter interpolati: videntur que Euripidis studiosi ex Hippolyto priore diversas quasdam lectiones in Editionis correctae marginibus adnotasse; ut hinc in Codicibus scribendi nata sit diversitas quae librariis imputari non possit. In his etiam utriusque Editionis eruendis monstrandisque lectionibus nonnihil adhibui diligentiae.

Prior Hippolytus viris doctissimis, quin ipsi Bentleio loco indicato, inscriptus fuisse videtur a Grammaticis Ἱπ-

[19]) L. VI, p. 247. C. VIII, p. 358. E. X, p. 429. E. XI, p. 496. F. XIV, p. 663. E.
[20]) Institut. Orator. L. X, c. I, p. 897.
[21]) Noct. Attic. L. III, c. III, p. 218.

πόλυτος Καλυπτόμενος, „quod in extrema fabula sic loquatur Hippolytus moribundus (v. 1458)

Κρύψον δέ μου πρόσωπον, ὡς τάχος, πέπλοις.

Alteri Στεφανηφόρου nomen inditum, propter haec verba Hippolyti non longe a principio (v. 73),

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω."

Quantumvis autem Bentleius, cui hac in parte praeiverat Gul. Canterus, sibi *persuasissimum* esse scribat, priorem Hippolytum eam ob causam καλυπτόμενον esse inscriptum; mihi tamen, pace viri his in literis Maximi, neque ea ratio satisfacit, neque etiam causa adparet, ob quam τὸν πρότερον Ἱππόλυτον omnino censeremus inscriptum fuisse καλυπτόμενον. Nam nihil primum inest isti versui (1458), cur illinc petitum nomen inderent dramati; quum morem designet usitatissimum, Tragicis saepe commemoratum, quo cadavera tegebantur veste iniecta, facies praesertim deformata velabatur. Deinde si in utraque Edit. Hippolyti, quod statuisse videtur Bentleius, isti fuerint versus reperti, quae tandem erat causa, cur ob istos versus diversis utraque Editio nominibus insigniretur? Tandem nusquam apud Stobaeum, nusquam alibi mentio fit Ἱππολύτου καλυπτομένου, nisi in unico loco Pollucis, qui, verba quaedam exhibens ex Editione priori, cuius laudem Editio posterior, et emendata, Atticisque iudicibus probata, prorsus obscurasset, propterea, mea quidem sententia, dixerit Ἱππόλυτον καλυπτόμενον. De Menandro Comico Quinctilianus, [22]) „omnibus, inquit, eiusdem operis auctoribus

XX

[22]) Instit. Orat. x, c. 1. p. 899.

abstulit nomen, et fulgore quodam suae claritatis tenebras obduxit:" Graece diceretur πάντας ἀπέκρυψε, vel ἐκάλυψε· quorum hoc rarius, illud frequenter in istum sensum teritur. Alia quaedam eiusdem Quinctiliani [23]) hic adscribam, valde adposita: „Correctas (Aeschyli) fabulas in certamen deferre posterioribus Poëtis Athenienses permisere, suntque eo modo multi coronati." Retractatum Hippolytum cum in certamen detulisset (Olymp. LXXXVII, anno 4,) superatis Iophonte et Ione, victor renunciatus fuit Euripides et coronatus: hoc vetus adnotatio testatur Hippolyto praefixa [24]). Haec si non sola, praecipua certe fuisse ratio videtur, propter quam posterior Hippolytus a Grammaticis Στεφανίας inscriberetur et Στεφανηφόρος. et huius quidem adpellationis quae mihi, eadem ratio fuisse videtur Brumoeo [25]). Nec prodit in scenam Hippolytus coronatus (v. 73), sed manu gestans ex floribus contextam coronam, quam imponeret Dianae simulacro, quod egregie Musgravius animadvertit. Dici tamen etiam potuit ob pudicitiam admirabilem ipse Hippolytus, ut corona dignus, sic ab Atticis fuisse iudicibus coronatus; quo fortasse respiciens Apollonius Philostrati [26]) de Timasione, Ψηφισώμεθα, ἔφη, ἐστεφανῶσθαι (στεφανοῦσθαι) αὐτὸν ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ πρὸ Ἱππολύτου τοῦ Θησέως· ὁ μὲν γὰρ ἐς τὴν Ἀφροδίτην ὕβρισε. Veneri contra quotidie sacra faciens Timasion, cetera pudicus instar Hippolyti, frustra quoque fuerat a noverca sollicitatus. Timasionis, novercae quoque calumniis petiti, historiam attigit, similesque collegit Muretus [27]), quibus plures adiungi possent.

[23]) Ibid. p. 897.
[24]) Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι πζ', ἔτει τετάρτῳ. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων.
[25]) Brumoy dans son Theatre des Grecs T. II, p. 135.
[26]) De Vita Apollon. Tyan. L. VI, c. III, p. 232.
[27]) Var. Lection. L. I, c. XII.

De Phaedra, Hippolyto, Theseo quae Tragicis pleraque traduntur, illa, veteris historiae fide nixa, narrata Diodoro Siculo [28]), causae nihil esse cur in dubium vocentur iudicat Plutarchus [29]), ubi *τὰς περὶ ταύτην*, ait, (Phae-
XXI drami) *καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ* (Hippolytum Thesei) *δυστυχίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀντιπίπτει παρὰ τῶν ἱστορικῶν τοῖς Τραγικοῖς, οὕτως ἔχειν θετέον ὡς ἐκεῖνοι πεποιήκασιν ἅπαντες.* Ad historiam labefactandam nomine forsan Hippolyti quis abutatur, atque Ausonii Epigrammate XX; quod quidem non illibenter fecisset, qui nuper in nominibus antiquissimis Orientalibus fortunae, morum, rerumque gestarum historiam infelicissimo conatu quaesivit.

Ceterum secundum Agathonis Aristophanéi monitum [30]) hoc certe dramate, quo, praeter Phaedram, *μισογύνης* [31]) pingitur Hippolytus, animi sui ingenio potuit Euripides morem gerere. De dramatis excellentia recte iudicat in universum Michaël Arnoldus Racinius, ubi Graecum drama comparat ad patris sui Phaedram [32]), atque inter utrumque iudex sedet saepius aequissimus. In hac autem Tragoedia, qua [33])

Φαίδρην μὲν κτεῖνεν πυρόεις πόθος Ἱπολύτοιο,
Ἱπόλυτον δ' ἁγνὴ πέφνε σαοφροσύνη·

„pudicum Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris;“ multa tamen suavissimus morum magister cives suos utilis-

28) Biblioth. Histor. L. IV, c. LXII.
29) In Theseo p. 13. D.
30) In Thesmophor. v. 156.
31) Vid. R. Bentlei. in Ciceron. Tuscul. IV. c. XI. p. 56.
32) Dans les Memoires de Litterature de l'Acad. Royale des Inscr. T. VIII. p. 300—314.
33) Secundum epigramma in Antholog. Gr. L. I, c. LXXVIII, 2. Latina sunt Ausonii Eidyll. XV, v. 25. Graeca quae leguntur ultima ex Euripidis Helena v. 1633.

sima monuit, posuitque in Hippolyto luculentum exemplum admirandae pudicitiae; in Phaedra, amoris insuperabilis et sceleratae calumniae; in Theseo, turpissimae credulitatis. Hoc itaque argumento suos Athenienses docuit Euripides, rem ne nunc quidem cognitu inutilem,

— *Σώφρονός γ' ἀπιστίας*
Ὡς οὐδέν ἐστι χρησιμώτερον βροτοῖς.

XXII

IN EVRIPIDIS HIPPOLYTVM

A

LVD. CASP. VALCKENARIO

ILLVSTRATVM.

Accipe Cecropiae monumenta perennia scenae,
Ingenuo Musas quisquis amore colis.
His fera Thesidae, tragico cantata cothurno,
Fata, novercali crimine structa, leges.
Suetus ut innuptae studia exercere Dianae,
Et iuga venantes ferre per alta pedes,
Nec minor Hippolytus Cephalo, Cinyraque creato,
Saltibus hirsutas exagitare feras;
Quem malus ille Puer nullo percusserat arcu,
Furta sed ad Veneris cui rude pectus erat;
Castus ut infandos horrens Minoïdos aestus
Abnuerit patrios contemerare toros.

Gnosias ut rigidae furiis agitata repulsae XXIII
Privigno fuerit dira noverca suo.
Pittheam, Aegidae iussu, Troezena fugatus
Filius a pavidis ut traheretur equis.
Phaedra sed incesti sceleris turbata pudore
Fortiter ut laqueo est ausa piare nefas.
Vtque Coronides, Dictynnae munere, vitam
Iussus Amazonio restituisse viro.
Divaque Aricino dederit latitare recessu,
Hippolytum et Virbî nomine rite coli.
Nempe Deis ut casta placent, sic turpia claudo
Deseruit numquam crimina poena pede.
I nunc, in sacros convicia funde poëtas,
Qui Clarios fingis foeda docere viros.
Biblidos, et Canaces, ut Phaedrae, probra leguntur
Aeternis vatum dedecorata notis.
Casta sonant Tragici; Tragicis innixa cothurnis
Melpomene tribuit praemia iusta piis:
Quaque facit gressus, sceleratis flagra minatur,
Quum longo pallae syrmate verrit humum.
Haec probat Argolicis Euripidis acta theatris,
Et Senecae Latiis fabula plausa choris.
Exsere Aricinae latebris, quîs conderis, umbrae, XXIV
Hippolyte, innocuum, iam recidive, caput.
Thesea poeniteat iam credulitatis iniquae,
Tuque novercales desine, Phaedra, dolos.
Namque Machaoniis ut vitam Epidauria succis
Reddidit ars iuveni, Dite dolente, pio;
Sic laceros artus divulsaque membra reponit
Nunc VALCKENARI dextra perita mei.
Spissaque cum Graiam turparent menda Camenam,
Quae dedit indoctae crebra litura manus;

Plaga vel, annorum quam tabidus intulit ictus,
Vlcere grandisonum conmacularet epos;
Hanc saniem Criticae sollers Podalirius artis
Eluit, et medica vulnera curat ope:
In sua quem, pedibus sed non penetranda profanis,
Admisit totum templa Pelasga Venus;
Et, mirata novos sibi quos incendit odores,
Deperit ingenii nobilioris opus.
Et fovet has gremio chartas, quibus oscula figit,
Qualia dat magnis, nec nisi rara, viris.
Atque inter doctas suspendit in aede tabellas,
Quas adyti aeterno collocat ipsa tholo.

PETRVS BVRMANNVS
SECVNDVS.

AD

EVRIPIDEN,

CVM

L. C. VALCKENARIVS

HIPPOLYTVM

FABVLAM EDERET.

Gaude, Melpomenae vates Sophiaeque Pelasgae,
Praemia cui Livor saepe negavit iners:
Tempus iö venit, versis ad prospera fatis,
Debita quo meritis dona rependat Honos.
Ingenio plaudit, regali carmine captus,
Datque animi LODOIX pignora certa pii:
Ingenio LODOIX, Criticaque insignis ab arte:
Actaeo LODOIX nobilis eloquio.
Vt, doctas adhibere manus ad vulnera promtus,
Hippolytum voluit muneris esse sui!
Vt canit, et populis passim correcta remotis
Carmina conmendat Fama, maligna prius!
Fallor, an et manes veniens vaga Diva sub imos
Artificis magni nobile iactat opus?
Fallor? an, adsimilis vana spe lusus honoris,
Obliqua *Sophocles* tangitur invidia?

I. SCHRADER.

XXVI

VIRO CLARISSIMO

L. C. VALCKENARIO,

EVRIPIDEVM HIPPOLYTVM

EDENTI.

Iam suus Hippolytus, iam pulchros integer artus,
Gestit ad artifices oscula ferre manus.
Hìc neque delusi patris inconsulta premebant
Vota, nec aequorei monstra stupenda Dei.
Sed fera Barbaries; sed inulto dente Vetustas,
Rursus inhumana disiicere ausa manu.
Salve, caste puer! vere nunc Virbius audis;
Dexter Aricinos qui tuëare lacus.
At tu (facundo cui pendet ab ore iuventus,
Auspice te, Clariis rite dicanda sacris,
Syrma cothurnato cui tandem Euripide dignum,
Inmune adspersa labe nitensque, fluit)
Siste, rei, LODOIX, stator indefesse Pelasgae,
Pallados a Batavo limine siste fugam.

Et sistes. dubitare nefas. en! augur Apollo XXVII
Omina ter cithara fausta sonante dedit.
Alta quis ingenii miretur acumina? Sedem
Graia tui legit pectoris arce Venus.
Iam stupet e bifido reduces Helicone Sorores
Mistus Hyanteo nectare Rhenus aquam.
Iam desiderium Tiberî mitescit ademti,
Vrna perennanti cui stet amicta croco!
Antra tribunitiis Pimplea furoribus alter
Turbet; odoriferum concutiatque nemus.
Diraque Castalidum cultis aconita viretis
Conserat; et castas felle venenet aquas.
Litigiisque fugax traducat inertibus aevum,
Omnibus invisus, sed magis ipse sibi.
Te pacis conmendat amor; nec lurida tristi
Bile, sed Hyblaeo lingua liquore madens.
Spissa supercilii nubes, gravitasque togatae,
Digna levi sanna, Stoïca gentis abest.
Hac, genus ignavum, placeant sibi dote Vacerrae,
Quos vetito signat caecus honore favor.
Te pia simplicitas, te candor amabilis ornat,
Fronsque, verecundi non aliena ioci.
Raraque praelustri cognata modestia menti. XXVIII
Ah! nimis in laudes illa maligna suas.
Parce, tamen, venerande; tuos si, culmine lectas
Aönio, violas spargimus ante pedes.
Iam cithara graviore manum lassare decebat;
Concinat Heroï quae satis apta meo.
Iam nisu maiore patens inrumpere coelum;
Hic ubi Dircaei fulget oloris iter.
Sic, LODOIX, celebrandus eras: orisque pusilli
Conscia, susceptum Musa reponit onus.

Ardua quis fragilem propellat in aequora cymbam;
Asper ubi dubiis incubat Auster aquis?
Sed neque tu praeconis eges. tibi sufficis unus,
Optimus adsertor nominis ipse tui.
Sudoris monumenta tui super aethera tecum
Fama coronatis ignea vectat equis.
Ast tenebris se Livor iners involvit amicis;
Seque fremens morsu conficit ipse suo.

CAROLVS ANTONIVS WETSTENIVS,
I. CTVS.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

EVRIPIDIS
HIPPOLYTVS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ.

Θησεὺς μὲν ἦν Αἴθρας υἱὸς καὶ Ποσειδῶνος, βασιλεὺς Ἀθηναίων· γήμας δὲ μίαν τῶν Ἀμαζονίδων Ἱππολύτην, Ἱππόλυτον ἐγέννησε, κάλλει τε καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντα. ἐπεὶ δὲ ἡ συνοικοῦσα τὸν βίον μετήλλαξεν, ἐπεισηγάγετο Κρητικὴν γυναῖκα, τὴν Μίνωος τοῦ Κρητῶν βασιλέως θυγατέρα Φαίδραν. ὁ δὲ Θησεὺς, Πάλλαντα ἕνα τῶν συγγενῶν φονεύσας, φεύγει εἰς Τροιζῆνα μετὰ τῆς γυναικός· οὗ συνέβαινε τὸν Ἱππόλυτον παρὰ τῷ Πιτθεῖ τρέφεσθαι. θεασαμένη δὲ τὸν νεανίσκον ἡ Φαίδρα εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθεν, οὐκ ἀκόλαστος οὖσα, πληροῦσα δὲ Ἀφροδίτης μῆνιν· ἣ, τὸν Ἱππόλυτον διὰ σωφροσύνην ἀνελεῖν κρίνασα, τέλος τοῖς προτεθεῖσιν ἐπέθηκε. στέγουσα δὲ τὴν νόσον χρόνῳ πρὸς τὴν τροφὸν δηλῶσαι ἠναγκάσθη, κατεπαγγειλαμένην αὐτῇ βοηθῆσαι, ἥτις κατὰ τὴν προαίρεσιν λόγους προσήνεγκε τῷ νεανίσκῳ. τραχυνόμενον δὲ αὐτὸν ἡ Φαίδρα καταμαθοῦσα, τῇ μὲν τροφῷ ἐπέπληξεν, ἑαυτὴν δὲ ἀνήρτησε. καθ' ὃν καιρὸν φανεὶς Θησεὺς, καὶ καθελεῖν σπεύδων τὴν ἀπηγχονισμένην, εὗρεν αὐτῇ προσηρτημένην δέλτον, δι' ἧς Ἱππολύτου φθορὰν κατηγόρει, καὶ ἐπιβουλήν. πιστεύσας δὲ τοῖς γεγραμμένοις, τὸν μὲν Ἱππόλυτον ἐπέταξε φεύγειν, αὐτὸς δὲ τῷ Ποσειδῶνι ἀρὰς ἔθετο· ὧν ἐπακούσας ὁ θεὸς τὸν Ἱππόλυτον διέφθειρεν. Ἄρτεμις δὲ, τῶν γεγενημένων ἕκαστα διασαφήσασα Θησεῖ, τὴν μὲν Φαίδραν οὐ κατεμέμψατο, τοῦτον δὲ παρεμυθήσατο υἱοῦ καὶ γυναικὸς στερηθέντα· τῷ δὲ Ἱππολύτῳ τιμὰς ἔφη ἐπιχωρίους ἐγκαταστήσασθαι. Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις (quinimo ἐν Τροιζῆνι).

Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ', ἔτει δ'. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. ἔστι δὲ οὗτος Ἱππόλυτος δεύτερος καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος· ἐμφαίνεται

ARGVMENTVM HIPPOLYTI

Auctore Georgio Ratallero.

Theseus filius Aegei fuit, sive, ut alii, Neptuni ex Aethra. Is bello captam Hippolytam ex Amazonum genere pro uxore habuit, atque ex ea Hippolytum procreavit, praestanti forma atque modestia adolescentem; qui Dianam inter omneis Deas maxime unam colebat, studiisque venationis addictus a mulierum consuetudine abhorrebat. Hippolyta vita functa, Phaedram ducit uxorem Theseus, Minoïs Cretensium regis et Pasiphaës filiam. Cumque unum ex Pallantidis occidisset cognatis (uxoris), ut annuo pro more exilio caedem purgaret, Troezenem Phaedra comitatus fugit, ubi apud Pittheum educabatur Hippolytus, in cuius amorem protinus exarsit Phaedra, Venere impellente; quae, ob constantem atque perpetuam Hippolyti castitatem odio incensa, adolescenti mortem intentabat. Phaedra itaque, magis atque magis stimulis amoris agitata, nutricis suae opera morbum adolescenti detegit; qui, indignissimo animo incestos novercae amores cum reiecisset, ita mulierem exulceravit, ut, in odium converso amore, et laqueo se strangulaverit, et causam ipsi mortis praebuerit. Quo temporis momento Theseus peregre reversus, cum praefocatam uxorem, et appensas cadaveri tabulas deprehendisset, quibus

δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι· τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων.

[*In* Stobaei *Florileg. MS. Reg. Paris. haec etiam inedita* H. Grotius *invenit, quae prostant in margine exemplaris Bibl. Leid. p. 405.*

Ζωπύρου Ι Θησηΐδος,

Θησεὺς Αἰγέως καὶ Αἴθρας παῖς, ταῖς δ' ἀληθείαις Ποσειδῶνος, ἔχων υἱὸν ἐξ Ἱπολύτης Ἀμαζόνος Ἱππόλυτον, ἐπέγημεν αὐτῷ μητρυιὰν Φαίδραν, τὴν Μίνωος θυγατέρα καὶ Πασιφάης. αὕτη τοῦ προγόνου εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τὴν τροφὸν αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν· ὁ δ' ὡς κατέλιπε τὰς Ἀθήνας κυνηγίαις προσευκαίρει· τῆς δὲ προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς ἀποτυχοῦσα ψευδεῖς κατὰ τοῦ σώφρονος ἐπιστολὰς ἐχάραξε· καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἐρώτων στρόφῳ τὸν βίον περιέγραψε. Θησεὺς δὲ ἐκ Θηβῶν ὑποστρέψας, καὶ τὰς διαβολὰς ἀναγνοὺς, ἐκ τῶν τριῶν εὐχῶν, ἃς εἶχε παρὰ Ποσειδῶνος, μίαν εἰς τὸν υἱὸν ἐδαπάνησεν· ἐαριζομένου δὲ τοῦ Ἱπολύτου παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης, ταῦρος ὑποφανεὶς ἐπτόησε τοὺς ἵππους, οἵτινες ἀνατρέψαντες τὸ ἅρμα καὶ σύροντες τὸν δεσπότην ἀπέκτειναν.]

insidiarum atque stupri insimulabatur Hippolytus, fide tabulis adhibita, filium innocentem in exilium abigit; et Neptunum patrem iratus orat, ut ex tribus optationibus olim sibi concessis unam exsequatur, filiumque lecti paterni violatorem interficiat. Quod Neptunus perfecit. Nam propter littora curru vectus Hippolytus in phocam e mari prosilientem incidit, cuius aspectu equis terrefactis, neque magistri vocem audientibus, currus evertitur. Ille, funibus implicatus, atque ad saxa allisus, semivivus ad Theseum defertur: qui, postquam ex Diana rei veritatem rescivit, luget miseram filii vicem. At illa consolata et Theseum, et praecipue Hippolytum, magnos ei honores decreturam se post mortem, quam evadere non poterat, et tam indignos casus a Venere illatos ulturam pollicetur. Scena fabulae Thebis (*Troezene*) est.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

[ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ.]

ΧΟΡΟΣ ΕΚ ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ΤΡΟΦΟΣ ΦΑΙΔΡΑΣ.

ΦΑΙΔΡΑ.

ΘΗΣΕΥΣ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΕΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΑΡΤΕΜΙΣ.

Προλογίζει δὲ ἡ Ἀφροδίτη.

INTERLOCVTORES TRAGOEDIAE.

VENVS.

HIPPOLYTVS.

[MINISTRI.]

CHORVS EX TROEZENIIS MVLIERIBVS.

ANCILLA.

NVTRIX PHAEDRAE.

PHAEDRA.

THESEVS.

SEMICHORVS.

NVNCIVS.

ALTER NVNCIVS.

DIANA.

Praefatur Venus.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ

ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΑΦΡ. Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος
Θεὰ κέκλημαι Κύπρις, οὐρανοῦ τ' ἔσω·
Ὅσοι τε πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν
Ναίουσιν εἴσω, φῶς ὁρῶντες ἡλίου,
Τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη, 5
Σφάλλω δ', ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.
Ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
Τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.
Δείξω δὲ μύθων τῶνδ' ἀλήθειαν τάχα·
Ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος 10
Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα,
Μόνος πολιτῶν τῆσδε γῆς Τροιζηνίας
Λέγει κακίστην δαιμόνων πεφυκέναι.
Ἀναίνεται δὲ λέκτρα, κοὐ ψαύει γάμων·
Φοίβου δ' ἀδελφὴν Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην, 15
Τιμᾷ, μεγίστην δαιμόνων ἡγούμενος·
Χλωρὰν δ' ἀν' ὕλην, παρθένῳ ξυνὼν ἀεί,
Κυσὶν ταχείας θῆρας ἐξαιρεῖ χθονὸς,
Μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας.

Vs. 18. *Vulg.* ἐξαίρει.

E V R I P I D I S

H I P P O L Y T V S

[C O R O N I F E R]

(*Georg. Ratallero* interprete)

VE. Multa inter homines et frequens, obscura nec
Dea nuncupor Venus per omnia coelitum
Palatia, per omneis profundi gurgitis
Qui caerulis degunt vadis, terraeque ubi
In ultimis habitatur Atlas finibus;
Denique, apud omneis qui vident solis iubar,
Nostrum colentes numen eximiis veho
Honoribus; verum arrogante qui tument
In nos frementes ore deleo funditus.
„Hoc Diis quoque ipsis insitum est, ut affici
„Honore ab homine gaudeant. Atqui brevi
Sermonis hujus veritatem ostendero.
Nam Theseo, Hippolytaque Amazone editus,
Et disciplina intaminati Pitthei
Imbutus, ex agri incolis Troezenii
Me pessimam solus Dearum nuncupat:
Thalamos recusat, vinculorum expers agit
Iugalium: natam Iove Dianam colit,
Phoebi sororem: hanc omnium esse maximam
Putat Dearum; cumque virgine virides
Silvas pererrans, canibus hirsutas citis
Tellure concitat feras, maiore, quam
Mortalium pro sorte, consuetudine

Τούτοισι μέν νυν οὐ φθονῶ· τί γάρ με δεῖ; 20
Ἃ δ' εἰς ἐμ' ἡμάρτηκε, τιμωρήσομαι
Ἱππόλυτον ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ· τὰ πολλὰ δὲ
Πάλαι προκόψασ', οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ·
Ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων,
Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων, 25
Πανδίονος γῆν, πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ
Ἰδοῦσα Φαίδρα καρδίαν κατέσχετο
Ἔρωτι δεινῷ, τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν.
Καὶ πρὶν μέν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
Πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον 30
Γῆς τῆσδε, ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο
Ἔρῶσ' Ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
Τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρύσθαι θεάν.
Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα,
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν, 35
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα,
Ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγὴν,
Ἐνταῦθα δή, στένουσα, κἀκπεπληγμένη
Κέντροις Ἔρωτος, ἡ τάλαιν' ἀπόλλυται
Σιγῇ· ξύνοιδε δ' οὔτις οἰκετῶν νόσον. 40
Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν·
Δείξω δὲ Θησεῖ πρᾶγμα, κἀκφανήσεται·
Καὶ τὸν μέν ἡμῖν πολέμιον πεφυκότα
Κτενεῖ πατὴρ ἀραῖσιν, ἃς ὁ πόντιος
Ἄναξ Ποσειδῶν ὤπασεν Θησεῖ γέρας, 45
Μηδὲν μάταιον ἐς τρὶς εὔξασθαι θεῷ.
Ἡ δ' εὐκλεὴς μέν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
Φαίδρα· τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω· κακὸν,
Τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ
Δίκην τοσαύτην ὥστε μοι καλῶς ἔχειν. 50

Vs. 20. *Vulg. T.* μέν γ' οὖν. — Vs. 31. *Vulg.* ναὸν. — Vs. 32. *Vulg.* Ἔρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον. — Vs. 33. *Forte leg. T.* λ. ὑμνήσουσιν ἱ. θεόν. — Vs. 34. *Olim,* λίπε χ. — Vs. 38. *Forte leg.* καὶ πεπληγμένη. — Vs. 43. *Var. Lect.* πολέμιον νεανία. — Vs. 48, 49. *Vulg.* οὐ προτιμήσω κακὸν, Τοῦ μὴ οὐ π.

Fruens Deae. Quibus ego non invideo; nam
Mea quid interest? sed in me quod scelus
Admisit, eius hoc die poenas dabit
Hippolytus; et iam multa praeparata sunt
Dudum, labore ut hîc mihi haud sit magno opus.
Venientem enim illum Pitthei olim ex aedibus,
Vt initiaretur sacris mysteriis,
Pandionis ubi terra floret, nobili
Sata Phaedra stirpe noverca conspiciens, statim
Cor sauciatum amore sensit, quod mea
Factum fuit opera atque consilio, ante quam
Troezeniae attigisset urbis moenia;
Minervae ubi saxosa rupes eminet,
Telluri huic opposita, templum condidit
Cypridi dicatum, absentis icta vulnere;
In posterumque gratia Hippolyti, idem eam
A nomine ipsius vocasse fama fert.
Sed postea agros quam reliquit Atticos,
Pallantidarum caede pollutus gravi,
Fugiensque Theseus noxiae illius luem,
Vt expiaret annuo exilio nefas,
Per fluctuosum navis aequor hospita
Vxore comitatum has in oras appulit:
Vbi gemitu, stimulisque amoris percita
Misere perit, flammasque celat, ex domesticis
Vt nemo morbi vivat huius conscius.
At huic amorem infructuosum cadere non
Oportet. illum Theseo retegam, ut palam
Res tota fiat omnibus. meus hostis hic
Perimetur execrationibus patris,
Quas aequoris Neptunus immensi arbiter
Pro munere olim Theseo certo dedit,
Vt a Deo frustra e tribus nil posceret.
Phaedra, licet orta nobili sit stemmate,
Tamen interibit. tanti enim exitium illius
Haud fecero, hostes ut mihi poenas mei,
Quas esse meritos iudicavero, non luant.

Ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τόνδε παῖδα Θησέως
Στείχοντα, θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα,
Ἱππόλυτον, ἔξω τῶνδε βήσομαι τόπων.
Πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους
Κῶμος λέλακεν, Ἄρτεμιν τιμῶν θεὸν 55
Ὕμνοισιν· οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεωγμένας πύλας
Ἅιδου, φάος τε λοίσθιον βλέπων τόδε. —

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΙΠΠ. Ἕπεσθ' ᾄδοντες ἕπεσθε
Τὰν Διὸς οὐρανίαν Ἄρτεμιν,
Ἄρτεμιν, ᾇ μελόμεσθα. 60
ΘΕ. Πότνια, πότνια, σεμνοτάτα,
Ζανὸς γένεθλον,
Χαῖρέ μοι ὦ κόρα,
Χαῖρέ μοι Λατοῦς
Ἄρτεμι καὶ Διὸς, 65
Καλλίστα πολὺ παρθένων,
Αἴ μέγαν κατ' οὐρανὸν
Ναίετ' εὐπατέρειαν αὐλὰν,
Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον.
Χαῖρέ μοι, ὦ καλλίστα, 70
Καλλίστα τῶν κατ' Ὄλυμπον
Παρθένων Ἄρτεμι.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΙΠΠ. Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
Ἐνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ, 75
Οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος, ἀλλ' ἀκήρατον

Vs. 53. *Var. Lect.* δόμων. — Vs. 61. etc. *vulgo Choro tribuuntur.* — Vs. 67, 68. *Var. Lect.* Ἅ μ. π. οὐ. Ναίεις. — Vs. 76. *Var. Lect.* σύαγρος.

Sed appropinquantem ecce gnatum Thesei
Nunc conspicor, venationis liberum
Laboribus. nunc his gradum efferam locis.
Magna ministrorum caterva atque comitum
Stipatus ingreditur. fremit coetus, Deae
Hymnos Dianae concinunt: nec scit fores
Sibi Tartari nunc esse apertas, ultimum
Et se hoc videre solis aureum iubar.

HIP. Hac me sequimini,
Cantu Deam modulemur:
Hac me sequimini,
Natam Iove Artemin
Dulci canentes voce:
Res nostrae huic sunt curae.
[MIN.] Veneranda, ô veneranda,
Casti plena pudoris,
Iovis aetherii certum germen,
Salve ô virgineum decus,
Salve Latonae et Iovis
Inclyta filia:
Forma nympha decora
Omneis superas virgines,
Quotquot coeli spatiosa patris
Degunt aula,
Per Iovis aurea templa.
HIP. Salve o formosissima,
Cunctarum quae caelo degunt
Artemi formosissima virginum,

Tibi hanc coronam Diva contextam fero
E florido intactoque prato, nunquam ubi
Immissa pastor pecora pavit, falce nec
Fuere secta gramina: ast apes vagae,
Per verna solum tempora, herbas fertileis

Μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται,
Ἕως δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις.
Ὅσοις διδακτὸν μηδέν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάντ' ἀεί, 80
Τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις.
Ἀλλ', ὦ φίλη δέσποινα, χρυσέας κόμης
Ἀνάδημα δέξαι, χειρὸς εὐσεβοῦς ἄπο.
Μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ' ἐμοὶ γέρας βροτῶν·
Σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις ἀμείβομαι, 85
Κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν τὸ σόν·
Τέλος δὲ κάμψαιμ' ὥσπερ ἠρξάμην βίου.

ΘΕ. Ἄναξ, Θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεὼν,
Ἆρ' ἄν τι μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ;

ΙΠΠ. Καὶ κάρτα γ'· ἢ γὰρ οὐ σοφοὶ φαινοίμεθ' ἄν. 90

ΘΕ. Οἶσθ' οὖν βροτοῖσιν ὃς καθέστηκεν νόμος;

ΙΠΠ. Οὐκ οἶδα τοῦ δὲ καί μ' ἀνιστορεῖς πέρι.

ΘΕ. Μισεῖν τὸ σεμνὸν καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον.

ΙΠΠ. Ὀρθῶς γε· τίς δ' οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν;

ΘΕ. Ἐν δ' εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις; 95

ΙΠΠ. Πλείστη τε, καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ βραχεῖ.

ΘΕ. Ἦ κἀν θεοῖσι ταὐτὸν ἐλπίζεις τόδε;

ΙΠΠ. Εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα.

ΘΕ. Πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;

ΙΠΠ. Τίν'; εὐλαβοῦ δὲ μή τι σὸν σφαλῇ στόμα. 100

ΘΕ. Τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις.

ΙΠΠ. Πρόσωθεν αὐτὴν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζομαι.

ΘΕ. Σεμνή γε μέντοι, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς.

ΙΠΠ. Ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει.

ΘΕ. Εὐδαιμονοίης νοῦν ἔχων ὅσον σε δεῖ. 105

ΙΠΠ. Οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν.

Vs. 78. *Vulg.* Αἰδὼς. — Vs. 79, et 80. *Forte leg.* ἀλλά γ' ἡ φύσις *T. σ.* εἴληχεν. *Var. Lect.* ἐν τῇ φύσει *T. σ.* ἔνεστιν. — Vs. 80. *Var. Lect.* εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς. — Vs. 82. *Forte leg.* χρυσέᾳ κόμῃ. — Vs. 85. *Forte leg.* καὶ λόγοις σ' ἀμ. — Vs. 86. *Vulg.* αὐδῆς. — Vs. 87. *Var. Lect.* ὥσπερ ἠυξάμην. — Vs. 96. *Vulg.* Πλείστη γε. — Vs. 100. *Var. Lect.* σφάλλῃ.

Alis pererrant mollibus; fluviatili
Rore pudor irrigat. Facessat ô procul
Ex disciplina hausta indoles, natura quos
Ad recta ducit, usque quos stipat pudor
Nativus; his fas hinc sit herbas carpere:
Praeclusus at sit aditus omnis improbis:
Tuque Domina, mihi cara, amica a dextera
Munus profectum vertici impone aureo.
Soli hic mihi mortalium datus est honor,
Vt verser una, unaque tecum colloquar,
Vocem audiam, faciem tamen non conspicer:
Vitae meae tu, quaeso, curriculum rege,
Quemque institi liceat manere tramite.

ANC. O Rex, Deos dominos vocare fas iubet:
Tu consilìne vis mei esse particeps?

HIP. Quidni? recusans haud sapere possim argui.

ANC. At lex hominibus quae statuta sit es memor?

HIP. Ignoro. sed quid est, quod ex me scire vis?

ANC. Superbiam exodisse, et aeque qui omnibus
Non sunt amici.

HIP. Sed quis aequo plus gravis
Non omnium in sese illico vertat odia?

ANC. In comitate aliquodne consistit decus?

HIP. Magnum quidem, exiguaque cum molestia
Ingens lucrum.

ANC. Affectos Deosne existimas
Modo esse eodém?

HIP. Si quidem Deorum usque sumus usi legibus.

ANC. Cur fastuosae verba non facis Deae?

HIP. Cui? os tuum ne erret, etiam atque etiam vide.

ANC. Ei, ante quae fores tuas stat, Cypridi.

HIP. Illam saluto castus eminus Deam.

ANC. Veneranda ea est atque inter homines nobilis.

HIP. Alii aliis Dii Hominesque curam impartiunt.

ANC. Beatus esses mente sana praeditus.

HIP. Nullus mihi placet Deûm immortalium,
Cuius sacra exercentur atris noctibus.

ΘΕ. Τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.
ΙΠΠ. Χωρεῖτ' ὀπαδοί, καὶ, παρελθόντες δόμους,
Σίτων μέλεσθε· τερπνὸν ἐκ κυναγίας
Τράπεζα πλήρης· καὶ καταψήχειν χρεὼν 110
Ἵππους, ὅπως ἂν, ἅρμασι ζεύξας ὕπο,
Βορᾶς κορεσθεὶς, γυμνάσω τὰ πρόσφορα.
Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.
ΘΕ. Ἡμεῖς δὲ, (τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον)
Φρονοῦντες οὕτως, ὡς πρέπει δούλοις λέγειν, 115
Προσευξόμεσθα τοῖσι σοῖς ἀγάλμασι,
Δέσποινα Κύπρι· χρὴ δὲ συγγνώμην ἔχειν,
Εἴ τις γ', ὑφ' ἥβης σπλάγχνον εὖτονον φέρων,
Μάταια βάζει· μὴ δόκει τούτων κλύειν.
Σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς. — 120

ΕΠΩΔΙΚΑ.

Στροφὴ ἁ.

ΧΟ. 1 Ὠκεανοῦ τις, ὕδωρ
2 Στάζουσα, πέτρα λέγεται,
3 Βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν
4 Προϊεῖσα κρημνῶν,
5 Ὅθι μοι τὶς ἦν φίλα, 125
6 Πορφύρεα φάρεα
7 Ποταμίᾳ δρόσῳ
8 Τέγγουσα, θερμᾶς δ' ἐπὶ νῶτα πέτρας
9 Εὐαλίου κατέβαλεν· ὅθεν μοι
10 Πρώτα φάτις ἦλθε, δέσποιναν, 130

Ἀντιστροφὴ ἁ.

1 Τειρομέναν νοσερᾷ
2 Κοίτᾳ, δέμας ἐντὸς ἔχειν
3 Οἴκων· λεπτὰ δὲ φάρεα ξανθὰν
4 Κεφαλὰν σκιάζειν.

Vs. 115. *Al.* Φρονοῦντας οὕτως. — Vs. 116. *Vulg.* Προσευχόμεσθα. — Vs. 118. *Vulg.* ἔντονον. — Vs. 119. *Vulg.* τούτου. — Vs. 125. *Var. Lect.* Τόθι.

ANC. Dii sunt colendi consuetis ritibus.
HIP. Ite famuli iam intro; ut paratae sint dapes,
Curate. iucundae refertae dulcibus
Mensae cibis sunt, assiduus ubi famem
Venatus obsonavit. equi etiam mei
Sunt reficiendi, quo iugatos curribus
Dape saturatus commodius exerceam.
Longum at tuam iubeo valere Cypridem.
ANC. At nos (neque iuvenum sequi mores decet)
Sapiemus, ut servaeque conditio feret,
Tua simulacra precabimur domina ô Venus.
Danda venia est, si quis adolescens impetu
Animi excitus vana loquitur. dissimula eum
Audire te „Plus homine sapere decet Deos.

CHO. Cautes quaedam dicitur esse
Latice Oceani stillans,
Ex quo dulcis aquae fons,
Implendis quae satis est urnis,
Saxosa promanat rupe.
Hîc quaedam longa mihi
Consuetudine iuncta,
Vestes fluviali lavans
Purpureas aqua,
Illisque aprici dorso
Saxi, siccandi ergo,
Depositis, mihi primae nunciat
Famae rumores, dominam nunc

Tristi morbo confici,
Affixam lecto intimis
Iacere conditam conclavibus;
Tenuique tantum flavas

5 Τριτάταν δέ νιν κλύω 135
6 Τάνδε κατ᾽ ἀμβροσίου
7 Στόματος ἁμέραν
8 Δάματρος ἀκτᾶς δέμας ἁγνὸν ἴσχειν,
9 Κρυπτῷ τε πένθει θανάτου θέλουσαν
10 Κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον. 140

Στροφὴ β΄.

1 Σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα,
2 Εἴτ᾽ ἐκ Πανὸς, εἴθ᾽ Ἑκάτας,
3 Ἢ σεμνῶν Κορυβάντων,
4 Ἢ Ματρὸς οὐρείας φοιταλέου.
5 Σὺ δ᾽ ἀμφὶ τὰν πολύθηρον 145
6 Δίκτυνναν ἀμπλακίαις
7 Ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχῃ.
8 Φοιτᾷ γὰρ καὶ διὰ λίμνας,
9 Χέρσου θ᾽, ὑπὲρ πελάγους
10 Δίναισιν νοτίας ἅλμας. 150

Ἀντιστροφὴ β΄.

1 Ἢ πόσιν, τὸν Ἐρεχθειδᾶν
2 Ἀρχαγὸν, τὸν εὐπατρίδαν,
3 Πημαίνει τις ἐν οἴκοις,
4 Κρυπτᾷ γε κοίτᾳ τῶν σῶν λεχέων.
5 Ἢ ναυβάτας τις ἔπλευσεν 155
6 Κρήτας ἔξορμος ἀνὴρ
7 Λιμένα τόνδ᾽, εὐξεινότατον ναύταις,
8 Φήμαν πέμπων βασιλείᾳ·
9 Λύπᾳ δ᾽ ὑπὲρ παθέων
10 Εὐναίᾳ δέδεται ψυχά. 160

Vs. 149. *Vulg.* Χέρσον. — Vs. 150. *Var. Lect.* Δίναις ἐν νοτίαις. — Vs. 153. *Forte* Ποιμαίνει, *Canter.* — Vs. 157. *Vulg.* τὸν. — Vs. 160. *Vulg.* Εὐναία.

Tectam comas velamine.
Tertia nunc lux caelo fulget,
Cum potuque ciboque
Temperat omni;
Arcanisque incensa doloribus
Metas vitae tendit ad ultimas.

Sed tu divina nunc nympha
Corriperis vesania:
Seu te Pan nemorum potens,
Seu te inquietat Hecate,
Gnosia seu Corybantum pubes,
Aut Berecyntia mater
Idaeis habitans Dea
Enthea montibus;
Seu tu lapsa errore,
Quod nullis pharetratam
Placaveris libis Dianam,
Nunc curis contorquere anxiis:
Per limosas illa paludes
Ingreditur, terrasque pererrat,
Et pelagi aequora salsi.

Quid si Cecropidûm Rex claris
Generosus natalibus
Decipitur socii laesus tori
Occulto concubitu?
Quid si huc Cretae navita ab oris
Appulsus securos
Tetigit portus, Reginae adferens
Infelices nuncios?
Atque aegritudo hac orta
Caussa cubili illam secreto
Clausam tenet?

Ἐπῳδός.

1 Φιλεῖ δὲ τᾷ δυστρόπων γυναικῶν
2 Ἁρμονίᾳ κακᾷ δύστανος
3 Ἀμηχανία συνοικεῖν
4 Ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας·
5 Δι' ἐμᾶς ᾔξε ποτὲ 165
6 Νηδύος ἄδ' αὔρα.
7 Τὰν δ' εὔλοχον οὐρανίαν
8 Τόξων μεδέουσαν
9 Ἄρτεμιν ἀΰτευν.
10 Καί μοι πολυζήλωτος
11 Αἰεὶ σὺν θεοῖσι φοιτᾷ. 170

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

Ἀλλ' ἥδε τροφὸς γεραιὰ πρὸ θυρῶν
Τήνδε κομίζουσ' ἔξω μελάθρων,
Στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται.
Τί ποτ' ἐστὶ μαθεῖν ἔραται ψυχὰ,
Τί δεδήληται 175
Δέμας ἀλλόχροον βασιλείας.

ΤΡΟ. Ὦ κακὰ θνητῶν, στυγεραί τε νόσοι.
Τί σ' ἐγὼ δράσω; τί δὲ μὴ δράσω;
Τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' αἰθήρ·
Ἔξω δὲ δόμων ἤδη νοσερᾶς 180
Δέμνια κοίτας,
Δεῦρο γὰρ ἐλθεῖν πᾶν ἔπος ἦν σοι.
Τάχα δ' εἰς θαλάμους σπεύσεις τὸ πάλιν.

Vs. 161. *Vulg.* δυστρόπῳ. — Vs. 162. *Vulg.* κακὰ — Vs. 179. *Forte leg.* Τί δέ σοι φ., λαμπρὸς ὅδ' αἰθήρ;

quin saepe
Fit temperamento ut
Humore corrupto malo
Morosa mulierum atque
Difficilis existat
Natura, gravidi angoribus
Stimulata ventris:
Alvum quoque meam aliquando haec
Perflavit aura.
Ast Diva parturientium
Fautrix, cui sunt spicula, et
Curae leves sagittae,
Diana saepe
Mihi fuit vocata:
Amabilis, veneranda semper
Inter Deas procedit.

Ast en progreditur foras
Annosa nutrix, hanc extra
Portans limina regiae.
Vultu maesta sedet nubes; quid
Hoc portendat, cupio discere, aut
Quid floridum dominae colorem
Sic variaverit.

NV. O quantum passim, quantum mali
Rebus inest humanis!
Odiosi o morbi, quid faciam?
Quid non faciam? illustre istud iubar,
Purique aether luminis
Prodire foras, strataque iam aegri
Linquere lecti te invitavit.
Nulla alia ore sonabas verba,
Quam huc ut prodires in publicum:
Moxque voluntas haec mutabitur.
Thalamos intra festinabis

Ταχὺ γὰρ σφάλλῃ, κοὐδενὶ χαίρεις.
Οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν
Φίλτερον ἡγῇ. 185
„Κρεῖσσον δὲ νοσεῖν, ἢ θεραπεύειν·
„Τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει
„Λύπη τε φρενῶν, χερσίν τε πόνος.
„Πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων,
„Κοὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις. 190
„Ἀλλ' ὅ, τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο
„Σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις·
„Δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες
„Τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γᾶν,
„Δι' ἀπειροσύναν ἄλλου βιότου, 195
„Κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας.
Μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα.
ΦΑΙ. Αἴρετέ μου δέμας· ὀρθοῦτε κάρα.
Λέλυμαι μελέων σύνδεσμα, φίλαι.
Λάβετ' εὐπήχεις χεῖρας, πρόπολοι. 200
Βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν.
Ἄφελ'· ἀμπέτασον βόστρυχον ὤμοις.
ΤΡΟ. Θάρσει τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς
Μετάβαλλε δέμας.
„Ῥᾷον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας 205
„Καὶ γενναίου λήματος οἴσεις·

Vs. 183. *Forte leg.* σπεύσεις γε πάλιν. — Vs. 191. *Al.* Ἄλλό τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἅ. — Vs. 199. *Var. Lect.* σύνδεσμα φίλων. — Vs. 202. *Olim*, βόστρυχον. οἴμοι.

Iterum gressus aegra referre.
Laberis infelix vitio animi.
Nulla voluptas mentem recreat:
Quod adest, displicet;
Quod abest, gratius aestimas.
„Aegrotare est longe satius,
„Quam morbis adferre medelam.
„Illud simplex est malum:
„Hoc praeter opus manuum
„Miseris urget corda doloribus.
„Multis vita repleta est luctibus;
„Nec ab aerumnis requies ulla.
„Aliud quiddam vita est dulcius,
„Tenebrae cum nos nube tegent atra.
„Stultum vitae est desiderium.
„Vultu illa quidem nitet illustri,
„Qua terrae patet ambitus;
„Sed misere omnes fallimur
„Expertes alterius vitae.
„Nemo sub atrae quid lateat sinu
„Telluris habet compertum; nec
„Quisquam ostendit: stultis passim
„Huc illuc erramus fabulis.

PHAE. Corpus tollite miserum, erigite
Caput, o famulae. omnis mihi
Compages labat artuum.
Heu sustinete brachia:
Velum grave est pondus capiti;
Aufer; capillos explica
Hei mihi miserae!

NV. Ah fide, filia, i contra dolores
Pectore forti, nec nimium move
Corpus tenerum.
„Morbo levamen adferet
„Quies, virilisque animi
„Praesentia. Itaque comparatum est
„Variis ut affligantur

„Μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη.
ΦΑΙ. (ἔ, ἔ,)
Πῶς ἂν δροσερᾶς ἀπὸ κρηνίδος
Καθαρῶν ὑδάτων πόμ' ἀρυσαίμαν;
Ὑπό τ' αἰγείροις, ἔν τε κομήτῃ 210
Λειμῶνι κλιθεῖσ' ἀναπαυσαίμαν;
ΤΡΟ. Ὦ παῖ, τί θροεῖς;
Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ,
Μανίας ἔποχον ῥιπτοῦσα λόγον.
ΦΑΙ. Πέμπετέ μ' εἰς ὄρος· εἶμι πρὸς ὕλαν, 215
Καὶ παρὰ πεύκας, ἵνα θηροφόνοι
Στείβουσι κύνες.
Βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριμπτομένα,
Πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι,
Καὶ παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥίψαι 220
Θεσσαλὸν ὅρπακ' ἐπίλογχον ἔχουσ'
Ἐν χειρὶ βέλος.
ΤΡΟ. Τί ποτ' ὦ τέκνον τάδε κηραίνεις;
Τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτης;
Τί δὲ κρηναίων νασμῶν ἔρασαι; 225
Παρὰ γὰρ δροσερὰ πύργοις συνεχὴς
Κλιτὺς, ὅθι σοι πῶμα γένοιτ' ἂν.
ΦΑΙ. Δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνας,
Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
Εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις, 230

Vs. 209. *F.* πῶμ' ἀρ. *Markland.* — Vs. 218. *Vulg.* ἐγχριπτόμεναι. — Vs. 224. *Forte leg.* μελέτῃ. — Vs. 227. *Vulg.* ὅθεν. *f.* ὅθι, *Heath.* — Vs. 228. *Olim*, Δέσποινα δίας Ἄλίμνας.

„Semper homines aerumnis.

PHAE. Hei quo modo e fonte algido
Rorantis hauriam
Fecunda laticis pocula?
Frondentibusque ubi sub alnis,
Prato recumbens herbido,
Misera quiescam?

NV. Hei filia, hei, quae verba profers?
Cave illa coram vulgo.
Furore, ceu carpento,
Illa vehuntur.

PHAE. Me ad praeruptos mittite monteis:
Nunc ad opacos arbore saltus,
Nunc ad virentes ire pinus
Fert impetus;
Venatici quo eunt canes,
Vbi celeres in retia
Cervos agunt:
Clamore, per Deos, lubet
Canes ciere;
Ac Thessalam arripiens manu hastam,
Circumque flaventes
Sublatam agens capillos,
Telum librabo missile.

CHO. Quid studia tibi curae ista,
O filia, ecquid est cum
Venatione negotî?
Quid fontis aquas poscis limpidi?
Arci imminet devexa rupes,
Perennibus manans aquis:
Praebebit illa facilem
Regina potum.

PHAE. Sacrae ô paludis domina,
Exercitationum equestrium
Praeses Diana,
Vtinam tuis decurrere
Campis queam!

Πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένα.
ΤΡΟ. Τί τόδ' αὖ παράφρον ἔρριψας ἔπος;
Νῦν δὴ μέν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
Πόθον ἐστέλλου· νῦν δ' αὖ ψαμάθοις
Ἐπ' ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι. 235
Τάδε μαντείας ἄξια πολλᾶς,
Ὅς τις σε θεῶν ἀνασειράζει,
Καὶ παρακόπτει φρένας, ὦ παῖ.
ΦΑΙ. Δύστανος ἐγώ, τί ποτ' εἰργασάμαν;
Ποῖ παρεπλάγχθην γνώμας ἀγαθᾶς; 240
Ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτᾳ.
Φεῦ, φεῦ, τλήμων.
Μαία, πάλιν μου κρύψον κεφαλάν·
Αἰδούμεθα γὰρ τὰ λελεγμένα μοι.
Κρύπτε· κατ' ὄσσων δάκρυ μοι βαίνει, 245
Καὶ ἐπ' αἰσχύνην ὄμμα τέτραπται.
„Τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμαν ὀδυνᾷ·
„Τὸ δὲ μαινόμενον, κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ,
„Μὴ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι.
ΤΡΟ. Κρύπτω· τὸ δ' ἐμὸν πότε δὴ θάνατος 250
Σῶμα καλύψει;
Πολλὰ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίοτος·
„Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους
„Φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι,
„Καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς· 255
„Εὔλυτα δ' εἶναι στέργηθρα φρενῶν,
„Ἀπό τ' ὤσασθαι, καὶ ξυντεῖναι.

Vs. 231. *Ol.* δαμαζομένα. — Vs. 232. *Forte leg.* παράφρον γ' ἔρρ. — Vs. 233, 234. *Var. Lect.* θῆρας Ποθὲν. — Vs. 236. *Vulg.* πολλῆς. — Vs. 247. *Al.* ὀδύνα. — Vs. 252. *Olim*, Π. δ. γάρ μ' ὁ π. βίος. — Vs. 256. *Al.* θέλγητρα φρενῶν.

Vtinam domare equos
Liceat domesticos!

CHO. Quid rursus hic tam stulta iactas?
Nunc iuga summa petis, nunc
Venandi te amor urget:
Nunc vis arenosis agris
Equos feroces.
Haec vera sunt praesagia,
Aliquem esse, qui te retrahat, Deum,
Mentisque praestringat vigorem.

PHAE. Hei infelix, quid ego feci?
Quo mens devia fugit?
Sanum Deus eripuit pectus.
Irato cecidi Deo.
Heu, heu misera,
O nutrix mea, caput heu rursus
Vela meum.
Dictorum pudet.
Tege, quaeso, ex oculis erumpunt
Lacrymae maestis.
Pudore vertuntur genae.
„Mentem reverti ad utilem
„Dolore pungit acri.
„Insania est malum; atqui
„Nil sentientem et inscium
„Sic interire est optimum.

NV. Caput, ut iubes, tegam.
Sed obrutum mors quando
Corpus teget meum?
Me longa docuit aetas
Quam plurima. „Inter homines
„Ne amor sit immoderatus,
„Neque intimas intret medullas,
„Cavendum id unice.
„Sic temperandus est amor,
„Sine laesione ut desinat,
„Expelli, et intendi ut queat.

„Τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν
„Ψυχὰν, χαλεπὸν βάρος", ὡς κἀγὼ
Τῆσδ' ὑπεραλγῶ. 260
„Βιότου δ' ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις
„Φασὶ σφάλλειν πλέον, ἢ τέρπειν,
„Τῇ θ' ὑγιείᾳ μᾶλλον πολεμεῖν.
Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ
Τοῦ μηδὲν ἄγαν· 265
Καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΧΟ. Γύναι γεραιὰ, βασιλίδος πιστὴ τροφὲ
Φαίδρας, ὁρῶμεν τάσδε δυστήνους τύχας.
Ἄσημα δ' ἡμῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ νόσος·
Σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι καὶ κλύειν βουλοίμεθ' ἄν. 270
ΤΡΟ. Οὐκ οἶδ' ἐλέγχουσ'. οὐ γὰρ ἐννέπειν θέλει.
ΧΟ. Οὐδ' ἥτις ἀρχὴ τῶνδε πημάτων ἔφυ;
ΤΡΟ. Εἰς ταὐτὸν ἥκεις· πάντα γὰρ σιγᾷ τάδε.
ΧΟ. Ὡς ἀσθενεῖ τε καὶ κατέξανται δέμας.
ΤΡΟ. Πῶς δ' οὔ; τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν; 275
ΧΟ. Πότερον ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;
ΤΡΟ. Θανεῖν· ἀσιτεῖ δ' εἰς ἀπόστασιν βίου.
ΧΟ. Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει.
ΤΡΟ. Κρύπτει γὰρ ἥδε πῆμα, κοὐ φησιν νοσεῖν.
ΧΟ. Ὀδ' εἰς πρόσωπον οὐ τεκμαίρεται βλέπων; 280
ΤΡΟ. Ἔκδημος ὢν γὰρ τῆσδε τυγχάνει χθονός.
ΧΟ. Σὺ δ' οὐκ ἀνάγκην προσφέρεις, πειρωμένη
Νόσον πυθέσθαι τῆσδε, καὶ πλάνον φρενῶν;
ΤΡΟ. Εἰς πᾶν ἀφῖγμαι, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον.
Οὐ μὴν ἀνήσω γ' οὐδὲ νῦν προθυμίας, 285

Vs. 264. *Vulg.* λίαν γ' ἧσσον. — Vs. 270. *Forte leg.* Σοῦ δ' αὖ. — Vs. 273. *Var. Lect.* ἥκει. — Vs. 276. *Al.* ὑπ' ἄσης· *Forte leg.* Π. ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν π. — Vs. 284. *Vulg.* Εἰς πάντ' ἀφ.

„Grave pondus afflictari, et
„Vnam duarum animarum
„Perferre poenas. huius
Ego ut vices miserata
Supra modum angor.
„Intensa vitae studia
„Multo mali plus quam
„Secum voluptatis trahunt.
„Contraria valetudini
„Bellum inferunt bonae.
Ita sane ego quod nimium est
Minus probaverim, atque hoc
Quod dicitur, Ne quid nimis.
Idque sapientium omnium
Evicero suffragiis.

CHO. Grandaeva anus Phaedraeque Reginae nutrix
Fidelis, has quidem videmus miserias,
Tristesque casus. sed, quis iste sit morbus, latet.
Te interrogare, audire te monet animus.
NV. Equidem haud scio ipsa, tacita continet malum:
Nihilque percontando rescire potui.
CHO. Neque causa quaenam tam gravis fuerit mali?
NV. Recidis eodem. celat ista me omnia.
CHO. Vt aegra, toto ut membra tabent corpore!
NV. Qui non! cibum quae triduo abhinc non sumpserit!
CHO. Morbine vi, an contendit illa sic mori?
NV. Finire inedia calamitosos vult dies.
CHO. Mira loqueris, viro ista si non displicent.
NV. Celat malum illa, atque esse se aegrotam negat.
CHO. Nec id ille faciem conspicatus percipit?
NV. Qui posset, aliis peregre in oris quando abest?
CHO. Sed numquid urges, morbi ut omnem huius scias
Originem, mentisque caussam erraticae?
NV. Omnes vias tentavi. at incassum omnia.
Nullamque ego remittam adhuc industriam:

Ὡς ἂν παροῦσα καὶ σύ μοι ξυμμαρτυρῇς,
Οἷα πέφυκα δυστυχοῦσι δεσπόταις.
Ἄγ', ὦ φίλη παῖ, τῶν πάροιθε μὲν λόγων
Λαθώμεθ' ἄμφω· καὶ σύ θ' ἡδίων γενοῦ,
Στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα, καὶ γνώμης ὁδὸν, 290
Ἐγώ θ', ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόθ' εἰπόμην,
Μεθεῖσ', ἐπ' ἄλλον εἶμι βελτίω λόγον.
Κεἰ μὲν νοσεῖς τι τῶν ἀπορρήτων κακῶν,
Γυναῖκες αἵδε συγκαθίσταιντ' ἂν νόσον.
Εἰ δ' ἔκφορός σοι συμφορὰ πρὸς ἄρσενας, 295
Λέγ', ὡς ἰατροῖς πρᾶγμα μηνυθῇ τόδε.
Εἶεν· τί σιγᾷς; οὐκ ἐχρῆν σιγᾷν, τέκνον,
Ἀλλ' ἢ μ' ἐλέγχειν, εἴ τι μὴ καλῶς λέγω,
Ἢ τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις.
Φθέγξαι τί· δεῦρ' ἄθρησον· ὦ τάλαιν' ἐγὼ, 300
Γυναῖκες, ἄλλως τούσδε μοχθοῦμεν πόνους,
Ἴσον δ' ἄπεσμεν τῶν πρίν· οὔτε γὰρ τότε
Λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται.
Ἀλλ' ἴσθι μέντοι (πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα
Γίγνου θαλάσσης) εἰ θανῇ, προδοῦσα σοὺς 305
Παῖδας, πατρῴων μὴ μεθέξοντας δόμων·
Μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν Ἀμαζόνα,
Ἣ σοῖς τέκνοισι δεσπότην ἐγείνατο
Νόθον, φρονοῦντα γνήσι', οἶσθά νιν καλῶς,
Ἱππόλυτον. Φ. οἴμοι. Τ. θιγγάνει σέθεν τόδε; 310
ΦΑΙ. Ἀπώλεσάς με, μαῖα, καί σε, πρὸς θεῶν,
Τοῦδ' ἀνδρὸς αὖθις, λίσσομαι, σιγᾷν πέρι.

Vs. 288. *Vulg.* Ἀλλ' ὦ. — Vs. 294. *Vulg.* συγκαθιστάναι. *Codd.* συγκαθίσταντα· *Forte* συγκαθίσταιντ' ἂν *v. Musgrave.* — Vs. 298. ἤν τι. — Vs. 302. *Al.* τῷ πρίν. — Vs. 303. *Var. Lect.* ἐθέλγεθ' ἥδε. — Vs. 307. *Vulg.* ἱππείαν. — Vs. 312. *Al.* Τοῦδ' αὖθις ἀνδρὸς.

Vt ipsa diligentiae praesens meae
Tu testis existas, heraeque in omnibus
Quam casibus fidelitatem praestiti.
At filia ô carissima prioris precor
Sermonis obliviscere, itidem ut faciam ego, et
Lubentiorem te exhibe, frontem explica,
Olim serenam, nunc supercilio gravem:
Dissolve amaram pectoris curam anxii.
Si forte quid locuta tunc sum durius,
Nunc corrigam, laetosque proferam sonos.
Si morbus urget te secretus, feminae hae
Ferent medelam. si illius sit generis ut
Communicari cum viris queat, tuum edere est,
Vti medicis res omnis explanetur. At
Cur sic taces? haud te tacere convenit.
Quin si minus recte quid effero, me argue,
Recteve dicta voce comproba tua.
Dic aliquid, huc specta. miserrima ego omnium, ô,
O feminae, hunc frustra laborem insumimus.
Aeque atque dudum hinc absumus procul, neque
Sermone tum flecti meo potuit, neque
Nunc imperare sibi potest, ut pareat.
Sed certum habe, tu fluctibus maris hîc minus
Tractabilis. si deseris nunc liberos,
In non coactam sic necem te proruens,
Haereditatem haud ullo ii unquam tempore
Cernent paternam. testor hîc Amazonum
Reginam equestrem, liberis dominum tuis
Quae peperit illegitimum, at artium haud rudem,
Quibus imbuuntur editi iustis toris.
Nosti probe Hippolytum istum.

PHAE. At hei mihi miserae!

NV. Quid? hoccine hîc te perculit?

PHAE. Cara ut nutrix
Me perdidisti! per Deos te omneis precor,
Ne nomen huius ore prodeat tuo
In posterum.

ΤΡΟ. Ὁρᾷς; φρονεῖς μὲν εὖ· φρονοῦσα δ' οὐ θέλεις
Παῖδάς τ' ὀνῆσαι, καὶ σὸν ἐκσῶσαι βίον.
ΦΑΙ. Φιλῶ τέκν'· ἄλλῃ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι. 315
ΤΡΟ. Ἁγνὰς μέν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις.
ΦΑΙ. Χεῖρες μὲν ἁγναί, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.
ΤΡΟ. Μῶν ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τίνος;
ΦΑΙ. Φίλος μ' ἀπόλλυσ', οὐχ ἑκοῦσαν οὐχ ἑκών.
ΤΡΟ. Θησεύς τιν' ἡμάρτηκεν εἴς σ' ἁμαρτίαν; 320
ΦΑΙ. Μὴ δρῶσ' ἔγωγ' ἐκεῖνον ὀφθείην κακῶς.
ΤΡΟ. Τί γὰρ τὸ δεινὸν τοῦθ', ὅ σ' ἐξαίρει θανεῖν;
ΦΑΙ. Ἔα μ' ἁμαρτεῖν, οὐ γὰρ εἴς σ' ἁμαρτάνω.
ΤΡΟ. Οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι.
ΦΑΙ. Τί δρᾷς; βιάζῃ χειρὸς ἐξαρτωμένη; 325
ΤΡΟ. Καὶ σῶν γε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε.
ΦΑΙ. Κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ τάδ', εἰ πεύσῃ, κακά.
ΤΡΟ. Μεῖζον γὰρ, ἢ σοῦ μὴ τυχεῖν, τί μοι κακόν;
ΦΑΙ. Ὀλῇ· τὸ μέντοι πρᾶγμ' ἐμοὶ τιμὴν φέρει.
ΤΡΟ. Κἄπειτα κρύπτεις χρῆσθ', ἱκνουμένης ἐμοῦ; 330
ΦΑΙ. Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν ἐσθλὰ μηχανώμεθα.
ΤΡΟ. Οὐκοῦν λέγουσα τιμιωτέρα φανῇ.
ΦΑΙ. Ἄπελθε, πρὸς θεῶν, δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες.
ΤΡΟ. Οὐ δῆτ', ἐπεί μοι δῶρον οὐ δίδως ὃ χρῆν.
ΦΑΙ. Δώσω· σέβας γὰρ χειρὸς αἰδοῦμαι τὸ σόν. 335
ΤΡΟ. Σιγῶμ' ἂν ἤδη· σὸς γὰρ ὀυντεῦθεν λόγος.
ΦΑΙ. Ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ, ἠράσθης ἔρον;
ΤΡΟ. Ὃν ἔσχε ταύρου, τέκνον, ἢ τί φῂς τόδε;
ΦΑΙ. Σύ τ' ὦ τάλαιν' ὄμαιμε, Διονύσου δάμαρ.
ΤΡΟ. Τέκνον, τί πάσχεις; συγγόνους κακορροθεῖς; 340
ΦΑΙ. Τρίτη δ' ἐγὼ δύστηνος ὡς ἀπόλλυμαι.
ΤΡΟ. Ἐκ τοι πέπληγμαι. ποῖ προβήσεται λόγος;
ΦΑΙ. Ἐκεῖθεν ἡμεῖς, οὐ νεωστὶ δυστυχεῖς.

Vs. 316. *Al. Codd.* φορεῖς. — Vs. 324. *Al.* Οὐδὲ σοῦ λελείψομαι· *male.* — Vs. 326. *Forte leg.* Καὶ τῶνδε γ. — Vs. 329. Ὀλῇ. ΦΑΙ. τὸ μ. — Vs. 330. *Var. Lect.* κρύπτεις, χρῆσθ' ἱκν. — Vs. 331. *Var. Lect.* ἐσθλῶν αἰσχρὰ. — Vs. 333. *Vulg.* δεξιᾶς τ' ἐμῆς μ.

NV. Videsne mens ut integra
Tibi constet? hei! servare non vis liberos
Misera tuos, vitamque tutari tuam.
PHAE. Amo liberos; sed me alia tempestas rapit.
NV. Intaminatas sanguine retines manus.
PHAE. Munda manus est, polluta gesto pectora.
NV. Aliunde ab hoste aliquidne manavit mali?
PHAE. Amicus hei me perdit invitam inscius.
NV. Commisit in te quaeso quid Theseus mali?
PHAE. Minime. at, ne ego illum laesero, maior metus.
NV. Cur tanta res est quae mori te cogit?
PHAE. At
Errare me sine, nihil in te ago perperam.
NV. Haud sponte sane; potius hic mortem oppetam.
PHAE. Quid vim facis, ita e brachiis pendens meis?
NV. Haud fiet unquam ut genua deseram tua.
PHAE. Mala misera audiens, mala ipsa tibi audies.
NV. Si te orber, hei gravius mihi quid accidat?
PHAE. Peribis. haec res adferet mihi decus.
NV. Honesta poscenti ista nunc non deteges?
PHAE. Honesta turpitudinem secum trahent.
NV. Laudatior eris haec amicis aperiens.
PHAE. Abi, atque dextram linque nunc mihi liberam.
NV. Nunquam relinquam, quod peto nisi tribuas.
PHAE. Tribuam, manumque veneror in primis tuam.
NV. Secretum habebo. iam explicare erit tuum.
PHAE. O misera! qualem amorem amasti mea parens?
NV. Quo taurum amavit, quemve amorem tu innuis?
PHAE. Tuque ô soror Semeleii uxor Liberi!
NV. Hem quid tibi accidisse dicam ô filia?
Mala generis ita gravia prosequeris tui.
PHAE. Vt tertia quoque infausta nunc ego pereo!
NV. Quorsum ista spectent verba iam attonita haereo.
PHAE. Hinc prima labes fluxit: haud ea est recens.

Vs. 339. *Cod. MS.* Σὺ δ' ὦ.

ΤΡΟ. Οὐδέν τι μᾶλλον οἶδ' ἃ βούλομαι κλύειν.
ΦΑΙ. Φεῦ.
Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἅ 'μ' ἐχρῆν λέγειν; 345
ΤΡΟ. Οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς.
ΦΑΙ. Τί τοῦθ' ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾷν;
ΤΡΟ. Ἥδιστον, ὦ παῖ, ταὐτὸν, ἀλγεινόν θ' ἅμα.
ΦΑΙ. Ἡμεῖς ἂν εἶμεν θατέρῳ κεχρημέναι.
ΤΡΟ. Τί φῄς, ἐρᾷς, ὦ τέκνον, ἀνθρώπων τινός; 350
ΦΑΙ. Ὅστις ποθ' οὗτός ἐσθ' ὁ τῆς Ἀμαζόνος.
ΤΡΟ. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; Φ. σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις.
ΤΡΟ. Οἴμοι, τί λέξεις; τέκνον ὥς μ' ἀπώλεσας.
Γυναῖκες, οὐκ ἀνάσχετ'· οὐκ ἀνέξομαι
Ζῶσ'· ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος. 355
Ῥίψω, μεθήσω σῶμ'· ἀπαλλαχθήσομαι
Βίου θανοῦσα· χαίρετ'· οὐκ ἔτ' εἰμ' ἐγώ.
Οἱ σώφρονες γὰρ, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὅμως
Κακῶν ἐρῶσι· Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς,
Ἀλλ' εἴτι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ, 360
Ἢ τήνδε, κἀμὲ, καὶ δόμους ἀπώλεσεν.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Στροφή.

ΧΟ. 1 Ἀΐες ὦ, ἔκλυες ὦ,
2 Ἀνήκουστα τᾶς τυράννου
3 Πάθεα μέλεα θρεομένας.
4 Ὀλοίμαν ἔγωγε, πρὶν σὰν φίλαν
5 Καταλῦσαι φρένα. 365
6 Ἰώ μοι· φεῦ· φεῦ.
7 Ὦ τάλαινα τῶνδ' ἀλγέων.
8 Ὦ πόνοι τρέφοντες βροτούς.
9 Ὄλωλας· ἐξέφηνας εἰς φάος κακά.
10 Τίς σε παναμέριος ὅδε χρόνος μένει;

Vs. 345. *Al.* ἃ "ν μ' ἐχρῆν λ. *male.* — Vs. 349. *F. leg.* Ἡμεῖς δ' ἂν. — Vs. 353. *Vulg.* Οἴμοι, τί λέξεις τέκνον; — Vs. 364. *Al.* πρὶν σ' ἂν φ. et Κατανῦσαι.

NV. Nihilo magis iam, audire quae cupio, scio.
PHAE. Heu quî mihi dicas quae oportet me loqui.
NV. Vatesne ego sum, obscura quae tibi explicem?
PHAE. Quid est quod homines apud amare dicitur?
NV. Dulcissimum hoc idem atque amarum maxime.
PHAE. Horum alterum sum experta ego, ut quae maxime
NV. Quid ô ais? tu amore capta es, filia?
PHAE. Quis ille qui prognatus est Amazone?
NV. Quem dicis, Hippolytumne?
PHAE. Id ex te, ex me haud scies.
NV. Heu quid ais? ut me perdidisti filia?
Haud ista sunt toleranda. non toleranda sunt.
Odiosum, amicae, non feram vivens diem.
Invisa splendet oculis lux meis. procul
Me hinc segregabo. corpus hoc linquam. neque
Mora ulla, vita exibo. iam volupe est mori:
Valete. nil prorsus ego sum misera amplius.
Quae sunt modesto pectore nurus praeditae,
Amant quidem mala illae, at invitae tamen.
Non est Dea Venus, aliquid est maius Dea,
Quae meque, et istam, et perdidit totam domum.

CHO. Eheu tristis Dominae casus!
Infanda audistis narrantem,
Audivistis Dominam. ô utinam ante
Interream, quam Domina ista tua
Maesto perdat funere vitam.
Eheu, eheu infelix, ô
Curis hei immersa voracibus!
O hominum nutrices aerumnae! vah
Periisti! mala vulgantur tua.
Vltima quae te expectant tempora!

Vs. 365. *Vulg.* Ἰώ μοι μοι.

11 Τελευτήσεταί τι καινὸν δόμοις. 370
12 Ἄσημα δ' οὐκ ἔτ' ἐστὶν οἷ φθίνει τύχα
13 Κύπριδος, ὦ τάλαινα παῖ Κρησία.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΦΑΙ. Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ' ἔσχατον
Οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον,
Ἤδη πότ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ 375
Θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος.
Καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
Πράσσειν κάκιον· ἔστι γὰρ τόγ' εὖ φρονεῖν
Πολλοῖσιν· ἀλλὰ τῇδ' ἀθρητέον τόδε.
„Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν, 380
„Οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'· οἱ μέν, ἀργίας ὕπο,
„Οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ
„Ἄλλην τιν'· εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου,
„Μακραί τε λέσχαι, καὶ σχολή, τερπνὸν κακόν,
„Αἰδώς τε· δισσαὶ δ' εἰσίν· ἡ μέν οὐ κακή, 385
„Ἡ δ' ἄχθος οἴκων·" εἰ δ' ὁ καιρὸς ἦν σαφής,
Οὐκ ἂν δύ' ἤστην ταὔτ' ἔχοντε γράμματα.
Ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω φρονοῦσ' ἐγώ,
Οὐκ ἔσθ' ὁποίῳ φαρμάκῳ διαφθερεῖν
Ἔμελλον, ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν. 390
Λέξω δὲ καὶ σοὶ τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.
Ἐπεί μ' ἔρως ἔτρωσεν, ἐσκόπουν ὅπως
Κάλλιστ' ἐνέγκαιμ' αὐτόν. ἠρξάμην μέν οὖν
Ἐκ τοῦδε σιγᾷν τήνδε καὶ κρύπτειν νόσον.
„Γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστόν· ἡ θυραῖα μέν 395
„Φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται,

Vs. 370. *F. leg. ex MS.* Τελευτάσεται. — Vs. 379. *Olim*, τάδε. — Vs. 381. *Al.* Κοὐκ ἐκπονοῦμεν, οἱ μὲν. — Vs. 387. *Vulg.* ταῦτ' ἔχοντε. — Vs. 388. *Codd. duo*, προγνοῦσ' ἐγώ.

Nunc novi aliquid his fiet in aedibus.
Haud obscurae Cypridis artes,
Quae miseram consument.
O quam infelix Cressa puella es!

PHAE. Troezeniae nurus, Lacaenique Pelopis
Quae colitis extremos recessus insulae,
Quam saepe longas noctis horas traximus
Meditatione mortis! Et quibus modis
Humana solvi vita possit! haud mihi
Ductu videntur mentis ad nefas agi,
Mortalium auras quotquot aetheris hauriunt.
„Plerique recte quae geruntur pervident.
„Sed ponderandum hic est, honesta scire nos,
„Quaeque meliora sunt, sequi sed pessima,
„Ad eaque magis appellere animum: ignaviam hi,
„Alii voluptatem anteponunt improbam
„Honesto, eamque vitae habent ducem suae.
„Varia voluptatum genera, hominum quibus
„Mulcetur aegra vita. dulce malum, otium,
„Confabulationibusque suaviter
„Ad satietatem posse mutuis frui.
Pudorque duplex esse fertur, hic bonus,
Domos at ille sarcina premens gravi.
Quod si pateret, ubi pudore foret opus,
Haud scriptus iisdem literis esset duplex.
Talia ego mecum mente cum revolverem,
Nullam ullius tantam arbitrabar pharmaci
Vsquam esse vim, quam pectus integrum loco
Movens ad aliquod impulisset dedecus.
At nunc quis animi sit tenor dicam mei.
Postquam ictum amore fuit cor, extemplo incidit
Mihi cura, ut optime hoc perferrem onus.
Coepi tacere, vulnus occultum tegens.
„Linguae fides nulla est habenda, aliorum ea
„Saepe probra, cogitationesque reprimit,

„Αὐτὴ δ' ὑφ' αὐτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά.
Τὸ δεύτερον δέ, τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν,
Τῷ σωφρονεῖν νικῶσα, προὐνοησάμην.
Τρίτον δ', ἐπειδὴ τοῖσιν οὐκ ἐξήνυτον 400
Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι
Κράτιστον· οὐδεὶς ἀντερεῖ βουλεύμασιν.
„Ἐμοὶ γὰρ εἴη μήτε λανθάνειν καλὰ,
„Μήτ' αἰσχρὰ δρώσῃ, μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν.
Τὸ δ' ἔργον ᾔδη, τὴν νόσον τε δυσκλεᾶ. 405
Γυνή τε πρὸς τοῖσδ' οὖσ' ἐγίγνωσκον καλῶς
Μίσημα πᾶσιν. Ὡς ὄλοιτο παγκάκως,
Ἥτις πρὸς ἄνδρας ἦρξατ' αἰσχύνειν λέχη
Πρώτη θυραίους· ἐκ δὲ γενναίων δόμων
Τόδ' ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν. 410
„Ὅταν γὰρ αἰσχρὰ τοῖσιν ἐσθλοῖσιν δοκῇ,
„Ἡ κάρτα δόξει τοῖς κακοῖς εἶναι καλά.
Μισῶ δὲ καὶ τὰς σώφρονας μὲν ἐν λόγοις,
Λάθρα δὲ τόλμας οὐ καλὰς κεκτημένας.
Αἰ πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι, 415
Βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν,
Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην,
Τέρεμνά τ' οἴκων μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ;
Ἡμᾶς γὰρ αὐτὸ τοῦτ' ἀποκτείνει, φίλαι,
Ὡς μή ποτ' ἄνδρα τὸν ἐμὸν αἰσχύνασ' ἁλῶ, 420
Μὴ παῖδας, οὓς ἔτικτον· ἀλλ' ἐλεύθεροι,
Παῤῥησίᾳ θάλλοντες, οἰκοῖεν πόλιν
Κλεινῶν Ἀθηνῶν, μητρὸς οὕνεκ' εὐκλεεῖς.
„Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
„Ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά. 425
„Μόνον δὲ τοῦτο φάσ' ἀμιλλᾶσθαι βίῳ,
„Γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν ὅτῳ παρῇ.
„Κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην', ὅταν τύχῃ

Vs. 400. *F. leg.* τοῖσίδ' οὐκ ἐξ. *vel* τοῖσδέγ' οὐκ. — Vs. 405. *Olim*, ᾔδειν. — Vs. 418. *Al.* Τέραμνά. — Vs. 419. *Olim*, ἀποκτενεῖ. — Vs. 421. *Olim*, ἐλευθέρως. — Vs. 427. *Var. Lect.* ὅταν παρῇ.

„Sibi at ipsa maximum accersit malum.
Amentiam dein castitate vincere
Decreveram; quae si via haud succederet,
Venusque fortiore vi urgeret, mori
Visum optimum. Quis iure consilium hoc meum
Dictis refutet? „Recta si faciam, ut quidem
„Nolim latere: ita turpia patrans haud velim
„Testeis habere. Scio hoc opus, morbum hunc scio,
Infamiam sequi, atque cum sim femina,
Odium inde me contra excitatum iri omnium.
Ah pessime omnino illa pereat, prima quae
Mixta exteris viris toros adultera
Temeravit alienos! mali huius fluxit ex
Domibus potentum foeda origo. „turpia
„Quae iis placent probi qui habentur, eadem ea
„Plebi aestimantur honesta si qua maxime.
Verbis pudicas semper odi, et ad improba
Quae clanculum turpi ruunt audacia.
Illaeque qua fronte intueri audent viros?
Dea ô potens Cypri, atque salso sata mari,
Neque adiutrices noctis, heu scelus, nigrae
Horrent tenebras, intimos neque domuum
Procul recessus, voce ne illi in publicum
Quandoque divulgent secreta. me id etiam
Mucrone ceu stricto necabit, ô nurus,
Non praestitisse si viro arguar fidem;
Si labe quos progenui in auras liberos
Contaminem. Virtutis hos fiducia,
Et libere florere vota sunt mea.
Celebri habitent Cecropidûm in urbe, et splendidi
Virtute, gloriaque matris. „Homini enim
„Etiam optimo servilis instar est iugi,
„Sceleris parentum conscientia premi.
„Vitamque solum hoc vincit ipsam, aequi et boni,
„Mentisque conscientia integrae frui.
„At tempus improbos, id usus cum exigit,

„Προσθεὶς κάτοπτρον, ὥστε παρθένος νέα,
„Χρόνος παρ' οἷσι μή ποτ' ὀφθείην ἐγώ. 430
ΧΟ. Φεῦ· φεῦ· „τὸ σῶφρον ὡς ἀπανταχοῦ καλὸν,
„Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.
ΤΡΟ. Δέσποιν', ἐμοί τοι συμφορὰ μὲν ἀρτίως
Ἡ σὴ παρέσχε δεινὸν ἐξαίφνης φόβον.
Νῦν δ' ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα· κἀν βροτοῖς 435
„Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
Οὐ γὰρ περισσὸν οὐδέν, οὐδ' ἔξω λόγου
Πέπονθας· ὀργαὶ δ' εἷς σ' ἐπέσκηψαν θεᾶς.
Ἐρᾷς· τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν.
Κἄπειτ' ἔρωτος οὕνεκα ψυχὴν ὀλεῖς; 440
Οὐκ ἆρά γ' οὐ δεῖ τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας,
Ὅσοι τε μέλλουσ', εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.
„Κύπρις γὰρ οὐ φορητὸν ἢν πολλὴ ῥυῇ·
„Ἢ τὸν μὲν εἴκονθ' ἡσυχῇ μετέρχεται·
„Ὃν δ' ἂν περισσὸν, καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα, 445
„Τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισεν.
„Φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ'· ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ
„Κλύδωνι Κύπρις· πάντα δ' ἐκ ταύτης ἔφυ.
„Ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα, καὶ διδοῦσ' ἔρον,
„Οὗ πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν' ἔκγονοι. 450
Ὅσοι μὲν οὖν γραφάς τε τῶν παλαιτέρων
Ἔχουσιν, αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαις ἀεὶ,
Ἴσασι μὲν Ζεὺς ὥς ποτ' ἠράσθη γάμων
Σεμέλης· ἴσασι δ' ὡς ἀνήρπασέν ποτε
Ἡ καλλιφεγγὴς Κέφαλον εἰς θεοὺς Ἕως, 455
Ἔρωτος οὕνεκ'· ἀλλ' ὅμως ἐν οὐρανῷ
Ναίουσι, κοὐ φεύγουσιν ἐκποδὼν θεούς·
Στέργουσι δ', οἶμαι, ξυμφορᾷ νικώμενοι.

Vs. 429. *Al.* Προθεὶς κ. ὥστε παρθένῳ νέᾳ. — Vs. 431. *Al. Codd.* ἀπανταχῇ. — Vs. 432. *Var. Lect.* καρπίζεται. — Vs. 438. *Forte leg.* ἀπέσκηψαν. — Vs. 441. *Corrige*, sodes, Οὔτ' ἄρα λύει τοῖς ἐρῶσι. — Vs. 443. *Vulg.* φορητὸς.

„Teneri ut puella aevi nitentis imagine
„Speculi figuram cernit, omnes indicat.
At inter illos nunquam ego aspiciar precor.
CHO. „Heu, heu, quam ubique modestia est clarum decus,
„Quam apud homines opinionem adfert bonam!
NV. Tua ista, domina, calamitas mihi prius
Incussit attonitae repente gravem metum.
Sed absque caussa meticulosam intelligo
Nunc me fuisse: „priore sic mortalibus
„Posterior esse cogitatio solet
„Argutior" nec singulare est, nec modum,
Quae pateris, excedunt. Deae in te proruit
Ira Veneris. mirumne id est? cum pluribus
Quando accidit tibi hoc commune? Deinde vis
Amoris ergo exire vita. quid alios
Amare prodest, inque venturos dies
Olim queat prodesse, vita excedere
Si sit statutum? „haud est Venus tolerabilis
„Magno impetu quae intemperanter irruit.
„Qui non nimis renititur, face tepida hunc
„Adurit; eminere sed quem inter alios
„Velle videt, et tumere fastu, hunc arripit,
„Quibusque collo vexat obtorto modis!
„Per aetherem vagatur immensum; maris
„Fluctus Venus perlabitur: primam ex ea
„Ducunt originem omnia. illa agros serit,
„Suavemque amorem sufficit. cuius quidem,
„Quicunque vitae munera huius carpimus,
Sumus, et vocamur posteri." Veterum libros
Qui volvere, ac Musis vacare dulcibus
Volupe aestimant, novere Semeles Iuppiter
Vt sit toris potitus; utque fulgidae
Praeda Cephalus fuerit parenti Memnonis,
Stimulis amoris percitae; nihilominus
Caeli aureas colunt domos, neque fugiunt
Vultus Deorum, qui, puto, boni consulunt,
Eodem et ipsi saepe victi numine.

Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ; χρῆν σ' ἐπὶ ῥητοῖς ἄρα
Πατέρα φυτεύειν, ἢ 'πὶ δεσπόταις θεοῖς 460
Ἄλλοισιν, εἰ μὴ τούσδέ γε στέρξεις νόμους.
Πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν,
Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν;
Πόσους δὲ παισὶ πατέρας ἡμαρτηκόσι
Συγκεκομίζειν Κύπριν; „ἐν σοφοῖσι γὰρ 465
„Τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά.
„Οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρῆν βίον λίαν βροτούς.
Οὐδὲ στέγην γὰρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι,
Καλῶς ἀκριβώσειαν· εἰς δὲ τὴν τύχην
Πεσοῦσ', ὅσην σὺ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκοῖς; 470
„Ἀλλ', εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχοις,
„Ἄνθρωπος οὖσα, κάρτα γ' εὖ πράξειας ἄν.
Ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν,
Λῆξόν θ' ὑβρίζουσ'· οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις
Τάδ' ἐστὶ, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν. 475
Τόλμα δ' ἐρῶσα· θεὸς ἐβουλήθη τάδε.
Νοσοῦσα δ' εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου.
Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι.
Φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου.
Ἦτ' ἆρά γ' ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, 480
Εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.

ΧΟ. Φαίδρα, λέγει μὲν ἥδε χρησιμώτερα
Πρὸς τὴν παροῦσαν ξυμφοράν· αἰνῶ δέ σε.
Ὁ δ' αἶνος οὗτος δυσχερέστερος λόγων
Τῶν τῆσδε, καὶ σοὶ μᾶλλον ἀλγίων κλύειν. 485

ΦΑΙ. „Τοῦτ' ἔσθ', ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας,
„Δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι.
„Οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν,
„Ἀλλ' ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται.

Vs. 461. *Vulg.* στέργεις. — Vs. 464. *Al.* ἡμαρτηκότας. — Vs. 467. *Vulg.* χρὴ βίον. — Vs. 468, 469. *Forte leg.* ἧ κατηρεφεῖς δόμοι, Κανὼν ἀκριβώσει' ἄν· — Vs. 470. *Al.* δοκεῖς. *Forte leg.* δοκοῖ; — Vs. 471. *Al.* ἔχεις. — Vs. 474. *Codd. MSS.* Λῆξόν δ' ὑβρίζουσ'· — Vs. 480. *F.* Ἦ παῦρά γ', ὀψέ τ' ἄ. *Reiske:* Frustra.

Mortalis haec tu sustinere negabis? at
Te legibus generare certis debuit
Pater tuus, aliisve dominis atque Diis
Regnantibus, si horum haud placent leges tibi.
Quot mente credis praeditos sana, toros
Contaminari conspicantes proprios,
Qui foeda dissimulare non satius putent?
Et quot parentes, qui suarum non tegant
Silentio peccata Veneris prolium?
„Sapientis est celare quae sunt turpia.
„Non est nimis severe agenda vita, nec
Fabri domorum tecta curiosius
Summa extruunt. Tune e procellis, propemodum
Quae te hauriunt, sic enatatura hei tibi
Videre? „si bona plura, quam mala possides,
„Cum sis homo, esse te beatam quis neget?
Sed, filia optima, impetus frena malos,
Iniuriis tibi tempera; est iniuria,
Diis minorem ubique nisi te gesseris.
Age aude amare, Diis fit hoc volentibus.
Afflicta morbo sanitati pristinae
Te redde; sunt quae amolientur carmina;
Mulcentia adsunt verba; remedium alicubi
Aliquod malo invenietur. Haud cito viri
Invenerint, maior mulierum industria.

CHO. Quae haec, Phaedra, dicit aptiora miseriis
Praesentibus videntur: attamen mihi es
Laudanda. Laus sed haec magis odiosa iis,
Quae voce te nunc ista non monuit mala,
Et auribus molestior cadet tuis.

PHAE. „Hoc est quod optimis statutas legibus
„Vrbesque familiasque vastat funditus,
„Sermonis immodicus nitor. non auribus
„Iucunda sunt dicenda, sed quae gloriam,
„Et audienti insigne concilient decus.

Vs. 488. *Al.* χρὴ λέγειν.

ΤΡΟ. Τί σεμνομυθεῖς; οὐ λόγων εὐσχημόνων 490
Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός· ὡς τάχως διϊστέον
Τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον.
Εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος
Τοιαῖσδε, σώφρων δ' οὖσ' ἐτύγχανες γυνή,
Οὐκ ἄν ποτ' εὐνῆς οὕνεχ', ἡδονῆς τε σῆς, 495
Προσῆγον ἄν σε δεῦρο· νῦν δ' ἀγὼν μέγας
Σῶσαι βίον σὸν, κοὐκ ἐπίφθονον τόδε.
ΦΑΙ. Ὦ δεινὰ λέξασ' οὐχὶ συγκλείσεις στόμα,
Καὶ μὴ μεθήσεις αὖθις αἰσχίστους λόγους;
ΤΡΟ. Αἴσχρ', ἀλλ' ἀμείνω τῶν καλῶν τάδ' ἔστι σοι. 500
Κρεῖσσον δὲ τοὔργον, εἴπερ ἐκσώσει γέ σε,
Ἢ τοὔνομ', ᾧ σὺ κατθανῇ γαυρουμένη.
ΦΑΙ. Καὶ μή γε, πρὸς θεῶν, (εὖ λέγεις γὰρ, αἰσχρὰ δέ,)
Πέρα προβῇς τῶνδ', ὡς ὑπείργασμαι μὲν εὖ
Ψυχὴν ἔρωτι· ταἰσχρὰ δ' ἢν λέγῃς καλῶς, 505
Εἰς τοῦθ', ὃ φεύγω νῦν, ἀναλωθήσομαι.
ΤΡΟ. Εἴ τοι 'δόκει σοι, χρῆν μὲν οὐ σ' ἁμαρτάνειν·
Εἰ δ' οὖν, πιθοῦ μοι· δευτέρα γὰρ ἡ χάρις.
Ἔστιν κατ' οἴκους φίλτρα μοι θελκτήρια
Ἔρωτος· ἦλθε δ' ἄρτί μοι γνώμης ἔσω, 510
Ἃ σ' οὔτ' ἐπ' αἰσχροῖς, οὔτ' ἐπὶ βλάβῃ φρενῶν,
Παύσει νόσου τῆσδ', ἢν σὺ μὴ γένῃ κακή.
Δεῖ δ' ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου
Σημεῖον, ἢ λόγον τιν', ἢ πέπλων ἄπο
Λαβεῖν, συνάψαι τ' ἐκ δυοῖν μίαν χάριν. 515

Vs. 491. *Olim*, εἰς τάχος δ. *Al.* διοιστέον. — Vs. 494. *F. leg.* σώφρων τ' οὖσ' ἔτ. -- Vs. 496. *Al.* Προῆγον. — Vs. 498. *Al.* συγκλήσεις. — Vs. 501. *Vulg.* ἐκσώσειέ σε. — Vs. 507. *Al.* δοκεῖ. — Vs. 510. *Al.* γνώμην ἔσω.

NV. Quo splendida haec, et gloriosa pertinent?
Nullo est opus nitore verborum rem ad hanc
Quam praeparamus. quin voluntas hîc viri
Examinanda, animique pandendus tui
Status omnis, idque ocyssime. Tanta nisi te
Iam calamitas urgeret, et vitae salus
Penderet hinc omnis tuae, nisi mulier
Esses pudicitiae, atque honesti vere amans,
Propter voluptatem tuam, nunquam hos toros
Sic pectori instillem tuo; certamen hoc
Est maximum prorsus, neque ulla iam mihi
Parte negligendum, vita quo maneat tua.

PHAE. O quam tu atrocia protulisti, nunquid os
Infame claudes? abstine tam turpibus
Tentare cor meum, scelesta, vocibus.

NV. Sunt turpia haec quidem, ast honestis quae procul
Praeponderant. Succumbere huic culpae tibi,
Servando te, praestabit, atque nominis
Vani decus, cum gloria apportans necem.

PHAE. Ne per Deos nunc provehare longius.
Recte loqui, etsi turpiter, te non nego.
Amoris imperio quod animum nunc meum
Subiecerim, tu obscena verbis splendidis
Velare contendis; quibus ego si obsequar,
Vitare quas cupio his statim involuar plagis.

NV. Haec fixa si haerent, fugere lapsum oportuit.
Cur pectora patuere amori? si tamen
Parere vis, secunda restat gratia.
In aedibus servo meis mulcentia
Cupidinis vim philtra. nunc quod commode in
Mentem incidit: quae tu, nisi ignaua fueris,
Sine turpitudine, sine mentis noxia
Sumens, levabere misera aegritudine.
Ab amasio signum petendum aliquod erit,
Verbive symbolum, peplove laciniae
Partem refectam. ut, filia, hoc tandem modo
Coalescere e duobus unum cor queat.

ΦΑΙ. Πότερα δὲ χριστὸν, ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον;
ΤΡΟ. Οὐκ οἶδ'· ὄνασθαι, μὴ μαθεῖν, βούλου, τέκνον.
ΦΑΙ. Δέδοιχ', ὅπως μοι μὴ λίαν φανῇς σοφή.
ΤΡΟ. Πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι· δειμαίνεις δὲ τί;
ΦΑΙ. Μή μοί τι Θησέως τῶνδε μηνύσῃς τόκῳ. 520
ΤΡΟ. Ἔασον, ὦ παῖ· ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς.
Μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι,
Συνεργὸς εἴης· τἄλλα δ', οἷ' ἐγὼ φρονῶ,
Τοῖς ἔνδον ἡμῖν ἀρκέσει λέξαι φίλοις.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Στροφὴ ἁ.

ΧΟ. 1 Ἔρως, ἔρως, ὃς κατ' ὀμμάτων 525
2 Στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν
3 Ψυχᾷ χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ,
4 Μή μοι ποτὲ σὺν κακῷ φανείης,
5 Μήδ' ἄρρυθμος ἔλθοις.
6 Οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ' 530
7 Ἄστρων ὑπέρτερον βέλος,
8 Οἷον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας
9 Ἵησιν ἐκ χερῶν
10 Ἔρως ὁ Διὸς παῖς.

Ἀντιστροφὴ ἁ.

1 Ἄλλως ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ, 535
2 Φοίβου τ' ἐπὶ Πυθίοις τεράμνοις,
3 Βούταν φόνον Ἑλλὰς ἀέξει δή.
4 Ἔρωτα δὲ, τὸν τύραννον ἀνδρῶν,
5 Τὸν τᾶς Ἀφροδίτας
6 Φιλτάτων θαλάμων 540

Vs. 518. *MS. Cod.* φανῇ. — Vs. 525. *Vulg.* Ἔρως, ἔρως ὁ κατ' ὀ. — Vs. 531, 532. *F. leg.* Ἄστρων ὑπέρτατον βέλος, Οἷόν γ' ὁ τᾶς Ἀ. — Vs. 534. *Forte leg.* Ἔρως ὀλίγος παῖς. — Vs. 537. *Al.* ἄρ' ἀέξει.

PHAE. Sed dic inungendum, an bibendum pharmacum?
NV. Haud scio, medelam quaere, discendi abiice,
Mea filia studium.
PHAE. Vt metuo sapientiae,
Plus quam sat est, ne opinioni indulgeas!
NV. Formidolosa nimium es. at quidnam times?
PHAE. Ne tu quid horum Thesei gnato indices.
NV. Sis otiosa: ego ista curabo probe.
Tantum hoc precor, propitia tu mihi sis Venus,
Votisque nostris annue sata salo Dea.
Quaeque alia praeter ista cogito, satis
Fuerit amicis qui domi sunt pandere.

CHO. Amor, ô amor, Cupidinem
Oculis qui instillas petulantibus,
Dulcibus imbuis animos gaudiis,
Contra quos bella geris;
In nostra dexter vota
Nunc obsecro appare: nec
Immoderatis ferias ictibus.
Non ignis, aut astrorum
Sunt talia superorum tela,
Quale Cyprium, quod tenso
Iaculatur arcu filius
Iovis Cupido.

Frustraque ad Alphei vitreas aquas
Summo Parenti caelitum,
Templique ad aras Pythii,
Frustra Pelasgis victima
Bos caeditur; si Amorem
Hominum tyrannum, Venerisque
Prolem, atque dulcium
Fidum cubilium

7 Κληδοῦχον, οὐ σεβίζομεν,
8 Πέρθοντα, καὶ διὰ πάσης
9 Ἰόντα συμφορᾶς
10 Θνατοῖς, ὅταν ἔλθῃ.

Στροφὴ β'.

1 Τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ 545
2 Πῶλον, ἄζυγα λέκτρων,
3 Ἄνανδρον τὸ πρὶν, καὶ
4 Ἄνυμφον, οἴκων
5 Ζεύξασ' ἀπειρεσίαν δρομάδα,
6 Τὰν ναΐδ' ὅπως τε βάκχαν, 550
7 Σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ,
8 Φονίοις θ' ὑμεναίοις,
9 Ἀλκμήνας τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν.
10 Ὦ τλᾶμον ὑμεναίων.

Ἀντιστροφὴ β'.

1 Ὦ Θήβας ἱερὸν 555
2 Τεῖχος, ὦ στόμα Δίρκας,
3 Συνείποιτ' ἂν οἷον
4 Ἁ Κύπρις ἔρπει.
5 Βροντᾷ γὰρ ἀμφιπύρῳ, τοκάδα
6 Τὰν Διογόνοιο Βάκχου 560
7 Νυμφευσαμέναν, πότμῳ
8 Φονίῳ κατεύνασε.
9 Δεινὰ γὰρ τὰ πάντ' ἐπιπνεῖ· μέλισσα δ'
10 Οἵά τις πεπόταται.

ΦΑΙ. Σιγήσατ' ὦ γυναῖκες· ἐξειργάσμεθα. 565
ΧΟ. Τί δ' ἐστὶ, Φαίδρα, δεινὸν ἐν δόμοισι σοῖς;
ΦΑΙ. Ἐπίσχετ'· αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.

Vs. 541. *MS.* Κλειδοῦχον. — Vs. 545. *Ol.* Οἰχαλίαν. — Vs. 548. *F.* οἴκῳ *Musgrave.* — Vs. 550. *F.* Τιν' ἄϊδος ὥστε βάκχαν *Musgr.* — Vs. 554. *F.* τλάμων, *Heath.* — Vs. 558. *Al.* ἕρδει. — Vs. 562. *F.* κατένασσεν. *Markl.* — Vs. 563. *Olim*, Δεινὸν.

Non colimus clavigerum:
Cui nil inexpugnabile,
Qui per miserias graditur,
Mortalium in corda impetu,
Quando lubet, ruens fero.

Quid? quod per Oechaliae feraces
Agros oberrans hic iuvencam
Iugalis expertem tori,
Nulli viro ante cognitam,
A laribus avulsit paternis,
Bacchae furentis instar,
Fugam capessentem,
Non sine sanguine, non sine fumo,
Non Hymenaeis sine lethalibus,
Alcmenae sato
Venus Herculi munus dedit.
O nuptiarum infausti tori!

Thebarum ô sacra moenia!
O Dircaei scatebrae fontis,
Dicite quo pede prorepat Venus?
Genitricem Iove creti Bacchi,
Ignivomo nubentem tonitru,
Lethalis casus consopiit;
Terrificum ubique spirat:
Qua qua flectas oculos,
Instar apis volat.

PHAE. Tacete quaeso, mulieres, disperiimus.
CHO. Quid Phaedra domibus in tuis mali accidit?
PHAE. Reprimite vos, silete, vocem ut audiam
Clamantium intus; quid turbae illic novae?

ΧΟ. Σιγῶ· τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.
ΦΑΙ. Ἰώ μοι· αἶ· αἶ· αἶ· αἶ·
Ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων. 570

ΠΕΡΙΚΟΜΜΑΤΑ.

Προῳδός.

ΧΟ. 1 Τίνα θροεῖς αὐδάν;
2 Τίνα βοᾶς λόγον;
3 Ἔννεπε τίς φοβεῖ σε
4 Φήμα, γύναι, φρένας, ἐπίσσυτος;

Σύστημα α'.

ΦΑΙ. Ἀπωλόμεσθα· ταῖσδ' ἐπιστᾶσαι πύλαις, 575
Ἀκούσαθ' οἷος κέλαδος ἐν δόμοις πιτνεῖ.

Στροφή.

ΧΟ. 1 Σὺ παρὰ κλῇθρα· σοὶ
2 Μέλει πομπίμα
3 Φάτις δωμάτων.
4 Ἔννεπε δ' ἔννεπέ μοι 580
5 Τί ποτ' ἔβα κακόν.

Σύστημα β'.

ΦΑΙ. Ὁ τῆς φιλίππου παῖς Ἀμαζόνος βοᾷ
Ἱππόλυτος, αὐδῶν δεινὰ πρόσπολον κακά.

Ἀντιστροφή.

ΧΟ. 1 Ἰαχὰν μὲν κλύω,
2 Σαφὲς δ' οὐκ ἔχω 585
3 Γεγωνεῖν ὄπα.
4 Διὰ πύλας ἔμολεν,
5 Ἔμολέ σοι βοά.

Ἀντισύστημα α'.

ΦΑΙ. Καὶ μὴν σαφῶς γε τὴν κακῶν προμνήστριαν,
Τὴν δεσπότου προδοῦσαν ἐξαυδᾷ λέχος. 590

Vs. 580. *Forte leg.* "Εννεπε δὴ "ννεπέ μοι. — Vs. 585, 586. *Forte leg.* Σαφὲς δ' οὔτ' ἔχω Γεγωνόν τ' ὄπα.

CHO. Taceo: alicuius sunt mali haec exordia.
PHAE. Eheu, eheu. hei, hei.
Ah quo malorum deprimor nunc pondere!

CHO. Quos edis quaeso sonos?
Quid vociferaris, dic
Quae fama tantos incutit
Tibi pavores, excitata
Ita subito impetu?

PHAE. Periimus has qui stamus ad fores. precor,
Audite quantus aedibus strepitus sonet.

CHO. Tu ianuae ad vestibula
Consiste, quaeque illic geruntur
Rumore nuncio ut scias.
Profer age, profer age
Quid accidit quaeso sinistri?

PHAE. Quas excitet turbas in aedibus intimis
Equos amante natus ex Amazone,
Audisne, cum ancilla acria movens iurgia?

CHO. Obscura nostras vox ferit
Aureis, nihil clare
Percipimus; illa per fores
Profecta certior ad te
Permanat.

PHAE. Lenam esse, conciliare aperte ait mala,
Thalamique herilis proditricem eam vocat.

Ἐπῳδός.

ΧΟ. 1 Ὦ μοι ἐγὼ κακῶν.
2 Προδέδοσαι φίλα·
3 Τί σοι μήσομαι;
4 Τὰ κρυπτὰ γὰρ πέφηνε, διὰ δ' ὄλλυσαι.
ΦΑΙ. Αἴ· αἴ· ἔ. ἔ. ΧΟ. πρόδοτος ἐκ φίλων. 595

Ἀντισύστημα β'.

ΦΑΙ. Ἀπώλεσέν μ' εἰποῦσα συμφορὰς ἐμὰς,
Φίλως, καλῶς δ' οὔ, τήνδ' ἰωμένη νόσον.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΧΟ. Πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ' ἀμήχανα;
ΦΑΙ. Οὐκ οἶδα, πλὴν ἔν· κατθανεῖν ὅσον τάχος
Τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον. 600

ΙΠΠ. Ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ' ἀναπτυχαὶ,
Οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ' ὄπα.
ΤΡΟ. Σίγησον, ὦ παῖ, πρίν τιν' αἴσθέσθαι βοῆς.
ΙΠΠ. Οὐκ ἔστ' ἀκούσας δεῖν· ὅπως σιγήσομαι.
ΤΡΟ. Ναὶ πρὸς σὲ τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου. 605
ΙΠΠ. Οὐ μὴ προσοίσῃ χεῖρα, μὴ δ' ἅψῃ πέπλων.
ΤΡΟ. Ὦ πρὸς σὲ γονάτων, μηδαμῶς μ' ἐξεργάσῃ.
ΙΠΠ. Τί δ', εἴπερ, ὡς φῄς, μηδὲν εἴρηκας κακόν;
ΤΡΟ. Ὁ μῦθος, ὦ παῖ, κοινὸς οὐδαμῶς ὅδε.
ΙΠΠ. „Τά τοι κάλ' ἐν πολλοῖσι κάλλιον λέγειν. 610
ΤΡΟ. Ὦ τέκνον, ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς.
ΙΠΠ. „Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
ΤΡΟ. Ὦ παῖ, τί δράσεις; σοὺς φίλους διεργάσῃ;
ΙΠΠ. Ἀπέπτυσ'. οὐδεὶς ἄδικος ἔστι μοι φίλος.
ΤΡΟ. Σύγγνωθ'· „ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώπους, τέκνον. 615
ΙΠΠ. „Ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν,

Vs. 594. *Vulg.* τὰ (4) Κρυπτὰ γὰρ. — Vs. 597. *Al. Codd.* Φίλως μὲν, οὐ καλῶς δ' ἰωμένη ν. — Vs. 598. *Forte leg.* Οἶσθ' οὖν τί δράσεις. — Vs. 605. *Forte leg.* τῆσδε δεξιᾶς. — Vs. 606. *Vulg.* προσοίσῃς. — Vs. 615. *Forte leg.* ἁμ. δ' εἰκὸς.

CHO. Eheu. mala ô infesta!
Iam prodita es, amica ô mea.
Quid quaeso consilii tibi dem?
Arcana vulgo nunc patebunt,
Quae sortis infaustam te perdent.
PHAE. Hei, hei miserae.
CHO. Tui te amici prodidere.

PHAE. Me perdidit animo illa benevolo quidem
Mala cordis explicans, eorum, morbo huic
Quae sublevando erant opus, plane rudis.

CHO. At quid? quid aggredieris obruta his malis?
PHAE. Haud scio equidem. nisi quam mori citissime.
Haec una miseriis medela istis adest.

CHO. O terra mater! Solis ô volumina,
Quid tam nefanda, filia, ex te iam audio?
NV. Fili ô tace. cave aliquis hanc vocem audiat.
HIP. Nequeo tacere, atrocia audivi nimis.
NV. Te per lacerti dexteram precor tui.
HIP. Cave mihi vestem, aut dexteram tangas meam.
NV. Ne per tua rogo genua perditum me eas.
HIP. Cur? quando nil mali locutam te esse ais?
NV. Hic sermo non est publicandus omnibus.
HIP. „Quae honesta sunt, patere debent omnibus.
NV. Iurata, fili, fallere cave numina.
HIP. „Lingua quidem iuravi, at iniurata mens.
NV. Quid agis? amicos itane subvertes tuos?
HIP. Iniustum amicum nunquam ego habeam: abominor.
NV. Ignosce. „labi proprium est mortalium.
HIP. „O Iuppiter, quid adulterinum homini malum

„Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;
„Εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος,
„Οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε.
„Ἀλλ', ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς 620
„Ἢ χρυσὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χαλκοῦ βάρος,
„Παίδων πρίασθαι σπέρμα, τοῦ τιμήματος
„Τῆς ἀξίας ἕκαστον· ἐν δὲ δώμασι
„Ναίειν ἐλευθέροισι, θηλειῶν ἄτερ.
„Νῦν δ', εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακὸν 625
„Μέλλοντες, ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν.
„Τούτῳ δὲ δῆλον, ὡς γυνὴ κακὸν μέγα·
„Προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε καὶ θρέψας πατὴρ
„Φερνὰς, ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ.
„Ὁ δ' αὖ, λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν 630
„Γέγηθε, κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι
„Καλὸν κακίστῳ· καὶ πέπλοισιν ἐκπονεῖ,
„Δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών.
„Ἔχει δ' ἀνάγκην, ὥστε, κηδεύσας καλοῖς
„Γαμβροῖσι, χαίρων σώζεται πικρὸν λέχος. 635
„Ἢ χρηστὰ λέκτρα, πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς
„Λαβὼν, πιέζει τἀγαθῷ τὸ δυστυχές·
„Ῥᾷστον δ' ὅτῳ τὸ μηδὲν, ἀλλ' ἀνωφελὴς
„Εὐηθίᾳ κατ' οἶκον ἵδρυται γυνή.
„Σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις 640
„Εἴη φρονοῦσα πλεῖον, ἢ γυναῖκα χρή.
„Τὸ γὰρ πανοῦργον μᾶλλον ἐντίκτει Κύπρις
„Ἐν ταῖς σοφαῖσιν· ἡ δ' ἀμήχανος γυνὴ
„Γνώμῃ βραχείᾳ μωρίαν ἀφῃρέθη.
„Χρῆν δ' εἰς γυναῖκας πρόσπολον μὲν οὐ περᾷν, 645
„Ἄφθογγα δ' αὐταῖς συγκατοικίζειν δάκη
„Θηρῶν, ἵν' εἶχον μηδὲ προσφωνεῖν τινὰ,

Vs. 621. *Vulg.* Ἢ χαλκὸν, ἢ σ. ἢ χρυσοῦ β. — Vs. 626. *Forte* ἐκπίνομεν, *I. Pierson.* — Vs. 628. *Al.* κἀκθρέψας. — Vs. 630. *Var. Lect.* εἰς δόμους κακὸν. — Vs. 641. *Olim*, χρῆν. — Vs. 642. *Al.* κακοῦργον. — Vs. 645. *MS.* γυναῖκα. — Vs. 647. *MS.* μήτε.

„Voluisti ut alta conspicentur mulieres
„Caeli astra? si mortale tibi statutum erat
„Genus creare, e feminis componere
„Hoc non oportuit; sed illarum loco
„Sanxisse, ut oblato aere templis in tuis,
„Ferrove, vel fulgentis auri pondere,
„Semen emeretur prolium, cuiusque uti
„Ferret valor, domibusque quivis liberis
„Habitaret, extra mulierum consortium.
„Nunc, hoc mali cum inducimus in aedeis genus,
„Opulentiam exhaurimus omnium aedium.
„Vnde facile liquet quanta femina sit lues.
„Qui genuit illam, quique nutrivit pater
„Dote addita elocat, domoque segregat sua,
„Tanti ut mali sic liberetur pondere;
„Et noxiam qui recipit in domum luem,
„Gaudetque, cultumque statuae eximium applicat
„Foedissimae, nitentiumque vestium
„Luxu facultates profundit divites:
„Atque adigit hunc necessitas, generos sibi ut
„Quaerens bonos laetetur infaustis toris.
„Faustove coniugio fruenti inutiles
„Si forte generi illi obtigere, sortem eam
„Felicitate nuptiarum leniat.
„Praeclariusque agitur cum eo qui talia
„Timere non potest, inutilisque cui
„Locata simplicitate mulier est rudi
„In aedibus. Sapientem ego odi. nec mea
„Habitet domo, quae, feminam plus quam decet,
„Velle videatur sapere. quae ingenio valent,
„Astutiae has magis imbuit Venus artibus:
„Mulierque simplex turpitudinem inertia
„Mentis fugit. Neque dominam internuncia
„Tolerandum erit ut ancilla furtim accedat: at
„Mutis eas cum animantibus plane aequum erat
„Habitare; neve verba cum aliquo caederent,

„Μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι πάλιν.
„Νῦν δ' αἱ μὲν ἔνδον δρῶσιν αἱ κακαὶ κακὰ
„Βουλεύματ', ἔξω δ' ἐκφέρουσι πρόσπολοι. 650
Ὡς καὶ σύ γ' ἡμῖν πατρὸς, ὦ κακὸν κάρα,
Λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες εἰς συναλλαγάς.
Ἀ γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι,
Εἰς ὦτα κλύζων. πῶς ἂν οὖν εἴην κακὸς,
Ὃς οὐδ', ἀκούσας τοιάδ', ἁγνεύειν δοκῶ; 655
Εὖ δ' ἴσθι, τοὐμόν σ' εὐσεβὲς σώζει, γύναι.
Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος, εὑρέθην,
Οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον μὴ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί.
Νῦν δ' ἐκ δόμων μέν, ἐς τ' ἂν ᾖ ἄκδημος χθονὸς
Θησεὺς, ἄπειμι· σῖγα δ' ἕξομεν στόμα, 660
Θεάσομαι δὲ σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ,
Πῶς νιν προσόψει καὶ σὺ, καὶ δέσποινα σή.
Τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος.
Ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔ ποτ' ἐμπλησθήσομαι
Γυναῖκας, οὐδ' εἰ φησί τις μ' ἀεὶ λέγειν. 665
Ἀεὶ γὰρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.
Ἢ νῦν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω,
Ἢ κἄμ' ἐάτω ταῖσδ' ἐπεμβαίνειν ἀεί.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Ἀντιστροφή.

ΧΟ. 1 Τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς
2 Γυναικῶν πότμοι, τίνα νῦν ἢ 670
3 Τέχναν ἔχομεν, ἢ λόγον,
4 Σφαλεῖσαι κάθαμμα λύσειν λόγου;
ΦΑΙ. 5 Ἐτύχομεν δίκας,

Vs. 648. *Vulg.* ἐκείνου. — Vs. 657. *Forte leg.* ὅ. θεῶν ἄφρακτος ᾑρέθην, *Pierson.* — Vs. 659. *Vulg.* ἔςτ' ἂν ἔκδημος. *Forte* ἔςτ' ἂν ᾖ ἄκδημος *R. Dawes.* — Vs. 660. *Forte leg.* ἔξω μὲν στ. — Vs. 661. *Olim*, πατρὶ μ. — Vs. 664—668. *Forsan ex Edit. sunt prima.* — Vs. 669. *Strophe legitur supra v.* 362. — Vs. 672. *Sic Heath. Vulg.* Ὦ γᾶ

„Nec reciperent voces vicissim mutuas.
„At nunc malae intus parva consilia ineunt,
„In publicumque ancilla ea effert garrula.
Velut impium quoque tu caput, patris mei
Vt strata non tangenda violem auctor mihi
Esse voluisti. Quod perenni fluminis
Abstergam aqua, quae hausere voces perfidas,
Patulos ego eluam meatus aurium.
Et quo modo efficiar malus, qui etiam audiens
Mihi videar traxisse labem, nec satis
Puro esse corde? crede, mulier, hoc mihi,
Mea pietas te servat incolumem. nisi
Nimium dolis patens tuis iurassem ego,
Haud imperare mihi queam, quin omnia haec
Patri referrem: iamque abest ab aedibus,
Aliasque in oras hinc profectus Aegeo
Theseus satus. Abeo, osque taciturnum geram.
Cum patre ubi huc rediero, facile erit mihi
Videre, quanam fronte tu, ac ista domina
Illum estis excepturae, et inde plenius,
Quam nunc labris gustare primis contigit,
Tuam hanc nefandam intelligam insolentiam.
Pereatis. odia haud finienda in feminas
Palam geram: neque desinam, quanquam usque sic
Me quis loqui iactabit: illae enim quoque
Nunquam improbae esse desinent. Aut nunc eas
Bonas quis esse doceat, aut genio frui
Meo sinat me, illasque ut insecter probris.

CHO. O mulierum miseranda sors!
Qua nunc cedo pollemus arte,
Quae ratio nobis suppetit,
Successibus frustratis,
Nodum huius qua caussae
Difficilem solvamus?
PHAE. Inventa mihi poena est,

6 Ἰὼ γᾶ, καὶ φῶς.
7 Πᾶ ποτ' ἐξαλύξω τύχας;
8 Πῶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι;
9 Τίς ἂν θεῶν ἀρωγὸς, ἢ τίς ἂν βροτῶν 675
10 Πάρεδρος, ἢ ξυνεργὸς ἀδίκων ἔργων
11 Φανείη; τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν πάθος
12 Παρὸν δυσεκπέρατον ἔρχεται βίου.
13 Κακοτυχεστάτα γυναικῶν ἐγώ.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΧΟ. Φεῦ· φεῦ· πέπρακται· κοὐ κατώρθωνται τέχναι, 680
Δέσποινα, τῆς σῆς προσπόλου· κακῶς δ' ἔχει.
ΦΑΙ. Ὦ παγκακίστη, καὶ φίλων διαφθορεῦ,
Οἷ' εἰργάσω με; Ζεύς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς
Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.
Οὐκ εἶπον, οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς, 685
Σιγᾷν ἐφ' οἷσι νῦν ἐγὼ κακύομαι;
Σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου· τοιγὰρ οὐκ ἔτ' εὐκλεεῖς
Θανούμεθ'· ἀλλὰ δεῖ με δὴ καινῶν λόγων.
Οὗτος γὰρ, ὀργῇ συντεθηγμένος φρένας,
Ἐρεῖ καθ' ἡμῶν πατρὶ σὰς ἁμαρτίας, 690
Ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέροντι συμφορὰς,
Πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν αἰσχίστων λόγων.
Ὅλοιο καὶ σὺ, χ' ὥς τις ἄκοντας φίλους
Πρόθυμός ἐστι μὴ καλῶς εὐεργετεῖν.
ΤΡΟ. Δέσποιν', ἔχεις μὲν τἀμὰ μέμψασθαι κακά· 695

Vs. 674. *Vulg.* Πῶς δὲ κρύψω, φίλαι, πῆμα; — Vs. 680. *Al.* κατώρθωται τέχνη. — Vs. 682. *Vulg.* διαφθορὰ. — Vs. 683, 684. *Olim*, Ζεὺς ὁ γ. Π. ἐκτρίψειέ σ'. — Vs. 689. *Forte leg.* νῦν τεθηγμένος. — Vs. 690. *Olim*, τὰς ἁ. — Vs. 691. *deest in duobus Codd.*

O tellus, caeleste ô lumen!
Quî fugiam nunc aspera fata?
Quo pacto celavero, amicae,
Tam triste malum?
Quis opem Deus nobis feret?
Quisve hominum custos mihi,
Quis particeps operum,
Veniet iniquorum?
Eheu inevitabile hoc
Praesens malum vitam
Eripiet meam.
O mulierum infaustissima
Omnium ego!

CHO. Hei hei mihi. caruere successu tuae
Nutricis artes, ô hera: male res se habent.
PHAE. O pessima atque certa amicorum lues,
Vt perdidisti me miserrimam! Parens
Meus qui Olympi lucidis regnat plagis,
Radicitus te exstirpet, et vi fulminis
Feriat nocentem. Haec ante praedixi tibi,
Nonne monui, praecipitis ut sensi tui
Consilia pectoris, silentio rem eam,
Quae nunc male urget me, tegendam? tu obsequi
Tum noluisti. luce nulla gloriae
Mors nostra resplendebit amplius, nova
Ratio ineunda, artes movendae aliae mihi.
Illi incitatum fervet ira pectus, haud
Dubium est, patri peccata narabit mea:
Nec Pittheo parcet seni referre, quae
Me calamitates anxiis vexant modis.
Omnesque probrosis replebit vocibus
Terrae angulos, tu pessima cruce pereas,
Et quisquis importuna amicis pertinax
Praestare vult beneficia repugnantibus.
NV. Expostulandi mecum, hera, tibi est caussa: te
Quod mordicat, ratione longe est fortius.

Τὸ γὰρ δάκνον σοῦ τὴν διάγνωσιν κρατεῖ.
Ἔχω δὲ κἀγὼ πρὸς τάδ', εἰ δέξῃ, λέγειν.
Ἔθρεψά σ', εὔνους τ' εἰμί· τῆς νόσου δέ σοι
Ζητοῦσα φάρμαχ' εὗρον οὐχ ἃ βουλόμην.
Εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξα, κἄρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν· 700
Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

ΦΑΙ. Ἦ γὰρ δίκαια ταῦτα, κἀξαρκοῦντά μοι,
Τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα συγχωρεῖν λόγοις;

ΤΡΟ. Μακρηγορούμεν· οὐκ ἐσωφρόνουν ἐγώ.
Ἀλλ' ἔστι κἀκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον. 705

ΦΑΙ. Παῦσαι λέγουσα· καὶ τὰ πρὶν γὰρ οὐ καλῶς
Παρῄνεσάς μοι, κἀπεχείρησας κακά.
Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι
Φρόντιζ'· ἐγὼ γὰρ τἀμὰ θήσομαι καλῶς.
Ὑμεῖς δὲ παῖδες εὐγενεῖς Τροιζήνιαι, 710
Τοσόνδε μοι παράσχετ' ἐξαιτουμένῃ,
Σιγῇ καλύπτειν, ἃ 'νθάδ' εἰσηκούσατε.

ΧΟ. Ὄμνυμι σεμνὴν Ἄρτεμιν Διὸς κόρην,
Μηδὲν κακῶν σῶν ἐς φάος δείξειν ποτέ.

ΦΑΙ. Καλῶς ἔλεξας· ἓν δὲ προτρέπουσ' ἐγὼ 715
Εὕρημα δή τι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω,
Ὥστ' εὐκλεᾶ μὲν παισὶ προσθεῖναι βίον,
Αὐτὴ δ' ὀνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα·
Οὐ γάρ ποτ' αἰσχυνῶ γε Κρησίους δόμους,
Οὐδ' εἰς πρόσωπον Θησέως ἀφίξομαι 720
Αἰσχροῖς ἐπ' ἔργοις, οὕνεκα ψυχῆς μιᾶς.

ΧΟ. Μέλλεις δὲ δή τι δρᾷν ἀνήκεστον κακόν;

ΦΑΙ. Θανεῖν· ὅπως δέ, τοῦτ' ἐγὼ βουλεύσομαι.

ΧΟ. Εὔφημος ἴσθι. Φ. καὶ σύ γ' εὖ με νουθέτει.
Ἐγὼ δὲ Κύπριν, ἥπερ ἐξόλλυσί με, 725
Ψυχῆς ἀπαλλαχθεῖσα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ,

Vs. 699. *Ol.* Ζητοῦσά γ' εὗρον φάρμακ', οὐχ ἃ 'β. — Vs. 700. *F.* ἔπραξ' ἂν, *Heath.* — Vs. 712. *Olim*, καλύψαθ', ἃ. — Vs. 714. *Duo Codd.* δεῖξαι. — Vs. 715. *Vulg.* ἐλέξαθ'. — Vs. 723. *Olim*, ὅπως δ' ἐγὼ τοῦτο. *ut hic Codd. MSS.* — Vs. 724. *F.* νουθετεῖς, *vel* μή με νουθέτει. *Markland.*

Neque mihi, (si exaudire me aequis auribus
Non renues) quo obiecta purgem, nunc deest.
Sollicita te educavi ego, atque amans tui,
Morbique contra vim huius optans remedium,
Id repperi, non generis illius tamen
Quale volui: aestimataque sapiens forem,
Si forte res cessisset ex sententia.
Consilia successu aestimari bona solent.

PHAE. Iustumne censes, ac mihi satis esse, quae
Me vulnerasti, ut deinde mecum disputes?

NV. Verbosiore oratione si usa sum,
Ignosce id imprudentiae quaeso meae;
Etsi ex iis servare te forsan queas.

PHAE. Sat iam locuta es. desine. haud priora enim
Monita fuere recta tua: malisque me
Cumulasti atrocibus. procul te hinc amove,
Et res tibi cura tuas; meas ego
Ex arbitratu agam meo. Troezeniae
At ô puellae stirpe cretae nobili,
Vos postulanti hoc annuite quaeso mihi,
Vt, quae audiistis hîc, silentium tegat.

CHO. Testor Dianae casta nymphae numina,
Nihil e malis unquam tuis vulgavero.

PHAE. Recte locuta es. Omnia expendens ego
Hoc calamitati huic remedium invenio unicum,
Et prolibus quod additurum est gloriam
Meis, ego errata ipsa corrigam mea.
Neque dedecus Cretensis unquam ex me domus
Labemve ducet, nec sub aspectum dabo
Me Thesei, inquinata foedis sordibus.
Non tanta vitae cura me tangit meae.

CHO. Malone te immedicabili vis perdere?

PHAE. Mori statutum, at quo modo, arbitrii est mei.

CHO. Bona verba quaeso.

PHAE. Tu quidem recte admones.
Sed Veneri ego, quae me trucidat, vitae ubi
Isthoc die fuero soluta vinculis,

Τέρψω· πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι.
Ἀτὰρ κακόν γε χ' ἁτέρῳ γενήσομαι
Θανοῦσ', ἵν' εἰδῇ μὴ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς
Ὑψηλὸς εἶναι· τῆς νόσου δὲ τῆσδέ μοι 730
Κοινῇ μετασχὼν σωφρονεῖν μαθήσεται.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Στροφὴ α'.

ΧΟ. 1 Ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν,
2 Ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν
3 Θεὸς ἐν πταναῖς
4 Ἀγέλῃσιν θείῃ·
5 Ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον 735
6 Κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς
7 Ἀκτᾶς, Ἠριδανοῦ θ' ὕδωρ·
8 Ἔνθά γε πορφύρεον σταλάσσουσ'
9 Εἰς οἶδμα πατρὸς τριτάλαιναι
10 Κόραι, Φαέθοντος οἴκτῳ, δακρύων 740
11 Τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.

Ἀντιστροφὴ α'.

1 Ἑσπερίδων δ' ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτὰν
2 Ἀνύσαιμι τᾶν ἀοιδᾶν,
3 Ἵν' ὁ ποντομέδων
4 Πορφυρέας λίμνας
5 Ναύταις οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει, 745
6 Σεμνὸν τέρμονα ναίων
7 Οὐρανοῦ, τὸν Ἄτλας ἔχει,
8 Κρῆναί τ' ἀμβρόσιαι χέονται
9 Ζηνὸς μελάθρων παρὰ κοίταις,
10 Ἵν' ὀλβιόδωρος αὔξει ζαθέα 750
11 Χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς.

Vs. 727. *Vulg.* ἡττηθήσομαι. — Vs. 734. *Olim*, ποταναῖς. — Vs. 738. *Vulg.* Ἔνθα πορφυρὸν σταλάσσουσιν. — Vs. 744. *Vulg.* λίμνης. — Vs. 746. *Vulg.* κυρῶν. *F. Var. Lect.* Σεμνῷ τέρμονι κύρων. — Vs. 750. *In Cod. Ms.* ἵνα βιόδωρος· *F.* Ἵν' ἁ βιόδωρος.

Quod volupe erit, perficiam. Amori equidem manus
Praebebo victas, sed alii magnum dabo
Malum vicissim. morte cum gelidi mihi
Artus rigebunt, calamitate ne mea
Superbius sese efferat, morbique ut particeps
Huiusce mecum, discat esse modestior.

CHO. Vtinam ô profundis liceat in
Recessibus latere; ubi
Me pernicem vertat in alitem
Aliquis Deorum: quo avium
Grege comitatus
Liquidum scindens aëra pennis
Sublever aequora supra,
Vbi Adriae fluctus minaces
Littora verberant:
Aut ubi ripas irriguis aquis
Lambit gramineas Eridanus:
Purpureis ubi in undis,
Patris infausti filiae,
Fratris misertae
Phaëthontis, lacrymarum
Electreum stillant nitorem.

Hesperidum adibo virginum
Referta pomis littora.
Hic ubi Neptunus maris
Nautis undas facit impervias,
Vbi ultimos caeli Atlas
Sustinet humeris limites;
Fontesque nectareis scatent
Largi liquoribus;
Iovis haud procul cubilibus;
Fructus ubi terra uberes
Inarata Divis fundit.

Στροφὴ β'.

1 Ὦ λευκόπτερε Κρησία
2 Πορθμὶς, ἃ διὰ πόντιον
3 Κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμας
4 Ἐπόρευσας ἐμὰν ἄνασσαν, 755
5 Ὀλβίων ἀπ' οἴκων,
6 Κακονυμφοτάταν ὄνασιν.
7 Ἦ γὰρ ἀπ' ἀμφοτέρων,
8 Ἦ Κρησίας ἐκ γᾶς, δύσορνις
9 Ἔπτατο κλεινὰς Ἀθήνας, 760
10 Μουνυχίου δ' ἀκταῖσιν ἐκ-
11 δήσαντο πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς,
12 Ἐπ' ἀπείρου τε γᾶς ἔβασαν.

Ἀντιστροφὴ β'.

1 Ἀνθ' ὧν οὐχ ὁσίων ἐρώ-
2 των δεινᾷ φρένας Ἀφροδί- 765
3 τας νόσῳ κατεκλάσθη.
4 Χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα
5 Συμφορᾷ, τεράμνων
6 Ἀπὸ νυμφιδίων κρεμαστὸν
7 Ἅψεται ἀμφὶ βρόχον 770
8 Λευκᾷ καθαρμόζουσα δείρᾳ
9 Δαίμονα στυγνὸν καταιδεσ-
10 θεῖσα, τάν τ' εὔδοξον ἀνθ-
11 αιρουμένα φάμαν, ἀπαλλάσσουσα
12 Τἀλγεινὸν φρενῶν ἔρωτα. 775

ΙΑΜΒΟΙ.

ΕΞΑΓ. Ἰού· Ἰού·
Βοηδρομεῖτε πάντες οἱ πέλας δόμων

Vs. 753. *Forte leg.* ποντίου. — Vs. 755. *Codd. MS.* ἁμὰν ἄνασσαν. — Vs. 760. *Al. Codd.* Ἔπτατ' ἐπὶ κλ. — Vs. 761. *Vulg.* ἐπ' ἀκταῖς. — Vs. 771. *Vulg.* δέρᾳ· *F.* δείρᾳ *Markl.* — Vs. 772. *Vulg.* (9) *Δ.* στ. καταιδεσθεῖ- (10) σα, τάν τ' εὔ-δοξον ἀνθαιρουμένα (11) Φάμαν. — Vs. 776. *Vulg.* ΘΕΡ. — Vs. 777. *Al. Codd.* δρόμῳ.

O candidis instructa carbasis
Cretaea navis,
Quae piscosos per falsi aequoris
Fluctus vexisti Dominam meam,
Compulsam lares
Linquere patrios,
Felicitate omni beatos,
Infaustis Hymenaeis
Vt permutaret
Fortuna utrisque manat e parentibus,
Aut Cretensi e littoris ora
Laudatas ut venit Athenas,
Munychio cum portu
Textis carinas alligantes funibus,
Telluris Atticae
Pressere arenas.

Tum Venus incestis cor
Torsit amoribus,
Fracta aegritudine,
Diris onerata malis.
Hei lacteis aptans
Cervicibus laqueum, toris se
Suspendet e genialibus.
Abominabilis, tantus
Fati est pudor,
Famaeque captans gloriam
Dirum fugabit corde amorem.

FAM. Eheu, eheu.
Prope regiam huc quicunque adestis currite,

Ἐν ἀγχόναις δέσποινα Θησέως δάμαρ.
ΧΟ. Φεῦ· φεῦ· πέπρακται· βασιλὶς οὐκ ἔτ' ἔστι δὴ
Γυνὴ, κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη.
ΕΞΑΓ. Οὐ σπεύσετ'; οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον 780
Σίδηρον, ᾧ τόδ' ἅμμα λύσομεν δέρης;
ΗΜΙ. Φίλαι, τί δρῶμεν; ἢ δοκεῖ περᾷν δόμους,
Λῦσαί τ' ἄνασσαν ἐξ ἐπισπαστῶν βρόχων;
ΗΜΙ. Τί δ' οὐ πάρεισι πρόσπολοι νεανίαι;
„Τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ. 785
ΘΕΡ. Ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν.
Πικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς.
ΧΟ. Ὄλωλεν ἡ δύστηνος, ὡς κλύω, γυνή.
Ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ἐκτείνουσι δή.
ΘΗ. Γυναῖκες, ἴστε τίς ποτ' ἐν δόμοις βοή; 790
Ἠχὼ βαρεῖα προσπόλων ἀφίκετο.
Οὐ γάρ τι μ' ὡς θεωρὸν ἀξιοῖ δόμος
Πύλας ἀνοίξας εὐφρόνως προσεννέπειν.
Μῶν Πιτθέως τι γῆρας εἴργασται νέον;
Πρόσω μὲν ἤδη βίοτος· ἀλλ' ὅμως ἔτ' ἂν 795
Λυπηρὸς ἡμῖν τούσδ' ἂν ἐκλίποι δόμους.
ΧΟ. Οὐκ εἰς γέροντας ἥδε σοι τείνει τύχη,
Θησεῦ· νέοι θανόντες ἀλγυνοῦσί σε.
ΘΗ. Οἴμοι· τέκνων μοι μή τι συλᾶται βίος;
ΧΟ. Ζῶσιν, θανούσης μητρὸς ὡς ἀλγιστά σοι. 800
ΘΗ. Τί φῄς; ὄλωλεν ἄλοχος; ἐκ τίνος τύχης;
ΧΟ. Βρόχον κρεμαστὸν ἀγχόνης ἀνήψατο.
ΘΗ. Λύπῃ παχνωθεῖσ', ἢ 'πὸ συμφορᾶς τινός;
ΧΟ. Τοσοῦτον ἴσμεν· ἄρτι γὰρ κἀγὼ δόμους,
Θησεῦ, πάρειμι, σῶν κακῶν πενθήτρια. 805
ΘΗ. Αἴ· αἴ· τί δῆτα τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα
Πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;

Vs. 785. *Vulg.* βίου. — Vs. 791. *F.* μ' ἀφίκετο *Markland.* — Vs. 796. *Ol.* ἐκλίπῃ. — Vs. 808. *Al.* κλεῖθρα.

Nodata reste pendet uxor Thesei.
CHO. Eheu, eheu.
Actum, hei mihi, est, Regina non est amplius.
Illa, laqueo constricta collum, finiit
Suspendio vitam.
NV. Hei morasne pellitis?
Ancepsne quisquam ex omnibus ferrum feret,
Quo colla tortis liberemus vinculis?
SEM. Quid est, amicae, quid agimus? tecta ista nunc
Subeamus, ut heram vinculis e tristibus
Miseram eximamus.
SEM. Vbi iuvenes famuli? „alienis se nimis
„Negotiis miscere non tutum satis.
NV. Componite heus, miserique rite cadaveris
Extenditote membra. - Acerba haec meis
Relinquitur dominis domus custodia.
CHO. Periit mulier, ut audio, miserabilis,
Et mortuae iam membra tendunt corporis.
THE. Scitisne quis strepat aedibus clamor meis?
O feminae, gravis admodum aures perculit
Rumor meas domesticorum, nemo qui,
Vt hospitem venientem ab oris, fronte me
Exciperet hilari, claustra laxans aedium
Nemo fuit. quid? Pittheone humanitus
Quid accidit? longi quidem ille aevi est senex,
Acerba sed cuius tamen mihi mors foret.
CHO. Non haec senes fortuna, Theseu, tangit, at
Sunt iuniorum fata, quae dolori erunt.
THE. E liberis hei num qui occubuit meis?
CHO. Vivunt ii; uxor obiit, hoc grave accidet.
THE. Quid ais? obiit uxor? quae eam sors abstulit?
CHO. Laqueo implicata pensilii vitam exuit.
THE. Maerore victa? an quae alia rapuit calamitas?
CHO. Tantum hoc scio, hasque primum adivi iam domos,
Vt luctuum, Theseu, tuorum praefica.
THE. Eheu, quid infelix viator iam caput
Cingo corollis fronde textis florida?

Χαλᾶτε κλῇθρα πρόσπολοι πυλωμάτων·
Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω τὸν δαίμονα
Γυναικὸς, ἥ με κατθανοῦσ' ἀπώλεσεν. 810

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΧΟ. Ἰώ· ἰώ· τάλαινα, μελέων κακῶν·
Ἔπαθες· εἰργάσω
Τοσοῦτον, ὥςτε τούςδε συγχέαι δόμους
(Αἴ αἴ τόλμας, ὦ βιαίως θανοῦσ',
Ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ,) σᾶς χερὸς.
Πάλαισμα μελέας. 815
Τίς ἄρα σὰν τάλαιναν ἀμαυροῖ ζωάν.

ΘΗ. Ὦ μοι ἐγὼ παθέων, ὧν ἔπαθον, ὦ τάλας·
Τὰ κάκιστ' ἐμῶν κακῶν. ὦ τύχα,
Ὡς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεστάθης,
Κηλὶς ἄφραστος ἐξ ἀλαστόρων τινός. 820
Κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίος·
Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ
Τοσοῦτον, ὥςτε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν,
Μήδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῆςδε συμφορᾶς.
[Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν.] 825
Τίνα λόγον τάλας, τίνα τύχαν σέθεν
Βαρύποτμον, τλῆμον, προσαυδῶν τύχω;
Ὄρνις γὰρ ὡς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εἶ,
Πήδημ' ἐς ᾅδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.

Vs. 809. *Vulg.* Ἐκλύσαθ' ἁ. ὡ. ἴ. δυσδαίμονα. *Var. Lect.* ὡς ἴδω πικρὰν θέαν. — Vs. 817. *Olim*, ὦ τάλαινα. — Vs. 818. *Codd. MSS.* Τὰ μάκιστ' ἐμῶν. — Vs. 819, 820. *Forte* ἐπεστάθη Κηλὶς. — Vs. 821. *Forte* μὲν οὖν μ' ἀ. β. *Var. Lect.* Κατακονὰ — βίου. — Vs. 824. *Al. Codd.* Μή τ' ἐκπ. — Vs. 825. *Delendum censet Musgrav. vid. v.* 809. — Vs. 829. *Var. Lect.* πικρὸν ὁρμ.

Laxate portarum ministri nunc seras,
Vectesque solvite, coniugem ut videam meam,
Miseranda morte quae sua me perdidit.

CHO. Miseranda mulier,
Miseranda te torquent mala:
Cecidisti, ut hanc confunderes simul domum.
Audaciam ô immanem!
Ita violenta te abstulit mors?
Nefandus ô casus!
Astuta dexterae eheu
Luctatio miserrimae!
Ecquis tibi infelicem,
O misera, vitam extinxit?

THE. O crudelia quae sum passus!
Heu sortis ut infortunatae!
O aerumnae nullis
Aequandae malis!
O fortuna in nostros nimium
Nostraeque domus ingeniosa labores!
Infanda haec labes Furiarum
Ex aliqua profluxit.
Vitam illa exercet meam,
Tristique exitio premit.
Video ô pelagus immensum
Miser malorum, unde enatandi
Nulla mihi spes affulget:
Ex fluctibus nunquam istis
Emergendi erit ulla facultas.
Solvite vectes, ut conspiciam
Miserrimum spectaculum.
Quibus ô miseram vocibus alloquar,
Teque ac fortunae saevos tuae
Casus? elapsa es manibus meis
Pennigerae instar volucris,
Saltu me urges tristi

Αἶ· αἶ· αἶ· μέλεα τάδε πάθη· 830
Πρόσωθεν δέ ποθεν ἀνακομίζομαι
Τύχαν δαιμόνων, ἀμπλακίαισι
Τῶν πάροιθέν τινος.

ΧΟ. Οὐ σοὶ τάδ', ὦ ἄναξ, ἦλθε δὴ μόνῳ κακά·
Πολλῶν μετ' ἄλλων δ' ὤλεσας κεδνὸν λέχος. 835

ΘΗ. Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
Μετοικεῖν, σκότῳ θανὼν ὁ τλάμων,
Τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας.
Ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο.
Τίνος δὴ κλύω; πόθεν θανάσιμος τύχα, 840
Γύναι, σὰν ἔβα τάλαιναν καρδίαν;
Εἴποι τις ἂν τὸ πραχθὲν, ἢ μάτην ὄχλον
Στέγοι τύραννον δῶμα προσπόλων ἐμῶν;
Ἰώ μοι μοι, σέθεν μέλεος,
Οἷον εἶδον ἄλγος δόμων, 845
Οὐ τλητὸν, οὐδὲ ῥητόν· ἀλλ' ἀπωλόμαν.
Ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται.

ΧΟ. Ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ φίλα γυναικῶν,
Ἄριστα θ', ὁπόσας ἐφορᾷ
Φέγγος ἀελίου τε, 850
Καὶ νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα.
Ἰὼ τάλας· ὦ τάλας· ὅσον κακὸν ἔχει δόμος.
Δάκρυσί μου βλέφαρα
Καταχυθέντα τέγγεται σᾷ τύχᾳ.

Vs. 832. *Vulg.* Τύχαν, δαιμόνων ἀμ. — Vs. 835. *Vulg.* ἄλλων ὤλ. — Vs. 837. *Vulg.* τλήμων. — Vs. 840. *Olim*, Τίνος κλύω. — Vs. 841. *Al. Codd.* σὰν ἐπέβα. — Vs. 843. *Al.* Στέγει. *Ibid. F.* ἐμόν. — Vs. 846. *F.* ἀπωλόμην.

Obscuras Erebi ad domos.
Hei, hei, hei! ô infausta haec mala!
Vnde miser me hic casus verberat?
Num me aliquis punit Deus.
Maiorumque luo delicta meorum?

CHO. Non haec tuum solius urget sors caput;
Multis quoque aliis uxor occidit tua.

THE. Terrae subire atros sinus,
Telluris imae sub penetralibus
Furvis recondi tenebris
Impetus est, orbato coniuge ac
Iucundo illius consortio.
Me potius occidisti,
Quam ipsa perieris.
E quo audiam
Lethalis unde casus iste
Cor perculit tibi miserae adeo?
Factum mihi aliquis explicet,
An frustra tantam fovent
Famulorum turbam aedes regiae?
Hei mihi, te propter, misero, et ter
Et quater, et misero amplius.
Quantus domibus moeror cuditur!
Haud tolerabile est,
Nullisque verbis explicabile.
Perii infelix, vacua haec est domus,
Puerique orphani.

CHO. Claras liquisti aetheris auras,
O omnium optima feminarum,
Quas iubare fulgido sol,
Quas luna, dum splendore
Offuscat astra,
Nocte serena aspexit:
Infelix, ô infelix, quibus,
Quantis aerumnis haec
Obruitur domus!
Rorantibus genae rigantur lacrymis,

Τὸ δ' ἐπὶ τῷδε πῆμα φρίσσω πάλαι. 855

ΘΗ. Ἔα· ἔα·
Τί δή ποθ' ἥδε δέλτος; ἐκ φίλης χερὸς
Ἠρτημένη, θέλει τι σημῆναι νέον.
Ἀλλ' ἦ λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολὰς
Ἔγραψεν ἡ δύστηνος ἐξαιτουμένη;
Θάρσει, τάλαινα· λέκτρα γὰρ τὰ Θησέως 860
Οὐκ ἔστι, δῶμά θ', ἥτις εἴσεισιν γυνή.
Καὶ μὴν τύποι γε σφενδόνης χρυσηλάτου
Τῆς οὐκ ἔτ' οὔσης τῆσδε προσσαίνουσί με.
Φέρ', ἐξελίξας περιβολὰς σφραγισμάτων
Ἴδω, τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει. 865

ΧΟ. Φεῦ· φεῦ· τόδ' αὖ νεοχμὸν ἐκδοχαῖς
Ἐπεισφέρει θεὸς κακόν· ἐμοὶ μὲν οὖν
Ἀβίωτος βίου τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν
Εἴη τυχεῖν· ὀλομένους γὰρ οὐκέτ' ὄντας λέγω
Φεῦ, φεῦ, τῶν ἐμῶν τυράννων δόμους. 870
Ὦ δαῖμον, εἴπως ἐστὶ, μὴ σφήλης δόμους,
Αἰτουμένης δὲ κλῦθί μου· πρὸς γάρ τινος
Οἰωνὸν ὥστε μάντις εἰσορῶ κακοῦ.

ΘΗ. Οἴμοι τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακὸν,
Οὐ τλητὸν, οὐδὲ λεκτόν· ὦ τάλας ἐγώ. 875

ΧΟ. Τί χρῆμα; λέξον, εἴτι μοι λόγου μέτα.

ΘΗ. Βοᾷ, βοᾷ δέλτος ἅλαστα· πᾷ φύγω
Βάρος κακῶν; ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι.
Οἷον, οἷον εἶδον ἐν γραφαῖς μέλος
Φθεγγόμενον τλάμων. 880

ΧΟ. Αἴ· αἴ· κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.

ΘΗ. Τόδε μὲν οὐκ ἔτι στόματος ἐν πύλαις
Καθέξω δυσεκπέρατον ὀλοὸν, ὀλοὸν
Κακόν· ὦ πάλις, πόλις,
Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν 885

Vs. 856. *Vulg.* δέλτος ἐκ φ. — Vs. 857. σημᾶναι. — Vs. 867. *Al.* κακῶν *F.* ἐμοὶ μὲν ἂν *Markland.* — Vs. 868. *F.* Ἀβίωτον βίου τύχαν. — Vs. 872. *Olim*, Αἰτ. γὰρ κλῦθι. — Vs. 873. *Al.* κακόν. — Vs. 875. *F.* Οὐ στεκτὸν, οὐδὲ λ. *Reiskius*; *argute.* — Vs. 877. *Vulg.* ποῦ. — Vs. 880. *Vulg.* τλήμων.

Fortuna quas mihi
Tua exprimit. at eam
Quae sequitur, infausta horreo.

THE. At, at, tabellae quidnam amica pendulae
Dextra sibi volunt quaeso; coniugii illane
Laesam fidem, aut de liberis epistola
Movet querelam? fide misera, Thesei
Neque thalamos, neque femina ingreditur domum,
At vinculis est obligata, et aureo
Impressa signa mortuae annulo, admonent
Aliquid latere. Age explicetur pagina
Chartae volubilis, ut quid illa velit, sciam.

CHO. Eheu veteribus alia succedunt mala.
Iubente sic Deo, urgent haec me, in posterum
Vitaeque conditio meae infelix fluet:
Atque dominos periisse, et in nihilum querar
Misera redactas calamitosas hei domos!
O Dii domum hanc, si fata qua sinunt via,
Ne evertite: audite querulas, oro, preces.
Malum aliquod ingens imminere his auguror.

THE. Misero hei malis quod aliud accedet malum?
Ferri haud queat, dici haud queat. misero hei mihi.

CHO. Quid hoc rei est? effare, si scire liceat.

THE. Abominanda nunc mihi hae misero sonant,
Clamant tabellae, quo malum effugiam modo!
Tam atrox malum! iam perditus sum funditus.
Hei quale vidi epistola expressum melos?

CHO. Eheu malorum ingentium prooemia!

THE. Intra oris hoc tam noxium
Non continebo septa
Difficilisque malum exitus.
O civitas, ô civitas!
Per vim toros attingere meos ausus est
Hippolytus, haud quaquam reformidans Iovis
Vultum severum! tu ô pater Neptune nunc

Βίᾳ, τὸ σεμνὸν Ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας.
Ἀλλ', ὦ πάτερ Πόσειδον, ἃς ἐμοί ποτε
Ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι
Τούτων ἐμὸν παῖδ'· ἡμέραν δὲ μὴ φύγοι
Τήνδ', εἴπερ ἡμῖν ὤπασας σαφεῖς ἀράς. 890

ΙΑΜΒΟΙ.

ΧΟ. Ἄναξ, ἀπεύχου ταῦτα, πρὸς θεῶν, πάλιν·
Γνώσῃ γὰρ αὖθις ἀμπλακών· ἐμοὶ πιθοῦ.
ΘΗ. Οὐκ ἔστι· καὶ πρός γ' ἐξελῶ σφε τῆσδε γῆς.
Δυοῖν δὲ μοίραιν θατέρᾳ πεπλήξεται.
Ἢ γὰρ Ποσειδῶν αὐτὸν εἰς ᾅδου δόμους 895
Θανόντα πέμψει, τὰς ἐμὰς ἀρὰς σέβων,
Ἢ, τῆσδε χώρας ἐκπεσὼν, ἁλώμενος
Ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσει βίον.
ΧΟ. Καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς παῖς σὸς εἰς καιρὸν πάρα
Ἱππόλυτος· ὀργῆς δ' ἐξανεὶς κακῆς, ἄναξ 900
Θησεῦ, τὸ λῷστον σοῖσι βούλευσαι δόμοις.
ΙΠΠ. Κραυγῆς ἀκούσας σῆς ἀφικόμην, πάτερ,
Σπουδῇ· τὸ μέν τοι πρᾶγμ', ἐφ' ᾧτινι στένεις,
Οὐκ οἶδα· βουλοίμην δ' ἂν ἐκ σέθεν κλύειν.
Ἔα, τί χρῆμα; σὴν δάμαρθ' ὁρῶ, πάτερ, 905
Νεκρόν· μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον·
Ἣν ἀρτίως ἔλειπον, εἰς φάος τόδε
Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.
Τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται;
Πάτερ, πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα. 910
(3) Σιγᾷς; „σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς.
(1) „Ἡ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν
(2) „Κἂν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὐσ' ἁλίσκεται.
Οὐ μὴν φίλους γε, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλας,
Κρύπτειν δίκαιον σᾶς, πάτερ, δυσπραξίας. 915

Vs. 889. *Olim*, φύγῃ. — Vs. 891. *Forte leg.* ἀνεύχου. — Vs. 894. *F.* θ'ἡτέρᾳ. — Vs. 903. *Olim*, ἐφ' ᾧτινι νῦν στένεις. — Vs. 907. *Al.* ἢ φάος τόδε. — Vs. 911. *duobus seqq. postponit Markl.* — Vs. 914. *Forte leg.* φίλους τε, κἄτι.

Optationibus precor mihi e tribus,
Quas pollicitus es, perfice unam, et filium
Neca meum: neque hunc diem evadat, si serio
Vis liberare, quam dedisti olim fidem.

CHO. Rex deprecare rursus ista, si sapis, Deos.
Intelliges te errare. mihi pare, obsecro.
THE. Haud fiet, at tellure eum etiam hac exigam,
Alterutro enim ferietur, aut illum inferas
Adiget ad umbras, vota reveritus mea,
Maris Deus, solove pulsus patrio
Peregrina oberrans exul et miser loca,
Miserabiles vitae trahet dies suae.
CHO. Filius at oportune adest, ô Rex, tuus
Hippolytus, irae reprime tristeis impetus,
Theseu, domusque quod tuae in rem est, consule.
HIP. Vocem audiens, pater, tuam celeri huc pede
Me contuli: rei illius prorsum rudis,
Quae gemere nunc te cogit; ex te discere,
Cuiusmodi illa sit, velim. quid est cedo?
Video quidem uxorem esse mortuam, instar id
Miraculi mihi: illam ego, haud diu quidem est,
Cum liquerim iubar intuentem hoc fulgidum.
Atqui, quid accidit, illa quo periit modo?
Cognoscere hoc ex te velim, pater. taces?
„Nullum silentii in malis prorsus lucrum.
„Mens audiendi cupiditate quae flagrat,
„Etiam in malis avida esse deprendi solet.
Sed calamitates hîc tuas, pater, haud decet
Celare amicum, aut qui, quam amicus, pluris est.

ΘΗ. „Ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι μάτην,
„Τί δὴ τέχνας μὲν μυρίας διδάσκετε,
„Καὶ πάντα μηχανᾶσθε, κἀξευρίσκετε,
„Ἓν δ' οὐκ ἐπίστασθ', οὐδ' ἐθηράσασθέ πω,
„Φρονεῖν διδάσκειν, οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς; 920
ΙΠΠ. „Δεινὸν σοφιστὴν εἶπας, ὅστις εὖ φρονεῖν
„Τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατὸς ἔστ' ἀναγκάσαι.
Ἀλλ', οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς, πάτερ,
Δέδοικα μή σου γλῶσσ' ὑπερβάλῃ κακοῖς.
ΘΗ. „Φεῦ, χρῆν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον 925
„Σαφές τι κεῖσθαι, καὶ διάγνωσιν φρενῶν,
„Ὅστις τ' ἀληθής ἐστιν, ὅς τε μὴ φίλος·
„Δισσάς τε φωνὰς πάντας ἀνθρώπους ἔχειν,
„Τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δ' ὅπως ἐτύγχανεν·
„Ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ' ἐξηλέγχετο 930
„Πρὸς τῆς δικαίας, κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα.
ΙΠΠ. Ἀλλ' εἴ τις εἰς σὸν οὖς με διαβαλὼν ἔχει
Φίλων, νοσοῦμεν οὐδὲν ὄντες αἴτιοι·
Ἐκ τοι πέπληγμαι· σοὶ γὰρ ἐκπλήσσουσί με
Λόγοι παραλλάσσοντες, ἐξεδροι φρενῶν. 935
ΘΗ. „Φεῦ τῆς βροτείας ποῖ προβήσεται φρενός;
„Τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται;
„Εἰ γὰρ κατ' ἀνδρὸς βίοτον ἐξογκώσεται,
„Ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολὴν
„Πανοῦργος ἔσται, θεοῖσι προσβαλεῖν χθονὶ 940
„Ἄλλην δεήσει γαῖαν, ἢ χωρήσεται
„Τοὺς μὴ δικαίους καὶ κακοὺς πεφυκότας.
Σκέψασθε δ' εἰς τόνδ', ὅστις, ἐξ ἐμοῦ γεγὼς,
Ἥισχυνε τἀμὰ λέκτρα, κἀξελέγχεται
Πρὸς τῆς θανούσης ἐμφανῶς κάκιστος ὤν· 945
Δεῖξον δ', ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθας,

Vs. 916. *F.* Ὦ πολλὰ μανθάνοντες, *Markl. F.* Ὦ π. ἁ. ἄνθρωποι, μάτην. — Vs. 919. *Al.* οὐδὲ δὴ θηρᾶσθέ πω. — Vs. 922. *Olim* ἀναγκάζειν. — Vs. 923. *F.* λεπτουργεῖν, *Markl.* — Vs. 928. *Vulg.* Δισσὰς δὲ φ. — Vs. 932. *Olim*, Ἀλλ' ἤ τις. — Vs. 933. *Vulg.* νοσοῦμεν δ' οὐδ. — Vs. 938. *Olim*, βίοτος. — Vs. 946. ἐλήλυθα, *Musgrave.*

THE. „Vt error homines saepe vanus implicat!
„Nam mille qui docetis artes, quaelibet
„Qui machinamini, atque mentis acumine
„Excogitatis omnia, unum tamen adhuc
„Haud dum tenetis, mente quomodo imbui
„Sana, atque sapiente fatuus tandem queat.
HIP. „Doctor peritus esset ille, sapere qui
„Stultos docere posset. At parum ista tu
In tempore, pater, disseris subtilius.
Vereorque lingua ne malis cedat suis.
THE. „Exstare certa hominibus indicia aequum erat,
„Notaeque veluti quaedam, amicorum quibus
„Cordis videri sensus intimi queat:
„Quae vera, quae simulata forma pectoris:
„Vocem deinde quemque promere duplicem,
„Qualem quidem qualem alteram, iustam alteram:
„Vt mentiens redargui a vera queat:
„Fraudisque ita amputetur ansa callidae.
HIP. Si quis me amicorum, auribus abutens tuis,
Est criminatus, pessime scio mecum agi.
Nullius etsi sim mihi mali conscius,
Attonitus haereo: verba me terrent tua.
Ita concitato quae ruunt in me impetu, ac
Maiore, quam mentis quietae fert status.
THE. „Natura quod non rapitur humana ad scelus?
„Quae meta tandem temeritatis, quis modus
„Audaciae figetur? hei, vitae gradus
„Quod si per omneis turpia accrescent mala,
„Avisque peiores nepotes, et ab iis
„Quoque nequiores qui trahent originem:
„Tandem Deis necessitas incumbet, his
„Adiicere terras illico alias, et novum
„Componere orbem, quem mali et iniqui colant.
Respicite in hunc qui ex me satus, meum ausus est
Polluere lectum, a mortua evidenter hac
Redarguetur omnium esse pessimus
Mortalium. Quando nefandum tu hoc scelus

Τὸ σὸν πρόσωπον δεῦρ' ἐναντίον πατρί.
Σὺ δὴ θεοῖσιν, ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ,
Ξύνει; σὺ σώφρων, καὶ κακῶν ἀκήρατος;
Οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ, 950
Θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς.
Ἤδη νυν αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς
Σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων,
Βάκχευε, πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς·
Ἐπεί γ' ἐλήφθης· „τοὺς δὲ τοιούτους ἐγὼ 955
„Φεύγειν προφωνῶ πᾶσι· θηρεύουσι γὰρ
„Σεμνοῖς λόγοισιν αἰσχρὰ μηχανώμενοι.
Τέθνηκεν ἥδε· τοῦτό σ' ἐκσώσειν δοκεῖς;
Ἐν τῷδ' ἁλίσκῃ πλεῖστον, ὦ κάκιστε σύ.
Ποῖοι γὰρ ὅρκοι κρείσσονες; τίνες λόγοι 960
Τῆσδ' ἂν γένοιντ' ἄν, ὥστέ σ' αἰτίαν φυγεῖν;
Μισεῖν σε φήσεις τήνδε, καὶ τὸ δὴ νόθον
Τοῖς γνησίοισι πολέμιον πεφυκέναι;
Κακὴν ἄρ' αὐτὴν ἔμπορον βίου λέγεις,
Εἰ δυσμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν. 965
Ἀλλ', ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι,
Γυναιξὶ δ' ἐμπέφυκεν; „οἶδ' ἐγὼ νέους
„Οὐδὲν γυναικῶν ὄντας ἀσφαλεστέρους,
„Ὅταν ταράξῃ Κύπρις ἡβῶσαν φρένα.
„Τὸ δ' ἄρσεν αὐτοὺς ὠφελεῖ προσκείμενον. 970
Νῦν οὖν, τί ταῦτα σοῖς ἀμιλλῶμαι λόγοις,
Νεκροῦ παρόντος μάρτυρος σαφεστάτου;
Ἔξερρε γαίας τῆσδ' ὅσον τάχος φυγάς·
Καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,
Μήτ' εἰς ὅρους γῆς, ἧς ἐμὸν κρατεῖ δόρυ· 975
Εἰ γὰρ παθών γε σοῦ τάδ' ἡσσηθήσομαι,
Οὐ μαρτυρήσει μ' Ἰσθμιος Σίνις ποτέ

Vs. 953. *F.* Σύ τοι καπήλευ', Ὀρφέα —. — Vs. 958. *Al.* ἐκσώζειν. — Vs. 962. *Ol.* Μισεῖν γε. — Vs. 963. *Ol. T.* γνησίοις σοῦ π. — Vs. 965. Ἡ δυσμ. — Vs. 971. *Olim,* Τί οὖν; — Vs. 977. *Vulg.* Σίννις.

Aggressus es, faciem patri ostendas tuo.
Tu cum Diis versare, ut excellens homo,
Vt castus, et vitae integer? nullam amplius
Iactationi et insolentiae fidem
Dabo tuae: imprudentiae damnas Deos.
Nunc gloriare, aliis per inanimas dapes
Impone, sub magistro agens tuo Orpheo.
Sacrata Libero patri cole orgia,
Ex litterarum fumo honores aucupans.
Sed captus es: „vitare tales quemlibet
„Nunc iubeo. Venantur iidem illi splendidis
„Orationis involucris, multa sed
„Abominanda moliuntur“: mortua haec
Vitam reliquit, hoc saluti fore tibi
Existimas sceleste? firmioribus
Hoc vinculis te astringit. Ecqua gravior hic
Iurisve iurandi religio, verba vel
Tua esse tanti ponderis alicui queant,
Culpae huius ut foedissimae effugias notam?
Me exosum ea habuit, inquies, quia sum nothus,
Inimicum habent iustis creati nuptiis.
Vitae esse commutationem hanc dixeris
Non approbandam. si tui odio perdidit
Quae habenda sunt carissima. at tu dicere
Soles, viros non sic amoris vulnera
Sentire, ut abeant in furorem, feminis
Dumtaxat hoc esse insitum. „Iuvenes ego
„Novisse memini neutiquam mulieribus
„Stabiles magis, iis postquam igneo Venus
„Calore turbasset cruorem, masculum
„Quantumlibet confirmet illos robur. At
Sermone quid contendo tecum futili?
Adest cadaver testis horum maximus.
Excede terris exul his quamocyssime,
Nec Divûm Athenas dextera structas adi,
Finesque qui reguntur imperio meo.
Iniuria affectus nisi te ulciscerer,

Κτανεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ κομπάζειν μάτην·
Οὐδ' αἱ θαλάσσης σύννομοι Σκειρωνίδες
Φήσουσι πέτραι τοῖς κακοῖς μ' εἶναι βαρύν. 980

ΧΟ. *Οὐκ οἶδ' ὅπως εἴποιμ' ἂν εὐτυχεῖν τινα*
Θνητῶν· τὰ γὰρ δὴ πρῶτ' ἀνέστραπται πάλιν.

ΙΠΠ. *Πάτερ, μένος μέν, ξύστασίς τε σῶν φρενῶν*
Δεινή· τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἔχον καλοὺς λόγους,
Εἴ τις διαπτύξειεν, οὐ καλὸν τόδε. 985
Ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,
Εἰς ἥλικας δὲ κῷλίγους σοφώτερος.
„Ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδ'· οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
„Φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.
Ὅμως δ' ἀνάγκη, ξυμφορᾶς ἀφιγμένης, 990
Γλῶσσάν μ' ἀφεῖναι· πρῶτα δ' ἄρξομαι λέγειν,
Ὅθεν μ' ὑπῆλθες πρῶτον, ὡς διαφθερῶν,
Κοὐκ ἀντιλέξοντ'· εἰσορᾷς φάος τόδε,
Καὶ γαῖαν; ἐν τοῖσδ' οὐκ ἔνεστ' ἀνὴρ ἐμοῦ,
Οὐδ' ἦν σὺ μὴ φῇς, σωφρονέστερος γεγώς. 995
„Ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτα μὲν θεοὺς σέβειν,
„Φίλοις τε χρῆσθαι μὴ 'δικεῖν πειρωμένοις,
„Ἀλλ' οἷσιν αἰδὼς, μήτ' ἀπαγγέλλειν κακὰ,
„Μήτ' ἀνθυπουργεῖν αἰσχρὰ τοῖσι χρωμένοις.
„Οὐκ ἐγγελαστὴς τῶν ὁμιλούντων, πάτερ, 1000
„Ἀλλ' ὠὐτὸς οὐ παροῦσι, κᾀγγὺς, ὢν φίλος.
Ἑνὸς δ' ἀθίκτος, ᾧ με νῦν ἐλεῖν δοκεῖς·
Λέκχους γὰρ εἰς τόδ' ἡμέρας ἁγνὸν δέμας
Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων,
Γραφῇ τε λεύσσων· οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν 1005
Πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων.
Κεἰ μὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως,

Vs. 984. *Olim* πολλοὺς λόγους. — Vs. 987. *Olim*, κῷλίγου. — Vs. 991. *Al.* πρῶτά γ' ἄρξ. — Vs. 992. *Vulg.* πρότερον. — Vs. 992. *Forte leg.* ὡς διαφθερῶν Οὐκ ἀντιλ. *Markl.* — Vs. 998. *Al.* ἐπαγγέλλειν. — Vs. 1001. *Vulg.* αὐτὸς — κᾀγγὺς ὤν, φίλοις· — Vs. 1004. *Al.* Κοὐκ οἶδα. — Vs. 1005. *F.* οὐδὲ τ. καὶ σκοπεῖν. — Vs. 1007. *Vulg.* Εἰ δὴ. *Al.* Καὶ δὴ.

Frustra mihi olim Sinnis occissus foret
Latro Isthmius, nec facto adesset gloria,
Salsique consortes maris Sceironides
Frustra malorum dicerent me vindicem.

CHO. Mortalium qui aliquem beatum praedicem,
Haud video, sic subversa sunt rursum omnia.

HIP. Pater, tua ira gravi incitatur impetu,
Ratione, quae dicis, videntur optima
Niti. Sed explicare singula si velim,
Res longiorem orationem posceret:
Sed huius id nec est loci, nec temporis.
Orare causam populum apud sum ineptus, at
Forte inter aequales forem peritior,
„Neque ponderis parvi hoc putandum. qui minus
„Idonei ad dicendum habentur, hos apud
„Qui literis sapientiaque valent, ii
„Disertius longe in foro caussas agunt.
Sed dura me huc cum provehat necessitas,
Vt potero, dicam. Prima sumam exordia
Hinc, unde primum adortus es me, atque facilem
Casum putabas, ac deesse, me quibus
Defenderem. Lumenne coeli hoc conspicis,
Terramque? nemo lumine, aut terra utitur
Mortalium, qui castior, qui integrior
Me vivat, etsi tu negare hoc niteris.
„Primum quidem Deos ego colere didici,
„Vtique amico, iniuriis qui temperat,
„Cui corde regnat integro decens pudor.
„Qui nec mala probat, nec rogatur turpia
„Concedit. haud sum is ego qui amicos rideam,
„Idem sum iis absentibus, praesentibus.
Sed cuius insimulor, pater, sum criminis
Plane innocens. Ad hanc diem vixi integre,
Corpusque labe purum ab omni continens,
Nec quid sit hac de re scio, verbis nisi
Quod ex tuis percipere potui, ac litteras
Istas videns, reputare nec adhuc ex iis

Δεῖ δή σε δεῖξαι, τῷ τρόπῳ διεφθάρην.
Πότερα τὸ τῆςδε σῶμ' ἐκαλλιστεύετο
Πασῶν γυναικῶν; ἢ σὸν οἰκήσειν δόμον, 1010
Ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβὼν, ἐπήλπισα;
Μάταιος ἆρ' ἦν, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρονῶν.
„Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν
„Ἥκιστά γ', εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορεν
„Θνητῶν, ὅσοισιν ἁνδάνει, μοναρχία. 1015
Ἐγὼ δ' ἀγῶνας μὲν κρατεῖν Ἑλληνικοὺς
Πρῶτος θέλοιμ' ἂν, ἐν πόλει δὲ δεύτερος
Σὺν τοῖς ἀρίστοις εὐτυχεῖν ἀεὶ φίλοις.
„Πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι· κίνδυνος δ' ἀπὼν
„Κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν. 1020
Ἐν οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν, τὰ δ' ἄλλ' ἔχεις.
Εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι μάρτυς οἷός εἰμ' ἐγὼ,
Καὶ τῆςδ' ὁρώσης φέγγος ἠγωνιζόμην,
Ἔργοις ἂν εἶδες τοὺς κακοὺς διεξιών.
Νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα, καὶ πέδον χθονὸς 1025
Ὄμνυμι, τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων,
Μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν·
Ἧτ' ἄνγ' ὀλοίμην, ἀκλεὴς, ἀνώνυμος.
[Ἄπολις, ἄοικος, φυγὰς ἀλητεύων χθόνα,]
Καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ δέξαιτό μου 1030
Σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ·
Εἰ δ' ἥδε δειμαίνουσ' ἀπώλεσεν βίον,
Οὐκ οἶδ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ πέρα θέμις λέγειν.
Ἐσωφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν·
Ἡμεῖς δ' ἔχοντες, οὐ καλῶς ἐχρώμεθα. 1035

Vs. 1008. *Vulg.* διεφθάρη. — Vs. 1010. *Olim*, οἰκῆσαι. — Vs. 1012. *F.* κοὐδαμοῦ μ. ο. φρενῶν. *Markl.* — Vs. 1019. *Al.* Πράσσειν τε γὰρ πάρεστι, κίνδυνός τ' ἀπὼν. — Vs. 1021. Ἔν γ' οὐ λέλεκται. — Vs. 1024. *F.* εἶλες, *Reiske.* — Vs. 1027. *Vulg.* μηδ' εἰς ἔνν. — Vs. 1028. *Al.* Ἧτ' ἆρ' ὀλοίμην. — Vs. 1029. *Spurius videtur: Vulg.* ἀλιτεύων. — Vs. 1033. *Vulg.* οὐ θέμις λέγειν πέρα.

Queo, quid rei sit, castitate septus hac,
Mentisque purae certa conscientia.
Si puritas non invenit apud te fidem,
Tuum erit probare quo modo corrupta sit.
Pulcherrimáne mulierum forma fuit?
Aut possidere domos tuas speraveram
Cum divite simul dote thalami haeres tui?
Stultus equidem sim, pectorisque sani inops.
„An dulce castis occupare tyrannidem?
„Minime, nisi his quos caeca dominandi rapit
„Libido. primus equidem ego desiderem
Certaminum in ludis Achivûm evadere:
In civitate sat secundas si feram,
Tranquillo amicorum fruens commercio.
„Vitae beatos ut dies agam, et procul
„ Semotus a periculo, in manu est mea:
„Multis tyrannide partibus quod melius est.
Nunc restat unicum haud mihi dictum prius.
Testis mihi si esset aliquis, qualis ego sum,
Ac vitam adhuc ea agente certandum foret,
Culpa ista facile in quo haeret agnosci queat,
Inquirere ac rem examinare si velis.
Iuris ego iurandi invoco Iovem praesidem,
Telluris huius testor agros fertiles,
Nunquam tuam tetigisse me uxorem, neque
Voluisse, nec habuisse in animo ut tangerem.
Si cogitavi, infamis, atque inglorius,
Sine urbe, sine domo, exul incertos miser
Errem per agros, et mala interem nece:
Nec corporis carnes mei, supremum ubi
Exegero diem, vel immensum mare,
Vel terra molli laeta recipiat sinu,
Si mentior, si vir deprendar improbus.
Hoc illa si metuens manus tibi attulit,
Haud scio equidem. nec plura dicere integrum est.
Habita est pudica, sed pudica non fuit.
Ego impudicus, castitatis usque amans.

ΧΟ. Ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφὴν,
Ὅρκους παρασχὼν, πίστιν οὐ σμικρὰν, θεῶν.
ΘΠ. Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς, οὐ γόης πέφυχ' ὅδε,
Ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ
Ψυχὴν κρατήσειν, τὸν τεκόντ' ἀτιμάσας; 1040
ΙΠΠ. Καὶ σοῦ γε κάρτα ταῦτα θαυμάζω, πάτερ·
Εἰ γὰρ σὺ μὲν παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατὴρ,
Ἔκτεινά τοι σ' ἂν, κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν,
Εἴπερ γυναικὸς ἠξίους ἐμῆς θιγεῖν.
ΘΗ. Ὡς ἄξιον τόδ' εἶπας, οὐχ οὕτω θανῇ· 1045
Ὥςπερ σὺ σαυτῷ τόνδε προὔθηκας νόμον.
„Ταχὺς γὰρ ᾅδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ.
Ἀλλ', ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς,
Ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσεις βίον·
Μισθὸς γάρ ἐστιν οὗτος ἀνδρὶ δυσσεβεῖ. 1050
ΙΠΠ. Οἴμοι· τί δράσεις; οὐδὲ μηνυτὴν χρόνον
Δέξῃ καθ' ἡμῶν, ἀλλά μ' ἐξελᾷς χθονός;
ΘΗ. Πέραν γε πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν,
Εἴ πως δυναίμην· ὡς σὸν ἐχθαίρω κάρα.
ΙΠΠ. Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων 1055
Φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;
ΘΗ. Ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,
Κατηγορεῖ σου πιστά· τοὺς δ' ὑπὲρ κάρα
Φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.
ΙΠΠ. Ὦ θεοὶ, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύσω στόμα, 1060
Ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι;
Οὐ δῆτα· πάντως οὐ πίθοιμ' ἂν οὕς με δεῖ,
Μάτην δ' ἂν ὅρκους συγχέαιμ', οὓς ὤμοσα.
ΘΗ. Οἴμοι· τὸ σεμνὸν ὥς μ' ἀποκτείνει τὸ σόν·
Οὐκ εἶ πατρῴας ἐκτὸς ὡς τάχιστα γῆς; 1065

Vs. 1038. *Vulg.* ἐπῳδὸς καὶ γόης. — Vs. 1039. *Olim*, εὐορκησία. — Vs. 1043. *Al.* φυγῇ σ' ἐζημίουν. — Vs. 1048. *Vulg* ἀλιτεύων. — Vs. 1053. *Var. Lect.* καὶ τόπων Ἀτλ. — Vs. 1062 *Vulg.* οἷς με δεῖ *F.* οὕς μ' ἔδει. — Vs. 1064. ἀποκτενεῖ.

CHO. Culpae ista maxime evidens purgatio est,
Et iure confirmata iurando, cui
Magna ad fidem emerendam inest autoritas.
THE. Nonne iste praestigiator, ac versutiis
Plenus videtur, facilitate qui Deos
Testes vocandi sceleribus nubem suis
Praetendit, ut animum sibi subdat meum;
Tanta parentem polluens infamia?
HIP. Mira quoque tua, pater, videntur: si pater
Essem tuus, lectumque stuprasses meum,
Non exulem esse te iuberem, occiderem.
THE. Quam digna te locutus! haud moriere sic,
Vt legis exemplum ipse proponis, „nimis
„Mors mite supplicium scelestis. sed solo
Pulsus paterno, per aliorum errans plagas,
Vitae trahes miserabiles tuae dies,
Hanc luere poenam par viros est improbos.
HIP. Hei quidnam ages? non temporis aliquam dabis
Partem exigui, ut haec rite possint detegi?
Miserum ita praecipitanter eiici iubes?
THE. Procul mare ultra, ultraque Atlanticos sinus,
Si sic queam, caput adeo exodi tuum.
HIP. Nec te sacramentum movebit, nec fides?
Fáctique veritas ut erui queat
Vates peritos consules? indicta ita,
Caussaque non discussa, ut aequum erat,
Patrio immerentem exterminare stàt solo?
THE. Tabella caecae respuens sortis vices
Peragit reum te. quae supra volant caput
Per aëra liquidum, alites nil me movent.
HIP. Cur oris hîc non laxo habenas, ô Dii?
Quod vos colam, nunc certa me mors excipit.
Oratio mea haud movet eos, flectere
Quos par erat, nec ulla iurati fides.
Confusa quae iuravi, in irritum cadunt.
THE. Occidet obstinatio animi me tui;
Non patrio citissime exibis solo?

ΙΠΠ. Ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων τρέψομαι; τίνος ξένων
Δόμους ἔσειμι, τῇδ' ἐπ' αἰτίᾳ φυγών;
ΘΗ. Ὅςτις γυναικῶν λυμεῶνας ἥδεται
Ξένους κομίζων, καὶ ξυνοικούρους κακῶν.
ΙΠΠ. Αἴ· αἴ· πρὸς ἦπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε, 1070
Εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, δοκῶ τέ σοι.
ΘΗ. Τότε στενάζειν καὶ προγιγνώσκειν σ' ἐχρῆν,
Ὅτ' εἰς πατρῴαν ἄλοχον ὑβρίζειν ἔτλης.
ΙΠΠ. Ὦ δώματ', εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι,
Καὶ μαρτυρήσαιτ', εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ. 1075
ΘΗ. Εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις; σαφῶς
Τόδ' ἔργον, οὐ λέγον, σε μηνύει κακόν.
ΙΠΠ. Φεῦ·
Εἴθ' ἦν ἐμαυτὸν προσβλέπειν ἐναντίον·
Στάνθ', ὡς ἐδάκρυσ' οἷα πάσχομεν κακά.
ΘΗ. Πολλῷ γε μᾶλλον σαυτὸν ἤσκησας σέβειν, 1080
Ἢ τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾷν, δίκαιος ὤν.
ΙΠΠ. Ὦ δυστάλαινα μῆτερ, ὦ πικραὶ γοναί,
Μηδείς ποτ' εἴη τῶν ἐμῶν φίλων νόθος.
ΘΗ. Οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν δμῶες; οὐκ ἀκούετε.
Πάλαι ξενοῦσθαι τόνδε προὐννέποντά με; 1085
ΙΠΠ. Κλαίων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται;
Σὺ δ' αὐτός, εἴ σοι θυμός, ἐξώθει χθονός.
ΘΗ. Δράσω τάδ', εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείσῃ λόγοις·
Οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς.
ΙΠΠ. Ἄρηρεν, ὡς ἔοικεν· ὦ τάλας ἐγώ. 1090
Ὡς οἶδα μὲν ταῦτ', οἶδα δ' οὐχ ὅπως φράσω.
Ὦ φιλτάτη μοι δαιμόνων, Λητοῦς κόρη,
Σύνθακε, συγκύναγε, φευξούμεσθα δὴ
Κλεινὰς Ἀθήνας· ἀλλὰ χαιρέτω πόλις,
Καὶ γαῖ' Ἐρεχθέως· ὦ πέδον Τροιζήνιον, 1095

Vs. 1066. *Vulg.* Π. δῆτα τλ. — Vs. 1070. *F.* (*Αἴ, αἴ*) *Δύνει πρὸς ἦπαρ.* — Vs. 1071. *Olim*, κακός τε. — Vs. 1072. *Vulg.* ἐχρῆν *absque* σ'. — Vs. 1074. *Olim*, γηρύσοισθε. — Vs. 1076. *Al.* σοφῶς. — Vs. 1077. *F.* Τὸ δ' ἔργον *Markl.* — Vs. 1090. *Al.* Ἄραρεν. — Vs. 1092. *Vulg.* κόρα. — Vs. 1093. *Vulg.* φευξόμσθα.

HIP. Quo me miser vertam? hospitum quorum iam ego
Subibo tecta? cur in exilium abigor?
THE. Sexus muliebris, vade, corruptorem adi;
Te excipiet ille, quique pravorum solent
Gaudere contuberniis, ipsi improbi.
HIP. Hei, hei
Hoc tangit hepar, lacrymas hoc excutit.
Si videor aliis, ac tibi in primis malus.
THE. Tum gemere, tum praescisse tempus haec erat;
Violare cum parentis audebas toros.
HIP. Vtinam ô domus tibi vocis usus suppetat!
Et castitatis testis adfores meae!
THE. Ad non loquentes confugis testes? ii
Qui non loquuntur, improbum te esse indicant.
HIP. Vtinam ipse me, factus alius, flentem queam
Videre nunc acerba quae patior mala.
THE. Te colere potius assuëvisti ipse, quam
Erga parentes esse, ut aquum erat, pius.
HIP. O mater infelix, acerbae sortis ô
Soboles! nothus nemo ex amicis sit meis.
THE. Non hinc eum servi extrahetis, iussa vos
Non audiistis, hoc ut exeat solo?
HIP. Haud absque lacrymis aliquis horum tetigerit:
Tu me ipse, si sic fert voluntas, pelle me.
THE. Faciam hoc ego, nisi sponte tu hoc facies tua.
Nec ulla mihi miseratio exilii est tui.
HIP. Iam hoc est statutum, ut video: vae misero mihi.
Haec vera nunc scio esse: quid loquar, haud scio.
Carissima ô inter, Diana, omnes Deas,
Socias colens mecum domos, consors Dea
Venationis, deserendae iam mihi
Celebres Athenae: cara civitas vale,
Terra vale Erechthei: ô solum Troezoenium,
Iuvenilibus quam multa habes accommoda

Ὡς ἐγκαθηβᾷν πόλλ' ἔχεις εὐδαίμονα,
Χαῖρ'· ὕστατον γάρ σ' εἰσορῶν προσφθέγγομαι·
Ἴτ' ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες,
Προσείπαθ' ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονὸς,
Ὡς οὔ ποτ' ἄλλον ἄνδρα σωφρονέστερον 1100
Ὄψεσθε, κεἰ μὴ ταῦτ' ἐμῷ δοκεῖ πατρί.

ΕΠΩΙΔΙΚΑ.

Στροφὴ α'.

ΧΟ. 1 „Ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν
2 „Μελεδήμαθ', ὅταν φρένας ἔλθῃ,
3 „Λύπας παραιρεῖ·
4 „Ξύνεσιν δέ τιν' ἐλπίδι κεύθων 1105
5 „Λείπομαι, ἔν τε τύχαις
6 „Θνατῶν, καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσων.
7 „Ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται,
8 „Μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν
9 „Πολυπλάνητος αἰεί. 1110

Ἀντιστροφὴ α'.

1 „Εἴθε μοι εὐξαμένᾳ
2 „Θεόθεν τάδε μοῖρα παράσχοι,
3 „Τύχαν μετ' ὄλβου,
4 „Καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν.
5 „Δόξα δὲ μήτ' ἀτρεκὴς, 1115
6 „Μήτ' αὖ παράσημος ἐνείη·
7 „Ῥᾴδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον
8 „Μεταβαλλομένα χρόνον αἰεὶ
9 „Βίον συνευτυχοίην.

Vs. 1097. *Olim*, προσφθέγξομαι. — Vs. 1108. ἄλλοτ' ἀμείβ. — Vs. 1114. *Olim*, ἀγήραον. — Vs. 1117. *Forte* ὥριον, *Musgrave*.

Exercitationibus! vale, ultimum
Te video, te alloquor ultimum: aequales mei
Tellure mecum hac educati, ite, iam agite
Omnes salutem dicite, omnes finibus
Deducite istis, neminem unquam, neminem
Me castiorem alium hominem videbitis;
Etsi patri hoc non persuadetur meo.

CHO. „Curas Deorum memori
„Cum mente voluo,
„Tristeis statim omneis
„Mihi amputant illae dolores,
„Maestaque animum liberant
„Sollicitudine.
„Sed cum tecta alia subit
„Sub corde cogitatio,
„Fortunae cum ludibria ista,
„Cum facta contemplor
„Mortalium, erecta cadit
„Spes, effluitque prorsus.
„Variat vices fortuna,
„Vitaque subiecta agitur
„Aerumnosis passim erroribus.

„Vtinam ô Diis faventibus
„Nostro benigna voto
„Fata annuant:
„Fortuna divitias mihi
„Impertiat luculentas,
„Nullisque senescentem curis
„Animum; meaeque crescat
„Gloria famae, nec nimis
„Excellens, nec lateat nigris
„Obsita tenebris:
„Me facilitas morum
„Perpetua vitae
„Comes sequatur prosperae.

Στροφὴ β'.

1 Οὐκ ἔτι γὰρ καθαρὰν 1120
2 Φρέν' ἔχω· παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω·
3 Ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας
4 Φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας
5 Εἴδομεν, εἴδομεν ἐκ πατρὸς ὀργᾶς
6 Ἄλλαν ἐπ' αἶαν ἱέμενον. 1125
7 Ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς,
8 Δρυμός τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν
9 Ὠκυπόδων ἐπέβας,
10 Θεᾶς μέτα θῆρας ἐναίρων,
11 Δίκτυνναν ἀμφὶ σεμνάν. 1130

Ἀντιστροφὴ β'.

1 Οὐκ ἔτι συζυγίαν
2 Πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσῃ,
3 Τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον
4 Κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους.
5 Μοῦσα δ' ἀϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν 1135
6 Λήξει πατρῷον ἀνὰ δόμον.
7 Ἀστέφανοι δὲ κόρας ἀνάπαυλαι
8 Λατοῦς βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν·
9 Νυμφίδια δ' ἀπόλω-
10 λε λέχη φυγᾷ σᾷ, 1140
11 Λέκτρων ἅμιλλα κούραις.

Ἐπῳδός.

1 Ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ

Vs. 1123. *Vulg.* Ἀθήνας. — Vs. 1128. *Al.* ἐπέβα. — Vs. 1134. *Al.* γυμνάδος ἵππου. — Vs. 1141. *Olim*, κόραις.

Mens mea motibus agitur turbidis,
Cum praeter expectationem
Tam clarum Athenarum, atque splendens
Videmus urbis sidus
Patris furore in alias
Terrae plagas depelli.
Vrbani arenae littoris,
O saltuosi montes,
Quos canibus comitatus fidis
Saepe superavit, socia
Diva, feras incessens
Imperio Dianae subditas:

Neque Paphlagonicos
Iungens equos cursu teret
Exercitationibus
Equestribus agros destinatos;
Lernaea quos saepe riguis palus
Aquis inundat.
Haud amplius posthac vigil,
Per patrios penates,
Camoena tanget dulcibus
Sociata nervis carmina.
Haud ulla nectetur Dianae
Corona, dum quietem
Quaerit laborum per virentes
Gramine campos.
Periere nuptiae exilii
Fuga tui, periere
Inter puellas nuptialium
Certaminum iucundae
Rixae.

Tua hac tam tristi
Commota calamitate,

2 Δάκρυσι διοίσω
3 Πότμον ἄποτμον· ὦ τάλαινα
4 Μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνητα. φεῦ· 1145
5 Μανίῳ θεοῖσιν·
6 Ἰὼ ἰὼ συζυγίαι Χάριτες,
7 Τί τὸν τάλαν' ἐκ πατρῴας γᾶς
8 Οὐδὲν ἄτας αἴτιον,
9 Πέμπετε τῶνδ' ἀπ' οἴκων. 1150

ΙΑΜΒΟΙ.

ΗΜΙ. Καὶ μὴν ὀπαδῶν Ἱπολύτου τόνδ' εἰσορῶ
Σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὁρμώμενον.
ΑΓ. Ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν
Εὕροιμ' ἄν, ὦ γυναῖκες; εἴπερ ἴστε, μοι
Σημήνατ'· ἆρα τῶνδε δωμάτων ἔσω; 1155
ΧΟ. Ὅδ' αὐτὸς ἔξω δωμάτων πορεύεται.
ΑΓ. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον
Σοὶ, καὶ πολίταις, οἵ τ' Ἀθηναίων πόλιν
Ναίουσι, καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας.
ΘΗ. Τί δ' ἐστί; μῶν τις συμφορὰ νεωτέρα 1160
Δισσὰς κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις;
ΑΓ. Ἱππόλυτος οὐκ ἔτ' ἐστὶν, ὡς εἰπεῖν ἔπος·
Δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.
ΘΗ. Πρὸς τοῦ; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος,
Ὅτου κατήσχυν' ἄλοχον, ὡς πατρὸς, βίᾳ; 1165
ΑΓ. Οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος,
Ἀραί τε τοῦ σοῦ στόματος, ἃς σὺ σῷ πατρὶ
Πόντου κρέοντι παιδὸς ἠράσω πέρι.
ΘΗ. Ὦ θεοὶ, Πόσειδόν θ', ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ
Ὀρθῶς, ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων. 1170
Πῶς καὶ διώλετ' εἰπέ· τῷ τρόπῳ Δίκης

Vs. 1145. *F.* ἀνόνατα. — Vs. 1151. *Vulg.* ὀπαδὸν. — Vs. 1169. *Olim*, Πόσειδον, ὡς.

Deflebo perpetuis
Felicitatem lacrymis
Miserabilem. infelix ô
O mater, ut difficileis
Frustra tulisti
Partus labores!
Ira in Deos cor aestuat.
Nexu suavi copulatae Gratiae,
Quid patriis miserum istum,
Nullius admissi reum,
Mitti exulem sivistis oris?

SEM. Ecce comitem Hippolyti. videsne nubila
Vt fronte celeriter has petit recta domos?
NVN. Vbi Thesea inveniam, ô mulieres, principem
Telluris huius, quaeso, si scitis, mihi
Nunc indicate, regiisne in aedibus?
CHO. Extra domos nunc prodit ille in publicum.
NVN. Consideratione, Theseu, seria,
Dignumque curis nuncium adfero tuis;
Tibique, et his qui Atheniensium colunt
Vrbem; hisque qui Troezeniae extremos agros.
THE. Quid? casus has aliquis novus complectitur
Vrbes propinquas?
NVN. Hippolytus, ut brevibus hoc
Enunciem, haud est amplius, breve admodum
Tempus fuit, quo vidit auras luminis.
THE. A quo peremptus? Sensit hostiles manus,
Cuius paternos vi inquinaverat toros?
NVN. Proprii implicatus ille currus funibus,
Dirisque devotus tuo ore (illum pater
Tuus aequoris Neptunus arbiter quibus
Afflixit) infando miser periit modo.
THE. O Dii! ut meus vere es pater, maris
O domitor; execrationes audiens
Aure facili meas! Sed explica mihi
Quo perierit modo; machaera qua Deum

Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον αἰσχύναντά με;
ΑΓ. Ἡμεῖς μέν, ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας,
Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας,
Κλαίοντες· ἦλθε γάρ τις ἄγγελος λέγων, 1175
Ὡς οὐκ ἔτ' ἐν γῇ τῇδ' ἀναστρέψοι πόδα
Ἱππόλυτος, ἐκ σοῦ τλήμονας φυγὰς ἔχων.
Ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸ δακρύων φέρων μέλος
Ἡμῖν· ἐπ' ἀκταῖς μυρία δ' ὀπισθόπους
Φίλων ἅμ' ἔστειχ' ἡλίκων ὁμήγυρις. 1180
Χρόνῳ δὲ δή ποτ' εἶπ', ἀπαλλαχθεὶς γόων,
Τί ταῦτ' ἀλύω; πειστέον πατρὸς λόγοις,
Ἐντύνεθ' ἵππους ἅρμασι ζυγηφόρους,
Ἀμῶες· πόλις γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστιν ἥδε μοι.
Τοὐνθένδε μέντοι πᾶς ἀνὴρ ἠπείγετο· 1185
Καὶ, θᾶσσον ἢ λέγοι τις, ἐξηρτυμένας
Πώλους παρ' αὐτὸν δεσπότην ἐστήσαμεν·
Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος,
Αὐταῖσιν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσας πόδας·
Καὶ πρῶτα μέν θεοῖς εἶπ' ἀναπτύξας χέρας, 1190
Ζεῦ, μηκέτ' εἴην, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ·
Αἴσθοιτο δ' ἡμᾶς ὡς ἀτιμάζει πατὴρ,
Ἤτοι θανόντας, ἢ φάος δεδορκότας·
Κἀν τῷδ' ἐπῆγε κέντρον εἰς χεῖρας λαβὼν
Πώλοις· ὁμαρτῇ πρόσπολοι δ' ὑφ' ἅρματος 1195
Πέλας χαλινῶν εἱπόμεσθα δεσπότῃ,
Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίαν ὁδόν.
Ἐπεὶ δ' ἔρημον χῶρον εἰσεβάλλομεν,
Ἀκτή τις ἐστὶ τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς,
Πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικόν. 1200
Ἔνθέν τις ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς,
Βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν·

Vs. 1176. *Olim*, ἀναστρέφοι. — Vs. 1177. *Al.* τλήμονος. — Vs. 1178. *Vulg.* ταυτὸν. — Vs. 1179. *Vulg.* Ἡμῖν ἐπ' ἀκταῖς· — Vs. 1183. *Al.* Ἐντύναθ' ἵπ. — Vs. 1186. *Olim*, λέγει. — Vs. 1189. *F.* Αὐταῖς ἐν ἀρβ. — *Olim*, πόδα. — Vs. 1195. sic dist. *Markl.* — Vs. 1197. *Vulg.* κἀπιδαυρίας. — Vs. 1201. *Olim*, φωνὴ Διὸς.

Ille ultionis verberatus? qui toros
Non horruit contaminare patrios.
NVN. Pulsata raucis fluctibus prope littora,
Dum strigili equorum ferrea leves pilos
Lacrymis obortis, expolimus, (nuncius
Quippe aderat, Hippolyto negans his amplius
Terris manere esse integrum, indicta abs te ei
Miserabili exilii fuga) improvisus huc
Accedit, irrigansque fletibus genas
Profert eandem cantilenam, maxima
Stipante amicorum caterva aequalium.
Ac eiulatu temperans, tandem, inquit, ah
Quid ista defleo? obsequendum erit patri.
Subiungite famuli iugales curru equos,
Non amplius teretur haec meo urbs pede.
Idem ardor omneis, atque studium occupat.
Dictoque citius, domino equos adducimus.
Aptans at ille calceos pedi, e loco
Auriga ubi solet sedere, curruum
Manibus habenas expeditis corripit:
Primumque sidera ad ardua expandens manus,
O summe Iuppiter, ait, interam malus
Si deprehendar: Genitor oro intelligat,
Quibus immerentem me afficiat opprobriis,
Sive moriar, seu lucis auras hauriam.
Stimulisque mox pungens equos, velocibus
Fertur quadrigis, nosque famuli herum, rotas
Pone, comitamur hîc ubi patet via,
Quae recto ad Argos et Epidaurum tramite
Deducit. Vt deserta ventum est in loca, e
Regione terrae huiusce se littus aperit,
Pelagi quod undae verberant Saronici.
Inde sonus ex telluris abdito sinu,
Ceu vox Iovis, profectus, ingenti edidit
Fragore mugitum horridum, auditu horridum:
Tollunt caput, et ad aethera arrectis equi
Stant auribus. Iuvenilis etiam nos quatit

Ὀρθὸν δὲ κρᾶτ' ἔστησαν, οὗς τ' εἰς οὐρανὸν
Ἵπποι· παρ' ἡμῖν δ' ἦν φόβος νεανικὸς,
Πόθεν πότ' εἴη φθόγγος· εἰς δ' ἁλιῤῥόθους 1205
Ἀκτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν
Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον· ὥςτ' ἀφῃρέθη
Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾶν·
Ἔκρυπτε δ' Ἰσθμὸν, καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ·
Κἄπειτ' ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν 1210
Πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι,
Χωρεῖ πρὸς ἀκτὰς, οὗ τέθριππος ἦν ὄχος.
Αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι, καὶ τρικυμίᾳ,
Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας.
Οὗ πᾶσα μὲν χθὼν, φθέγματος πληρουμένη, 1215
Φρικῶδες ἀντεφθέγγετ'· εἰσορῶσι δὲ,
Κρεῖσσον θέαμα δεργμάτων ἐφαίνετο.
Εὐθὺς δὲ πώλοις δεινὸς ἐμπίπτει φόβος·
Καὶ δεσπότης μὲν, ἱππικοῖς ἐν ἤθεσι
Πολὺς ξυνοικῶν, ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν, 1220
Ἕλκει δὲ, κώπην ὥςτε ναυβάτης ἀνὴρ,
Ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας·
Αἱ δ', ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γναθμοῖς,
Βίᾳ φέρουσιν, οὔτε ναυκλήρου χερὸς,
Οὔθ' ἱπποδέσμων, οὔτε κολλητῶν ὄχων 1225
Μεταστρέφουσαι· κεἰ μὲν ἐς τὰ μαλθακὰ
Γαίας ἔχων οἴακας ἰθύνοι δρόμον,
Προὐφαίνετ' εἰς τοὔμπροσθεν, ὥςτ' ἀναστρέφειν
Ταῦρος φόβῳ τέτρωρον ἐκμαίνων ὄχον.
Εἰ δ' εἰς πέτρας φέροιντο μαργῶσαι φρένας, 1230
Σιγῇ πελάζων, ἄντυγι ξυνείπετο
Εἰς τοῦθ', ἕως ἔσφηλε, κἀνεχαίτισεν,
Ἀψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος.

Vs. 1203. Ὀρθόν τε. — Vs. 1214. *Al.* Αἰγαῖον *vel* Αἰγαίου τέρας. — Vs. 1216. *Al.* ἀντεφθέγξατ'. — Vs. 1217. *Forte leg.* Κ. θ. δειμάτων. — Vs. 1219. *F.* ἱππικοῖσιν ἤθεσιν. — Vs. 1223. *Vulg.* γνάθοις. — Vs. 1226. *Vulg.* εἰς. — Vs. 1227. *Al.* οἴηκας εὐθύνοι.

Metus, unde vox prodiret. Ast undosa dum
Metimur oculis littora, ecce maximus
In astra fluctus surgit ex imis vadis,
Iam saxaque eripit oculis Scironia,
Bimaremque condit Isthmum, et Aesculapii
Praerupta montis transilit cacumina:
Fervetque, spumasque intumescens albidas
Circum excitat; fremituque cum maris gravi
Fruticosa plangit littora, hic attonitae ubi
Stabant quadrigae. nec mora, e fundo intimo,
Decima eruta impetu procella turbido
Extrudit immanem, tetrum monstrum ac fremens,
Patulo ore Phocam, cuius impleta omnis est
Tellus boatu, rupibus passim horridum
Resonantibus. Vincebat hoc spectaculum,
Quod ullius fuisset unquam hominum oculis
Obiectum. Equorum deinde pulsans intima
Praecordia pavor haurit. interimque herus
Magnopere equestris gnarus artis, dextera
Arripit habenas. utque remos navitae,
Loris trahit, agile corpus inflectens retro.
Rigidosque mordentes equi indomiti lupos
Violenter effunduntur, immemores manus
Tandem magistri, et funium retinentium;
Et, quos trahebant, curruum. atque forte si
Per plana stimulus incitabat aequora,
Sese obvium ferebat, ut retrogredi
Compelleret turpi ore Phoca equos
Trepidante perculsos pavore. Si petras
Versus ruebant illi, acutisque scopulis
Loca horrida furore inciti, accedens statim
Tacite assiduus axes sequebatur comes,
Donec, rotam allidens rigentibus petris,
Currus ferox resupinat. omnia perdita
Tum cerneres. iacebat excussis rotis
Fracta minutim fistula, ac clavi axium.
Atque ille nexis involutus funibus,

Σύμφυρτα δ' ἦν ἅπαντα· σύριγγές τ' ἄνω
Τροχῶν ἐπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα. 1235
Δεσμὸν δυσεξήνυτον ἕλκεται δεθείς.
Σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα,
Θραύων δὲ σάρκας, δεινὰ δ' ἐξαυδῶν κλύειν.
Στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι, 1240
Μή μ' ἐξαλείψητ'· ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά.
Τίς ἄνδρ' ἄριστον βούλεται σῶσαι παρών;
Πολλοὶ δὲ βουληθέντες ὑστέρῳ ποδὶ
Ἐλειπόμεσθα· χ' ᾧ μέν, ἐκ δεσμῶν λυθεὶς
Τμητῶν ἱμάντων, οὐ κάτοιδ' ὅτῳ τρόπῳ 1245
Πίπτει, βραχὺν δὴ βίοτον ἐμπνέων ἔτι.
Ἵπποι δ' ἔκρυφθεν, καὶ τὸ δύστηνον τέρας
Ταύρου, λεπαίας οὐ κάτοιδ' ὅπου χθονός.
Δοῦλος μὲν οὖν ἔγωγε σῶν δόμων, ἄναξ,
Ἀτὰρ τοσοῦτόν γ' οὐ δυνήσομαί ποτε 1250
Τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ' ὅπως ἐστὶν κακὸς,
Οὐδ' εἰ γυναικῶν πᾶν κρεμασθείη γένος,
Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις
Πεύκην, ἐπεί νιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.
ΧΟ. Αἴ· αἴ· κέκρανται συμφοραὶ νέων κακῶν· 1255
Οὐδ' ἔστι μοίρας τοῦ χρεὼν τ' ἀπαλλαγή.
ΘΗ. Μίσει μὲν ἀνδρὸς τοῦ πεπονθότος τάδε,
Λόγοισιν ἥσθην τοῖσδε· νῦν δ' αἰδούμενος
Θεούς τ', ἐκεῖνόν θ', οὕνεκ' ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ,
Οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἐπάχθομαι κακοῖς. 1260
ΑΓ. Πῶς οὖν; κομίζειν ἢ τί χρὴ τὸν ἄθλιον
Δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί;
Φρόντιζ'· ἐμοῖς δὲ χρώμενος βουλεύμασιν,
Οὐκ ὠμὸς εἰς σὸν παῖδα δυστυχοῦντ' ἔσῃ.

Vs. 1235. *Olim*, ἐπεπήδων. — Vs. 1237. *F.* δυσεξήνυστον *Heath.* — Vs. 1238. *Al.* πέτραις. — Vs. 1241. *F.* Μή μ' ἐξαλείψης ὦ π. τ. ἀ. — Vs. 1246. *Olim*, βραχὺν βίοτον. — Vs. 1247. *Vulg.* δύστηνον κάρα. — Vs. 1250. *Vulg.* τοσοῦτον οὐ. — Vs. 1254. *Vulg.* ἐπεί μιν. — Vs. 1258. *F.* τοῖσδ'· ὅμως δ'. — Vs. 1259. *Al.* Θεοὺς, ἐκεῖν. — Vs. 1260. *Olim*, ἀπέχθομαι. — Vs. 1261. *sic dist. Markland.*

Et inexplicabili ligatus vinculo
Raptatur; illisusque duris antea
Saxis caput, cruenta membra aegre movens,
Exclamat horribili sono: State ô meis
Praesepibus nutriti equi, ne perditum
Vestrum magistrum eatis. ô ter et quater
Misera execratio patris! quis? quisnam adest
Servare qui volet virum plane optimum?
Multi volunt, tardoque deserimur pede.
At ille, sectis exsolutus vinculis,
Haud sat quidem scio quo modo, tandem cadit.
Mora exigua adhuc temporis producere
Vitam videtur posse. veloces equi,
Phocaeque deformis tetrum pariter caput
Prope scopulos evanuere rupium.
Servus tuarum, Rex, ego quidem sum aedium,
Nunquam tamen mihi imperare potero uti
Gnatum esse perversae indolis credam tuum:
Ne si omne prorsus feminarum nunc genus
Suspendio aboleatur, atque litteris
Idae impleatur omnibus pinus locis;
Probum esse eum plane mihi persuadeo.

CHO. Recentium eheu nunc malorum calamitas
Impleta pondere haud levi premit, neque
Fati tam acerbi ullum uspiam effugium patet.

THE. Odio eius, haec qui passus est, flagrans viri
Verbis voluptate recreatus sum tuis:
At nunc Deos, et eum, quod ex me natus est,
Reveritus, his neque gaudeo, neque angor malis.

NVN. Quo ferri eum cupis modo, fieri ne quid
A me misero huic postulas, quod sit animo
Gratum tuo, hoc expende. verum auctore me
Crudelis in miserum hunc tuum esse desines.

ΘΗ. Κομίζετ' αὐτὸν, ὡς, ἰδὼν ἐν ὄμμασι 1265
Τὸν τἄμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη,
Λόγοις ἐλέγξω, δαιμόνων τε συμφοραῖς.

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΧΟ. Σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα
Καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι, σὺν δ'
Ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν 1270
Ὠκυτάτῳ πτερῷ·
Ποτᾶται δ' ἐπὶ γαῖαν, εὐάχητόν θ'
Ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον.
Θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ
Πτανὸς ἐφορμάσει 1275
Χρυσοφαὴς, φύσιν
Ὀρεσκόων σκυλάκων,
Πελαγίων θ', ὅσα τε γᾶ τρέφει,
Τὰν ἅλιος αἰθομέναν δέρκεται,
Ἄνδρας τε· συμπάντων δὲ 1280
Βασιληΐδα τιμὰν, Κύπρι,
Τῶνδε μόνα κρατύνεις.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

ΑΡ. Σὲ τὸν εὐπατρίδαν Αἰγέως κέλομαι
Παῖδ' ἐπακοῦσαι·
Λητοῦς δὲ κόρη σ' Ἄρτεμις αὐδῶ, 1285
Θησεῦ, τί τάλας τοῖσδε συνήδῃ,
Παῖδ' οὐχ ὁσίως σὸν ἀποκτείνας,
Ψευδέσι μύθοις ἀλόχου πεισθεὶς
Ἀφανῆ; φανερὰν δ' ἔσχες ἄταν.
Πῶς δ' οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις 1290

Vs. 1274. *Al.* μαινομέναν κραδίαν. — Vs. 1275. *Al.* ἐφορμάσῃ. — Vs. 1278. *Vulg.* αἰθόμενος. — Vs. 1285. *Vulg.* αὐδᾷ. — Vs. 1286. *F.* σύγ' ἤδῃ. — Vs. 1289. *F.* φανερὰν δ' ἔχες ἄταν. — Vs. 1290. *Vulg.* Πῶς οὐχ.

THE. Huc baiulate; coram ut intuear eum,
Foedasse lectos qui negavit se meos:
Sermone convincetur, et re ipsa illico.

CHO. At tu Deorum rigidas,
Hominumque mentes
Sub imperium agens
Venus tuum volucri
Comitata puero,
Qui variis circundatus alis,
Qui, praepetibus ventis ocyor,
Terras supra volitat,
Salsique maris sollicitus aquas
Mulcet amor: furiosa hunc
Quem pennigeras quatiens alas
Mente invadit:
Rutilo clarior auro,
Altorum dominatur catulis
Per iuga montium,
Et quos vitreis occulunt
Vndosi fluctus vadis:
Omneis denique quos terra educat,
Et quos summi e vertice Phoebus
Cernit Olympi:
His omnibus dominaris
Honore culta regio Venus.

DIA. Generosum te iubeo
Audire semen Aegei
Prognata Latona Diana,
Te voce compello mea.
Theseu quae mentem tangit tuam
Miser Voluptas?
Persuasus verbis mendacibus,
Et nixus incerta fide uxoris
Haud iure filium necasti:
Cuius nunc facti manifestum

Δέμας αἰσχυνθείς;
Ἢ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον,
Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις;
Ὡς ἔν τ' ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οὔ σοι
Κτητὸν βιότου μέρος ἐστίν. 1295

ΙΑΜΒΟΙ.

Ἄκουε, Θησεῦ, σῶν κακῶν κατάστασιν·
Καίτοι προκόψω γ' οὐδέν, ἀλγυνῶ δέ σε.
Ἀλλ' εἰς τόδ' ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα
Τοῦ σοῦ δικαίαν, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ,
Καὶ σῆς γυναικὸς οἶστρον, ἢ τρόπον τινὰ 1300
Γενναιότητα· τῆς γὰρ ἐχθίστης θεῶν
Ἡμῖν, ὅσαισι παρθένειος ἡδονὴ,
Δηχθεῖσα κέντροις παιδὸς ἠράσθη σέθεν.
Γνώμῃ δὲ νικᾷν τὴν Κύπριν πειρωμένη,
Τροφοῦ διώλετ' οὐχ ἑκοῦσα μηχαναῖς· 1305
Ἡ σῷ δι' ὅρκων παιδὶ σημαίνει νόσον.
Ὁ δ', ὥσπερ ἦν δίκαιον, οὐκ ἐφέσπετο
Λόγοισιν· οὐδ' αὖ, πρὸς σέθεν κακούμενος,
Ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς·
Ἡ δ', εἰς ἔλεγχον μὴ πέσῃ φοβουμένη, 1310
Ψευδεῖς γραφὰς ἔγραψε, καὶ διώλεσε
Δόλοισι σὸν παῖδ'· ἀλλ' ὅμως ἔπεισέ σε.

ΘΗ. Οἴμοι.

ΑΡ. Δάκνει σε, Θησεῦ, μῦθος, ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος,
Τοὐνθένδ' ἀκούσας, ὡς ἂν οἰμώξῃς πλέον.

Vs. 1292. *F.* πτηνόν. — Vs. 1294. *F.* ἔν γ' *Musgrave.* — Vs. 1299. *Vulg.* θάνοι. — Vs. 1300. *Al.* τινὰ τρόπον. — Vs. 1303. *F.* Πληγεῖσα κέντροις. — Vs. 1307. *Al.* ἐφείπετο. — Vs. 1211. *Al.* ἔτευξε. — Vs. 1314. *Vulg.* οἰμώξῃ.

Damnum tibi imminet,
Cur atri sub Tartara Ditis
Corpus pudore non recondis?
Aut coeli sub nubila transferens
Odiosam vitam extra omne pedem
Retrahis damnum?
Nulla tibi posthac integros
Apud bonosque vitae
Aperta pars erit tuae.

Audi ista, Theseu: quis tuae vitae status
Nunc sit, quibus verseris in malis miser,
Tibi explicabo, etsi nihil profecero,
Dicam tamen: te quod male uret, atque ea
Huc gratia me contuli, animum filii hinc
Ostenderem ut castum tui, utque gloria
Septus bona occubuerit, illinc coniugis
Tuae furorem, sive magnitudinem
Animi aliquo vocare mavelis modo.
Namque illius, odiosa quae mihi maxime, et
Aliis pudicitiae quibus cordi est decus,
Morsa stimulis Deae, satum ex te filium
Amavit, ac ratione amorem vincere
Dum nititur, nutricis arte non volens
Succubuit: aegritudinis caussam suae
Iurata postquam filio detexerat.
Sed ille, iusti ut cultor, impias preces
Non est secutus, neque, tam iniquis a patre
Habitus modis, violare iurati fidem
Induxit in animum, indole iuvenis bona.
Verum ista, ne huius proderetur veritas
Metuens scelesti criminis, falsas statim
Commenta tabulas scripsit, ac miserum dolis
Peremit, effecitque veram ut crederes.

THE. Hei hei mihi!

DIA. Hic sermo, Theseu, te urit; expecta, magis
Te punget ille, quem audies, et fletibus

Ἆρ᾽ οἶσθα πατρὸς τρεῖς ἀρὰς σαφεῖς ἔχων, 1315
Ὧν τὴν μίαν παρεῖλες, ὦ κάκιστε σύ,
Εἰς παῖδα τὸν σόν, ἐξὸν εἰς ἐχθρόν τινα.
Πατὴρ μὲν οὖν σοι πόντιος φρονῶν καλῶς
Ἔδωχ᾽ ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσεν.
Σὺ δ᾽ ἔν τ᾽ ἐκείνῳ κἀν ἐμοὶ φαίνῃ κακὸς, 1320
Ὃς οὔτε πίστιν, οὔτε μάντεων ὄπα
Ἔμεινας, οὐδ᾽ ἤλεγξας, οὐ χρόνῳ μακρῷ
Σκέψιν γ᾽ ἔνειμας, ἀλλὰ θᾶσσον ἢ σ᾽ ἐχρῆν
Ἀρὰς ἀφῆκας παιδὶ, καὶ κατέκτανες.

ΘΗ. Δέσποιν᾽, ὀλοίμην. Α. Δεῖν᾽ ἔπραξας· ἀλλ᾽ ὅμως 1325
Ἔτ᾽ ἐστὶ καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.
Κύπρις γὰρ ἤθελ᾽ ὥστε γίγνεσθαι τάδε,
Πληροῦσα θυμόν· θεοῖσι δ᾽ ὧδ᾽ ἔχει νόμος,
Οὐδεὶς ἀπαντᾷν βούλεται προθυμίᾳ
Τῇ τοῦ θέλοντος, ἀλλ᾽ ἀφιστάμεσθ᾽ ἀεί. 1330
Ἐπεὶ, σάφ᾽ ἴσθι, Ζῆνα μὴ φοβουμένη
Οὐκ ἄν ποτ᾽ ἦλθον εἰς τόδ᾽ αἰσχύνης ἐγὼ,
Ὥστ᾽ ἄνδρα πάντων φίλτατον βροτῶν ἐμοὶ
Θανεῖν ἐᾶσαι· τὴν δὲ σὴν ἁμαρτίαν
Τὸ μὴ εἰδέναι μὲν πρῶτον ἐκλύει κάκης· 1335
Ἔπειτα δ᾽ ἡ θανοῦσ᾽ ἀνάλωσεν γυνὴ
Λόγων ἐλέγχους, ὥστε σὴν πεῖσαι φρένα.
Μάλιστα μὲν νῦν σοι τάδ᾽ ἔρρωγεν κακὰ,
Λύπη δὲ κἀμοί· τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ
Θνήσκοντας οὐ χαίρουσι· τούς γε μὴν κακοὺς 1340
Αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

ΧΟ. Καὶ μὴν ὁ τάλας ὅδε δὴ στείχει
Σάρκας νεαρὰς

Vs. 1322. *Al.* οὐκ ἤλεγξας, οὐ μακρῷ χρόνῳ. — Vs. 1323. *Var. Lect.* Σκέψιν παρέσχες. — Vs. 1325. *Olim*, ὀλοίμαν. — Vs. 1326. *Al.* Ἔνεστι — συγγώμην ἔχειν. — Vs. 1327. *Al.* τόδε. — Vs. 1333. *Olim*, φίλτατόν (γ᾽) ἐμοὶ βροτῶν. — Vs. 1336. *Olim*, Ἔπειτά γ᾽ ἡ. — Vs. 1338. *Vulg. M.* νῦν σοί που.

Caussam dabit gravioribus. Ternas tibi
Pater optiones tribuit, harum in filium
Iaculatus unam, ô hostis in caput foret
Translata, quod tui arbitrii erat. Quam pater
Dederat, ut aequum postulabat, praestitit
Neptunus integram fidem, tibi favens.
In me, atque in illum non es officio viri
Functus probi, qui nec fidem, responsa nec
Vatum moratus, nec bene expensa rei
Perplexitate, nec, vel exiguum morae
Spatium ampliori destinans indagini,
Haec execrationum in illum spicula
Torquere non es veritus, atque id citius ac
Patrem decebat, luce eum orbasti aetheris.

THE. Perii ô Domina.

DIA. Patrasti atrox quidem scelus,
Necdum tamen praeclusa ianua veniae est.
Ista Veneris fuere gesta numine,
Irae feroces dum suae explet impetus.
Nam coelites Lex inter haec Deos viget,
Nullius occurramus ut cupidini,
Suoque quemque sinamus arbitrio frui.
Nisi Iovis hîc coërcuisset me timor,
Prolapsa in hoc nunquam fuissem dedecus,
Virum ut animo omnium meo carissimum
Tam flebili sinerem perire funere.
Errata sed primum tua ignorantia
A malitia excusat: dein coniux tua
Quod fraudulenter haec tibi persuaserit,
Propria expiavit morte commissum nefas.
Mala universa in te sed unum confluunt:
Et me ferit dolor. neque pios diis mori
Gratum. mali cum prole subruimus domum.

CHO. Infelix huc en procedit,
Corpusque iuvenile
Flavumque capillitio verticem

Ξανθόν τε κάρα διαλυμανθείς.
Ὦ πόνος οἴκων· οἷον ἐκράνθη 1345
Δίδυμον μελάθροις
Πένθος θεόθεν καταληπτόν.
ΙΠΠ. Αἶ· αἶ· αἶ· αἶ·
Δύστηνος ἐγὼ πατρὸς ἐξ ἀδίκου
Χρησμοῖς ἀδίκοις διελυμάνθην. 1350
Ἀπόλωλα τάλας· οἴμοι· οἴμοι·
Διά μου κεφαλᾶς ᾄσσουσ' ὀδύναι,
Κατὰ δ' ἐγκέφαλον πηδᾷ σφάκελος.
Σχές, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω· (Ἔ ἔ.)
Ὦ στυγνὸν ὄχημ' ἵππειον, ἐμῆς 1355
Βόσκημα χερός,
Διά μ' ἔφθειρας, κατὰ δ' ἔκτεινας.
Φεῦ· φεῦ· πρὸς θεῶν, ἀτρέμας, δμῶες,
Χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε χεροῖν.
Τίς ἐφέστηκ' ἐνδέξια πλευροῖς; 1360
Πρόσφορά μ' αἴρετε· σύντονα δ' ἕλκετε
Τὸν κακοδαίμονα, καὶ κατάρατον
Πατρὸς ἀμπλακίαις. Ζεῦ, Ζεῦ, τάδ' ὁρᾷς;
Ὅδ' ὁ σεμνὸς ἐγώ, καὶ θεοσέπτωρ,
Ὅδ' ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερέχων, 1365
Προὔπτον ἐς ἀΐδαν στείχω, κατάκρας
Ὀλέσας βίοτον· Μόχθους δ' ἄλλως
Τῆς εὐσεβίας
Εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα.

Vs. 1345. *Olim*, οἶος. — Vs. 1352. *Vulg.* ἀΐσσουσ' ὀδ. — Vs. 1353. *Olim*, Κατά γ' ἐγκ. — Vs. 1357. *Vulg.* κατά τ' ἔκτ. — Vs. 1360. *Vulg.* Τίς ἐφέστηκεν δεξιά. — Vs. 1363. *Vulg.* ἀμπλακία. — Vs. 1365. *F.* ὑπερσχὼν. — Vs. 1366. *Vulg.* ᾅδην· — *Al.* στείχω κατὰ γᾶς. — Vs. 1368. *Vulg.* εὐσεβείας.

Foedis laceratus modis.
O familiam hanc qualis
Nunc calamitas premit!
Geminus domos infestat
Miserabiles luctus! ita
Divis visum superis.

HIP. Heu, heu, heu;
Heu me miserum, ut patris ex
Impii iniquis periis votis!
Interii miser, hei mihi ter, quater.
O caput, ô quam saevis
Exagitare doloribus!
Cerebri loculos peredit sphacelus:
Cohibe te lassata ut reddam
Membra quieti.
Sceleratum equorum eheu iugum,
Quos dextera mea educavi,
Cur perdidistis miserum?
Cur enecastis?
Hei famuli placidis rogo manibus
Contingite ulcerati corporis
Infirma membra.
Quis dexteram lateri applicat?
Tollite placide, aequali trahite
Nixu infelicem, devotum
Diris erroris patris.
Iuppiter haec, ô Iuppiter, aspicis?
Siccine casti Hippolytus pectoris,
Fidusque cultor coelitum,
Aliosque mortaleis amabili
Modestia antecellens,
Imas praeceps tendo sub umbras?
Siccine prorsus ab ipsa, vita,
Stirpe reciditur?
Frustrane omnis coeptus
Pro pietate mihi labor
Homines inter?

Αἶ· αἶ· αἶ· αἶ· 1370
Καὶ νῦν ὀδύνα μ', ὀδύνα βαίνει.
Μέθετέ με τάλαινα,
Καί μοι θάνατος παιὰν ἔλθοι.
Προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε τὸν δυσδαί-
μον'· ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι 1375
Διαμοιράσαι,
Διά τ' εὐνάσαι τὸν ἐμὸν βίοτον.
Ὦ πατρὸς ἐμοῦ δύστανος ἀρά,
Μιαιφόνων τε συγγόνων,
Παλαιῶν προγεννητόρων 1380
Ἐξορίζεται κακὸν, οὐδὲ μέλλει·
Ἐμολέ τ' ἐπ' ἐμέ, τί ποτε τὸν οὐδὲν
Ὄντ' ἐπαίτιον κακῶν;
Ἰώ μοι μοι· τί φῶ;
Πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν 1385
Ἐμὰν τοῦδ' ἀναλγήτου πάθους;
Εἴθε με κοιμάσειε τὸν δυσδαίμονα
Ἅιδου μέλαινα, νύκτερός τ' ἀνάγκα.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΑΡ. Ὦ τλῆμον, οἵᾳ συμφορᾷ συνεζύγης;
Τόδ' εὐγενές σε τῶν φρενῶν διώλεσεν. 1390
ΙΠΠ. (Ἔα) Ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
Ὧν ᾐσθόμην σου, κἀνεκουφίσθην δέμας.
Ἔστ' ἐν τόποισι τοῖσδέ γ' Ἄρτεμις θεά.
ΑΡ. Ὦ τλῆμον, ἔστι· σοί γε φιλτάτη θεῶν.
ΙΠΠ. Ὁρᾷς με, δεσποιν', ὡς ἔχω, τὸν ἄθλιον; 1395

Vs. 1375. *F.* μονά μ'· ἀμφ. *Markl.* — Vs. 1378. *Vulg.* δύστηνος. — Vs. 1379, 80. transpon. *Heath. et Reiske.* — Vs. 1385. *Vulg.* Πῶς δ' ἄπ. — Vs. 1389. *Vulg.* προσεζύγης. — Vs. 1393. *Var. Lect.* δόμοισι.

Hei, hei, hei, hei.
Rursus me repetit dolor.
Linquite miserum.
Hymni mors mihi nunc adsit loco.
Perdite, perdite
Infaustae sortis virum.
Vt laesum confodiam corpus
Huiusque auras lucis deseram,
Ancipitem mihi porrigite hastam.
Parentis ô misera execratio.
Quaecumque cognatum genus,
Quaecumque progenitores
Contaminarunt scelera,
Hîc terminari video;
Illorum in me poena redundat:
Iam celeri approperat pede,
Me spectat, qui sum illorum tamen
Scelerum purus et integer.
Hei mihi quid nunc eloquar?
Heu urgeor doloribus,
Qui magnitudine omnem
Sensum obruunt.
Vitam ex iis quonam modo
Miseram eximam?
Vtinam dura lege necessitas
Me noctis obscura
Nunc obruat caligine!

DIA. O sortis infelicis, eheu quam grave
Te calamitatis opprimit miserae iugum!
Animi tui te perdidit generositas.
HIP. Divini odoris ô suavis halitus!
Malis licet iaceam implicatus asperis,
Sensi tamen te, aegrumque saliit cor mihi.
Diana in his, Diana in his est aedibus.
DIA. Adest, miser, amantissima hîc tui Dea.
HIP. Videsne Domina quo in statu res sint meae?

ΑΡ. Ὁρῶ· κατ᾽ ὄσσων δ᾽ οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ.
ΙΠΠ. Οὐκ ἔστι σοι κυναγὸς, οὐδ᾽ ὑπηρέτης.
ΑΡ. Οὐ δῆτ᾽· ἀτάρ μοι προσφιλής γ᾽ ἀπόλλυσαι.
ΙΠΠ. Οὐδ᾽ ἱπποκόμας, οὐδ᾽ ἀγαλμάτων φύλαξ.
ΑΡ. Κύπρις γὰρ ἡ πανοῦργος ὧδ᾽ ἐμήσατο. 1400
ΙΠΠ. Οἴμοι· φρονῶ δὴ δαίμον᾽, ἥ μ᾽ ἀπώλεσε.
ΑΡ. Τιμῆς ἐμέμφθη, σωφρονοῦντι δ᾽ ἤχθετο.
ΙΠΠ. Τρεῖς ὄντας ἡμᾶς, ὤλεσ᾽, ᾔσθημαι, Κύπρις.
ΑΡ. Πατέρα τε, καὶ σέ, καὶ τρίτην ξυνάορον.
ΙΠΠ. Ὤιμωξα τοίνυν καὶ πατρὸς δυσπραξίας. 1405
ΑΡ. Ἐξηπατήθη δαίμονος βουλεύμασιν.
ΙΠΠ. Ὦ δυστάλας σὺ τῆσδε συμφορᾶς πάτερ.
ΘΗ. Ὄλωλα, τέκνον· οὐδέ μοι χάρις βίου.
ΙΠΠ. Στένω σὲ μᾶλλον, ἢ 'μὲ, τῆς ἁμαρτίας.
ΘΗ. Εἰ γὰρ γενοίμην, τέκνον, ἀντὶ σοῦ νεκρός. 1410
ΙΠΠ. Ὦ δῶρα πατρὸς σοῦ Ποσειδῶνος πικρά.
ΘΗ. Ὡς μή ποτ᾽ ἐλθεῖν ὤφελ᾽ εἰς τοὐμὸν στόμα.
ΙΠΠ. Τί δ᾽; ἔκτανές τ᾽ ἄν μ᾽, ὡς τότ᾽ ἦσθ᾽ ὠργισμένος.
ΘΗ. Δόξης γὰρ ἦμεν πρὸς θεῶν ἐσφαλμένοι.
ΙΠΠ. (Φεῦ.) Εἴθ᾽ ἦν ἀραῖον δαίμοσι βροτῶν γένος. 1415
ΑΡ. Ἔασον· οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφον
Θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος ἐκ προθυμίας
Ὀργαὶ κατασκήπτουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας,
Σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν.
Ἐγὼ γὰρ αὐτῆς ἄλλον ἐξ ἐμῆς χερὸς, 1420
Ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν,
Τόξοις ἀφύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι.
Σοὶ δ᾽, ὦ ταλαίπωρ᾽, ἀντὶ τῶνδε τῶν κακῶν,
Τιμὰς μεγίστας ἐν πόλει Τροιζηνίᾳ
Δώσω· κόραι γὰρ ἄζυγες γάμων πάρος 1425
Κόμας κεροῦνται σοὶ δι᾽ αἰῶνος μακροῦ,
Πένθη μέγιστα δακρύων καρπούμεναι.

Vs. 1398. *Var. Lect.* ἀτάρ τοι δύσποτμός γ᾽ ἀπ. — Vs. 1403. *Var. Lect.* ὤλεσεν Κύπρις μία. *F.* ὤλεσ᾽, ᾔσθημαι, μία. — Vs. 1410. *Vulg.* γενοίμαν. — Vs. 1413. *F.* ἔκτανές γ᾽ ἄν. — Vs. 1414. *F.* Εἶτ᾽ ἦν — γένος; — Vs. 1418. *Al.* κατασκήψουσιν. — Vs. 1421. *Olim*, κυροῖ. — Vs. 1427. *F.* καρπουμένῳ.

DIA. Video, genis manare lacrymas fas negat.
HIP. Venator haud, nec servus amplius est tuus.
DIA. Non amplius; sed mors tibi nunc imminet.
HIP. Neque domitor equorum, aut statuae custos tuae.
DIA. Haec machinata Venus dolosis artibus.
HIP. Hei hei Deam hîc agnosco quae me perdidit.
DIA. Irata nullis se abs te honoribus coli,
Vitamque castimonia claram oderat.
HIP. Vt video tres infesta perdidit Venus.
DIA. Teque, et parentem, tertiamque coniugem.
HIP. Deploro miserum patris infortunium.
DIA. Deae voluntate ille deceptus fuit.
HIP. Miserabilis fortuna te afflixit, pater.
THE. Gnate perii. mihi morte vita acerbior.
HIP. Erratum ob hoc tuum, haud meam doleo vicem.
THE. Mors ô mihi subeunda pro te utinam foret!
HIP. O dona Neptuni parentis noxia!
THE. Nunquam illa nostro si excidisset ore vox!
HIP. Aeque necasses impetu irae concitus.
THE. Mentem Dei rectam eripuerant coelites.
HIP. Hei quae in homines Divum execratio irruit!
DIA. Cessa, sat est. haud Veneris in te iniuriae
Caliginosa nocte condentur, odio
Pietatis, et recti excitata pectoris,
Crudelitatem in te ita feram quae exercuit.
Vlciscar haec, quemdamque qui carissimus
Inter homines ei est, manu occidam mea,
Arcus inevitabili ictum spiculo.
At te vicissim pro his, miser, tantis malis
Troezeniae rependam honores inclytos
Per civitatis omnia loca. Virgines
Castae aureos, per spatia longa temporum,
Tonso tibi ponent capillos vertice:
Fluidisque testabuntur ingentem genis
Moestae dolorem. cantilenis Musicis

Ἀεὶ δὲ μουσοποιὸς εἰς σὲ παρθένων
Ἔσται μέριμνα, κοὐκ ἀνώνυμος πεσὼν
Ἔρως ὁ Φαίδρας εἰς σὲ σιγηθήσεται. 1430
Σὺ δ', ὦ γεραιοῦ τέκνον Αἰγέως, λάβε
Σὸν παῖδ' ἐν ἀγκάλῃσι, καὶ προσέλκυσαι.
Ἄκων γὰρ ὤλεσάς νιν· „ἀνθρώποισι δὲ,
„Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.
Καὶ σοὶ παραινῶ πατέρα μὴ στυγεῖν σεθεν, 1435
Ἱππόλυτ'· ἔχεις γὰρ μοῖραν, ᾗ διεφθάρης.
Καὶ χαῖρ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾶν,
Οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.
Ὁρῶ δέ σ' ἤδη τοῦδε πλησίον κακοῦ.

ΙΠΠ. Χαίρουσα καὶ σὺ στεῖχε, παρθέν' ὀλβία. 1440
Μακρὰν δὲ λείποις ῥᾳδίως ὁμιλίαν.
Λύω δὲ νεῖκος πατρὶ, χρῃζούσης σέθεν·
Καὶ γὰρ πάροιθε σοῖς ἐπειθόμην λόγοις.
Αἴ· αἴ· κατ' ὄσσων κιχάνει μ' ἤδη σκότος.
Λαβοῦ πάτερ μου, καὶ κατόρθωσον δέμας. 1445

ΘΗ. Ὤμοι τέκνον· τί δρᾷς με τὸν δυσδαίμονα;

ΙΠΠ. Ὄλωλα· καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας.

ΘΗ. Ἦ τὴν ἐμὴν ἄναγνον ἐκλιπὼν φρένα;

ΙΠΠ. Οὐ δῆτ', ἐπεί σε τοῦδ' ἐλευθερῶ φόνου.

ΘΗ. Τί φῄς; ἀφίης αἵματός μ' ἐλεύθερον; 1450

ΙΠΠ. Τὴν τοξόδαμνον Ἄρτεμιν μαρτύρομαι.

ΘΗ. Ὦ φίλταθ', ὡς γενναῖος ἐκφαίνῃ πατρί;

ΙΠΠ. Ὦ χαῖρε καὶ σὺ, χαῖρε πολλά μοι, πάτερ.

ΘΗ. Ὤμοι φρενὸς σῆς εὐσεβοῦς τε, κἀγαθῆς.

ΙΠΠ. Τοιῶνδε παίδων γνησίων εὔχου τυχεῖν. 1455

ΘΗ. Μὴ νῦν προδῷς με, τέκνον, ἀλλὰ καρτέρει.

ΙΠΠ. Κεκαρτέρηται τἄμ'· ὄλωλα γὰρ, πάτερ.
Κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις.

Vs. 1439. *F. vers. est spurius.* — Vs. 1441. *F.* Μιαρὰν *Al.* λείπεις. — Vs. 1442. *Al.* Λύσω. — Vs. 1450. *Al.* ἀφήσεις. — Vs. 1454. *Al.* εὐγενοῦς.

Te semper innuptae lubentes ac tuos
Luctus puellae personabunt. gloria
Post fata te comitabitur non infima.
Phaedrae in te amor silentio tegetur. At
Senis Aegei proles tuum tu filium
Complectere ulnis, ad te eumque iam attrahe.
Invitus illum perdidisti. Sic tulit
Divum voluntas, et „Diis statuentibus
„Mirum nihil homines in errorem trahi.
At te hortor, ut ne patrem odio vexes tuum.
Ad mortem agunt Hippolyte nunc tua fata te:
Vale, neque enim mihi intueri mortuos
Fas est, neque morientis extremo halitu
Pollui oculos. te video vicinum huic malo.

HIP. Vale tu vicissim, ac valde felicissima
Inter Deas ô virgo, consuetudinis
Diuturnae amicum quae facile ita deseris.
Te postulante noxia absoluo patrem.
Iussis, ut ante, parui semper tuis.
Eheu, subit oculos meos caligo. nunc
Pater apprehende, corpus erigens meum.

THE. Fili, heu, quid aggrediar hominum miserrimus?

HIP. Perii, inferorum iam nigras cerno fores.

THE. Abibis, et mortis relinques me tuae
Culpa gravatum?

HIP. Neutiquam. at piaculo
Te caedis huius liberum pronuncio.

THE. Quid? liberum hac a caede me pronuncias?

HIP. Arcu potens mihi testis horum sit Dea.

THE. Carissime, ut generosa es in patrem indole.

HIP. Vale tu quoque mihi, mi pater, longum vale.

THE. Heu mentis egregiam bonae indolem, et piae!

HIP. Precare, genuinae Deos eiusmodi
Vt prolis efficiare, genitor, particeps.

THE. Ne nate nunc me desere, at forti es animo.

HIP. Fortis fui, sed saeva nunc me mors rapit.
Ocyssime mihi veste vultum contege.

ΘΗ. Ὦ κλεὶν' Ἀθηνῶν, Παλλάδος θ' ὁρίσματα,
Οἵου στερήσεσθ' ἀνδρός; ὦ τλήμων ἐγὼ, 1460
Ὡς πολλὰ, Κύπρι, σῶν κακῶν μεμνήσομαι.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

ΧΟ. Κοινὸν τόδ' ἄχος πᾶσι πολίταις
Ἦλθεν ἀέλπτως.
Πολλῶν δακρύων ἔσται πίτυλος·
„Τῶν γὰρ μεγάλων ἀξιοπενθεῖς 1465
„Φῆμαι μᾶλλον κατέχουσιν.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

THE. O clari Atheniensium, et simul innubae
Fines Minervae, quo viro privamini?
Miserrimum ô me! quam tuorum saepe ego
Tristis malorum Dea recordabor Venus?

CHO. Communis hic percellit
Civium animos dolor omnium,
Nos impetu inopino obruens.
Lacrymarum uberes
Oculis fontes profluent.
„Praestantium luctus virorum
„Non leviter animos
„Mortalium perstringunt.

EVRIPIDIS HIPPOLYTI FINIS.

L. C. V.

ADNOTATIONES

IN

EVRIPIDIS

HIPPOLYTVM.

L. C. VALCKENARI
ADNOTATIONES
IN
EVRIPIDIS
HIPPOLYTVM.

Ὑποθεσις Ἱππολυτου] Argumentum Dramatis re- 159
praesentavi, quale dederat ex Codicibus suis *Arsenius* in pri- a
ma Scholiorum Editione, hic illic tamen emendatius scriptum
ex Cod. Paris. In Florentino Cod. prostat argumentum, quale
fertur in *Euripidis* Tragoediarum Edd. hinc abest argumento
subiecta vetus adnotatio minime contemnenda. — De diversis b
lectionibus satis erit nonnullas attigisse. Vs. 2. quia praeter
Paris. Codex quoque dabat Flor. *μίαν τῶν Ἀμαζονίδων Ἱπ-*
πολύτην· Ἱππολύτην dare malui, quam cum *Arsenio Ἀντιόπην*:
quod is velut usitatius matris Hippolyti nomen alteri substi-
tuisse videtur. — Hippolytum v. 3. Cod. Flor. dixit *κάλλει*
τε καὶ σωφροσύνῃ διαπρέποντα, ubi vulgatur *διαφέροντα*. —
Vs. 5. Codex *Paris.* habet, *τὴν Μίνω τοῦ Κρητῶν βασιλέως* c
θυγατέρα· omisso nomine materno *καὶ Πασιφάης·* quod in
vulgatis legitur Edd. adiectum. — Vs. 7. recte dat etiam
Paris. Cod. *μετὰ τῆς γυναικός·* alterum, vitiosum, *μετὰ τῶν*
συγγενῶν, fluxit ex vicinis. — Vs. 10. in aliis Edd. erant ista, a
τὴν Φαίδραν εἰς ἔρωτα παρώρμησε, τέλος δὲ τοῖς προτεθεῖσιν
ἐπέθηκε· de quibus ultimum *ἐπέθηκε* recepi, firmatum a Cod.
Flor. pro *ἔθηκε*. — Quae sequuntur, ut hic edita sunt, in
Cod. leguntur Paris. qui pro *θέλων* aeque ac Flor. versu 16
dabat *σπεύδων*, et v. 17 *δέλτον*, ubi *βίβλον* scripsit *Arsenius*. b
— Vs. 21. positum ex Paris. *τὴν μὲν Φαίδραν οὐ κατεμέμψατο·*
neque dubito quin ita dederit *Arsenius*, ubi vitiose vulgatur,
τὴν μὲν Φαίδραν οὐκ ἀπεπέμψατο. in aliis Edd. simplex legitur
ἐμέμψατο. — Vs. 23. ex aliis Edd. recepi *τιμὰς ἔφη ἐπιχωρίους*

ἐγκαταστήσασθαι· quod est in Ed. *Arsenii*, τιμὰς ἔφη γῆς ἐγ-
c καταστήσασθαι praebent Codd. quoque Paris. et Flor. hinc
scribi quoque poterit, γῇ ἐγκαταστήσασθαι. — Argumento
dramatis ista recte subiunguntur in Edd. aliis, ἡ σκηνὴ τοῦ
δράματος ἐν Τροιζῆνι κεῖται. absurda, quae prostant in Ed.
Arsenii, praebet etiam Cod. Paris., Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος
160 ὑπόκειται ἐν Θήβαις. quae totidem verba leguntur in argumen-
a to Ocypodis *Luciani* T. III. p. 664. cuius auctor, τὸ δὲ δρᾶ-
μα, inquit, τῶν πάνυ ἀστείων. ut in fine veteris notae in Hip-
polytum legitur, τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων, quae tamen aliter
cepit *Jo. Alb. Fabricius* B. G. I. p. 642. — In nota subiecta
male omissum verbum Ἐδιδάχθη ex Cod. Paris. restitui. Quod
b dederat *Arsenius*, ex Codd. procul dubio, nomen Archontis
Attici reliqui, ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος. inter diversas haec
forma nominis legitima videtur Ἀμείνων· ut *Salmasio* visa
fuit, *Menagio*, et *R. Bentlejo*. In Cod. Paris. scriptum legi-
tur: ἐδιδάχθη ἐπὶ ἀμείνῶνος ἄρχοντος ὀλυμπιάδι ἐπὶ (sic) πζ', ἔτει τετάρτῳ. De istius Archontis agentes nomine hic vulgatis
c usi sunt *Jo. Meursius* de Arch. III. c. 3. *Is. Casaubon.* An. in
Athen. V. c. XVIII. *Aeg. Menagius* in *Diog. Laërt.* III, 4. et
P. Wesseling. in *Diodor. Sic.* I. p. 509. alium in finem eadem
adhibet *R. Bentlejus* in Epist. ad *Jo. Millium* p. 52. — In
his, quae subiiciuntur ex *Stobaei* Floril. scripto, memorata
Zopyri Thesĕis hic in limine me non detinebit. — Inter dra-
d matis interlocutores Θεράποντες sunt repositi, a choro distin-
cti v. 61; etiam Ἐξάγγελος, pro ἕτερος ἄγγελος, ex Cod. Paris.
v. 776. proponi potuisset.

Vs. 1. *Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι*] *Philostrati* Timasion, Hip-
polyto cetera non dissimilis, sed et istius culpae, qua sola
peccavit Thesîdes, insons, sacra Veneri quotidie faciebat: de
e V. A. VI. p. 232, 8. πολλὴν γὰρ, aiebat, ἡγοῦμαι τὴν θεὸν
[ἐν] ἀνθρωπείοις τε καὶ θείοις πράγμασιν· omissam illic prae-
positionem a descriptore, quod iure suspicabatur *Ti. Hem-
sterhus.* in Miscell. Obs. III. p. 419. firmant *Euripidis* verba,
obversata *Philostrato*. In rebus ille tam humanis quam divi-
nis magnam vim Deam habere statuebat; quam, omnia perva-
dentem, praeter ceteros Poëtas, Tragici cecinerunt: nemo lu-
a culentius explicuit *Sophocle* septem et decem senariis continuis
apud *Stobaeum* Florileg. p. 386, 40. *Grot.* p. 239, 241. De
his duo tantum primos versus adponam, partim ex *Plutarchi*
T. II. p. 757. A. scriptos emendatius:

Ὦ παῖδες, ἥ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
Ἀλλ' ἔστι πολλῶν ὀνομάτων ἐπώνυμος.

Multiplex, et hic iuxta *Euripidem multum* Veneris erat *nomen* b
in coelo terraque; sive clarum et venerabile. Longe diver-
sum quid significatur, *Κύπρις — ἣν πολλὴ ῥυῇ·* Hippol. v.
443; cumque animantibus quibusdam *πολλὴ* dicitur inesse
Ἀφροδίτη. — Hic *Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσιν,* — est *σεμνὴ,*
μεγάλη, τιμία· quod liquebit similia dicta quaedam *Euripidis*
comparanti, Iphig. in Taur. v. 1492. Troas. v. 49. Herc. v. c
849. De Baccho eadem leguntur et de Sileno verba in *Orphi-*
corum H. 44. et 53. *τετιμένε πᾶσι θεοῖσι, Καὶ θνητοῖσι βρο-*
τοῖσιν. Est in *Athenaei* XV. p. 695. F. *Scolion* egregium:

Ὅστις ἄνδρα φίλον μὴ προδίδωσιν, μεγάλην ἔχει
Τιμὴν ἔν τε βροτοῖς, ἔν τε θεοῖσιν, κατ' ἐμὸν νόον.

eumdem in sensum scribi potuerat, *Πολὺς μὲν ἐν βροτοῖσιν,*
οὐρανοῦ τ' ἔσω.

Vs. 1 — 5.] Quatuor etiam de his *ἰαμβείοις* potuisset d
suum *Aristophanes ληκύθιον* adaptare; versus enim efficiunt
ληκυθείους

Κύπρις οὐρανοῦ τ' ἔσω
Τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν
Φῶς ὁρῶντες ἡλίου
Τἀμὰ πρεσβεύω κράτη.

Qualium Trochaicorum *Euripidis* ingratum in senariis fuisse e
sonum castigatis Atticorum auribus non sane miror, neque
adeo censuram, quam in *Euripidis* Prologos exercuit severissi-
mam *Aristophanes* Ran. v. 1231 — 1278. — Ore Gallico *R.*
P. Brumoy dans son Theatre des Grecs T. II. Venus Euripidea
loquitur propemodum, ut *Virgilii* Iuno; sed errores viri opti-
mi hic non persequar. Illud non alienum videbitur, si loca 161
veterum indicavero, huius etiam dramatis versus adhibentium, a
quae quidem mihi fuerint observata. Versum 1 et 2 ad vocem
ἔσω pro *ἔνδον* positam, excitat *Grammaticus* de Soloecismo
p. 200; eosdem *παρῳδεῖ Luciani* Podagra T. III. p. 665. Vss.
2 — 6 ad Veneris potentiam declarandam adhibet *Athenaeus*
XIII. p. 600. C. In Tragoedia quae dicitur *Χριστὸς πάσχων* ma- b
tri nunciaturus filio moriendum, sic virginem alloquitur v. 102.
postquam suum *αἶ* ter repetitum ingeminasset:

Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι, κοὐκ ἀνώνυμος
Ἁγνὴ κέκλησαι, τῆςδε γῆς ὅσοι πέδον
Ναίουσι, λαμπρὸν φῶς ὁρῶντες ἡλίου,
Τὰ νῦν δὲ τάλαιν' ἡ πάλαι μακαρία.

ad ista frigide satis respondet *ἡ Θεοτόκος,*

Τί δ' ἐστίν; ἦ που τίς μ' ἀποκτεῖναι θέλει;

c Non dicam quam apte Veneri de se dicta transferantur in virginum sanctissimam: sed nunquam *Gregorius Nazianzenus* Mariam dixisset *οὐκ ἀνώνυμον Ἁγνήν.* De hoc dramate quid sentiam, in Praefatione iam fuit indicatum.

Vs. 8. *Τιμώμενοι χαίρουσιν*] Huc spectabat *Plutarchus*
d ista scribens in *Ἐρωτικῷ* p. 766. C. *τῷ δὲ Ἔρωτι καὶ τοῦτο καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔνεστιν, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τιμωμένῳ χαίρειν ἀνθρώπων ὕπο.* quod ait idem reliquis inesse Diis, ut ab hominibus coli cupiant; ad Penthea de Baccho Tiresias, *Ὁρᾷς; σὺ χαίρεις —, Κἀκεῖνος, οἶμαι, τέρπεται τιμώμενος,* in *Eurip.* Bacch. v. 321; in huius Alc. v. 54. Orcus, *τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δόκει.* de vero Deo non absurde *Clemens Alex.*
e Strom. VII. p. 848, 13. *εἰ τιμώμενον χαίρει, (τὸ θεῖον,) φύσει ἀνενδεὲς ὑπάρχον, οὐκ ἀπεικότως ἡμεῖς δι' εὐχῆς τιμῶμεν τὸν Θεόν.*

Vs. 11. *Ἱππ. ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα*] In Theseo *Plutarch.* p. 2. B. *ὁ δ' Εὐριπίδης,* ait, *τὸν Ἱππόλυτον ἁγνοῦ Πιτθέως παίδευμα προσειπὼν, ἐμφαίνει τὴν περὶ τὸν Πιτθέα δόξαν.* In sanctam avi materni domum, in qua puer a Con-
a nida praeceptore, iuvenis ab avo Pittheo fuerat ipsemet ad virtutem formatus Theseus, cur et quando miserit Hippolytum educandum, tradit *Pausan.* I. p. 51. *Diodoro Wesselingii* IV. p. 306, 21. filium Troezena misisse narratur, *τρέφεσθαι παρὰ τοῖς Αἴθρας ἀδελφοῖς.* Pittheïdos Aethrae fratres, quos ex MSS. ibi restituit, vellem nobis memorasset *Wesselingius,* mihi
b quidem aliunde ignotos: si fratres habuit Aethra, quomodo tandem locum habere potuit, quod scribit *Pausanias*, quodque ex *Asclepiadae Τραγῳδουμένοις Schol.* in *Hom.* Od. *Λ,* 320. *ἦν γάρ,* inquit, [*Ἱπολύτῳ*] *διὰ τὴν Πιτθέως Αἴθραν μητρῴα τις ἀρχὴ δεῦρο.* — De Pittheo nihil adeo novimus nisi laudabile; nec sane caussam habuit cur Regem optimum tan-
c quam *superbum* inter populares suos traduceret *Brumoeus,* reddens Euripidea, *cet élève du superbe Pithée:* Quae quidem velut Pitthei monumenta memorat *Pausanias*, iudicem iustum demonstrant populum in pace regentem: de Muséo, in quo dicebatur *λόγων τέχνην*, artem isthoc aevo non necessariam, tradidisse, et de libello, quem sub eius nomine vulgatum legerit, quid *Pausanias* censuerit, vocula *δὴ* demonstrat in his
d p. 184. *Πιτθέως δὴ* (*scilicet!*) *σύγγραμμα.* — Commodum *Schol.* ad *ἁγνοῦ Πιτθέως* adscripsit ex *Eurip.* Med. versum 684. [*Πιτθεύς τις ἐστι γῆς ἄναξ Τροιζηνίας*] *Παῖς, ὡς λέγουσι Πέλοπος εὐσεβέστατος.* Suspicor, ultimum hoc ferme capiendum quo sensu Homeréus Chiron *δικαιότατος Κενταύρων* accipitur

a Grammaticis, tanquam inter omnes *unus iuris observantissimus:* certe de Pelopis filiorum, Atrei, Thyestae, Chrysippi pietate vel ceteris virtutibus nihil adeo inaudivimus. Rerum e autem Pitthea divinarum humanarumque peritum pro isthac aetate fuisse colligas ex *Eurip.* Med. v. 686. et *Plutarchi* Thes. p. 2. A. — *Superbus* potius ex mente Veneris Euripideae dici potuit Hippolytus, v. 10. *Ἀμαζόνος τόκος·* Veneris sacrorum osor, ut Amazone natus: *Est prorsus iste gentis armiferae furor; Odisse Veneris foedera, Seneca* Hipp. v. 909. *Amazo-* 162
nio connubia pellere ritu, Statius Achill. II, 156. de nostro a *Seneca* v. 231. *Immitis annos coelibi vitae dicat; Connubia vitat, genus Amazonium scias.* Latinae Tragoediae Scriptori mater Hippolyti, de nomine nusquam *Euripidi* memorata, nec *Diodoro Sic.* IV. p. 306, 21. semper *Antiope*, sicut plerisque, dicitur; semper etiam *Plutarcho*, unum tantum *Clidémum* b memoranti p. 13. A. B. qui *Hippolyten* dixerit, *οὐκ Ἀντιόπην. Clidemo* iungi poterit alius rerum Atticarum scriptor *Ister* apud *Athen.* XIII. p. 557. A.

Vs. 17. *Χλωρὰν δ' ἀν' ὕλην* etc.] Male praetermissam in aliis ex Ed. *Ald.* recte restituit voculam *Barnes. ἀν' ὕλην* praebent Codd. Florent. et Paris. et probabiliter etiam quos adhibuit c *Musgravius.* — V. 18. in *ἐξαίρει* accentum mutavi, scripsique, *Κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαίρεῖ χθονός· latebris excitatas feras capit: Schol. ἐκ μέσου αἱρεῖ, ἀφανίζει. αἱρεῖν* et *ἐξαιρεῖν* in talibus adhibentur, non autem, quantum recordor, *ἐξαίρειν. Themist.* Or. XXIII. p. 288. A. *οἷον κυνηγέτης, κύκλῳ θηρίον περιδραμὼν, αἱρεῖ τὸν ἄνδρα καὶ σαγηνεύει.* qui laqueis irretitos iuvenes capiunt, *πάγαις* Sophistae iuxta *Lysin τῶς νέως* d *ἐμπλέκοντι*, secundum *Archytam τῶς ἀμώσως αἱρέοντι·* sic enim, non *ἀεὶ ῥέοντι*, scripsisse *Stobaeum* autumo Florileg. p. 16, 4. Aptissima dabit *Pausanias* II. p. 184. m. *λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος.* scripserat itaque VIII. p. 699. in. *γῆν ἣν ἐκέκτητο ἐργαζόμενος, οὐδὲ τὰ θηρία ἠμέλει τὰ ἄγρια ἐξαιρεῖν.* ubi vulgatur *ἐξαί-* e *ρειν.* Hinc quantum distet *ἐξελᾶν* ista docebunt *Xenoph. K. Π.* I. p. 10. f. *ἐκ τῶν λασίων τὰ θηρία ἐξελᾶν εἰς τὰ ἐργάσιμά τε καὶ εὐήλατα.*

Vs. 19. *Μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας*] *Ὁμιλίᾳ* legitur in Ed. prima *Flor.* Quatuor minimum diversae prostant huius versus interpretationes; cuius verba si vel sic collocentur, *πεσὼν πρὸς μείζω βροτείας ὁμιλίας*, facilitatem tamen Euripi- a deam hic desideres. Dianae dilectus ante alios iuvenis pudicus Deam virginem venator per sylvas prae omnibus unam se-

ctabatur: *πάντων φίλτατον βροτῶν* sodalem suum ipsa vocat infra v. 1333. quem non adspectabilis mortalem alloquio saepe Dea dignabatur: Hippol. v. 86. *Κλύων μὲν αὐδῆς, ὄμμα δ'*
b *οὐχ ὁρῶν τὸ σόν.* In hoc familiare cum Dea commercium, humana conditione maius, impudenter irruisse Veneri dicebatur Hippolytus.

Vs. 20. *Τούτοισι μέν νυν οὐ φθονῶ*] Ex Codd. posui, pro *T. μέν γ' οὖν·* ad optimos *Musgravii* accedebant Flor. et Paris. *Μὲν οὖν*, iambus, frequenter secundam occupat in sena-
c riis sedem, *Eurip.* Hec. 51, 728, 798, 1268. etc. illud ubi locum non invenit, ut hic, eodem sensu scribitur Tragicis *μέν νυν·* ut ubique apud *Herodotum:* Soph. Trach. v. 448. *Ἔρωτι μέν νυν* — Oed. T. v. 31. *Θεοῖσι μέν νυν οὐκ.* usitatiores saepe voculae huius in locum irrepserunt: *Eurip.* Androm. v. 955. *Συγγνωστὰ μέν νυν* pro *μὲν οὖν* versus poscebat: in Oreste, v. 1221. *Καλῶς σὺ μέν νυν*, pro *δὴ* praebent duo Codd. Leidenses.

d Vs. 23. *Πάλαι προκόψασ' οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.*] Pro *πόνου* vitiosam dat lectionem Flor. *πολέμου.* Quartum casum cum versus non admitteret, nominativum ut alibi posuit pro genitivo absoluto. Vsitatior hic postulasset structura *τὰ πολλὰ δὴ Πάλαι προκοψάσῃ οὔ μοι δεῖ πολλοῦ πόνου. quae pleraque sane iam ante praeparavi non opus mihi est multo labore.*
e *Herodianus Piersoni* p. 450. *Τὸ Δεῖν οὐ μόνον δοτικῇ, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ συντάσσουσι πτώσει· εὐρυχωρείας σε δεῖ.* Comici versus pars fuisse videtur,

— — *εὐρυχωρίας σε δεῖ.*

amplo tibi opus est spatio. Aristophanem aut alios Poëtas Atticos nostris in libris ita loqui nunc non recordor, neque etiam
163 puto, praeterquam *Euripidem;* cuius in eam rem loca diligen-
a ter enotabo: Phoen. v. 928. *οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων.* Hippol. v. 490. *οὐ λόγων — Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός.* v. 688. *δεῖ με δὴ καινῶν λόγων.* Supplic. v. 789. *Τί γάρ με δεῖ παίδων;* (Med. v. 565. *σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;*) legitur in Hecubae v. 975. *ἀλλά τις χρεία σ' ἐμοῦ;* ubi *Schol. ἀντὶ τοῦ σοὶ, σὲ εἴρηκεν.* idem esset, *τί δεῖ σ' ἐμοῦ; Auctor* Rhesi v. 837.
b *μακροῦ γε δεῖ σε καὶ σοφοῦ λόγου, Ὅτῳ με πείσεις* — illic frustra quis emendare tentabat: *μακροῦ γε καὶ σοφοῦ δεῖ σοι λόγου.* quamvis, usus istius veteris ignarus, *Auctor* dramatis *Χριστὸς Π.* sic ista scripserit v. 2331. *Ἀλλ' οὖν μακροῦ σοι καὶ σφοδροῦ δέῃ λόγου, Ὅτω με πείσεις.* admovit locum ex Rheso *Berglerus* his *Aristoph.* Nub. v. 1030. *Δεινῶν δέ σοι βουλευμάτων ἔοικε δεῖν πρὸς αὐτόν.*

Vs. 25. *Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων*] *Ut* Eleusinia *viseret veneranda mysteria*, hisque adeo visis perficeretur. *visere* hac in re probavit *Jos. Scaliger* Animadv. in *Euseb.* p. 214. b. Schol. *ἐλθόντα* scribit *ἐπὶ μύησιν τῶν Ἐλευσινίων.* Sed iam ante castus iuvenis praeparatus et *initiatus*, *μεμυημένος*, nunc venisse dicitur *ἐς ὄψιν καὶ τέλη σεμνῶν μυστηρίων*· id est, ut opinor, *ἐπὶ τὴν ἐποπτείαν τελεσθησόμενος*, sive *ἐπὶ τὰ τέλεα καὶ ἐποπτικὰ*, quae vocat *Plato* Symp. p. 209. E. haec distinguens ab initiandi ritibus, verbo *μυηθῆναι* ibidem significatis: *mystae* namque non nisi post quinquennium in sacrarium interius admittebantur ad arcana spectanda; tum demum fiebant *ἐπόπται* et *τέλειοι*. Respicit eodem, ut alibi saepissime, in Phaedro *Plato* p. 250. B. *εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν μακαριωτάτην*. Suum de vita *Thucydidis* libellum sic orditur *Marcellinus: Τῶν Δημοσθένους μύστας γεγενημένους θείων λόγων — ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταστῆσαι*, sic leg. pro *καταστῆναι*. confer *Heraclit.* Allegor. *Hom.* p. 479, 9. De mysteriis loquens Eleusiniis *Andocides* p. 5, 18. *μεμύησθε καὶ ἑωράκατε τοῖν θεοῖν* (hae Deae *τὼ θεὼ* dicebantur Athenis:) *τὰ ἱερά*. Articulum si praefigas, ex *Hesych.* lucrabimur senarium *Sophoclis:*

[*Τὰ*] *Σεμνὰ τῆς σῆς παρθένου μυστήρια,*
Σοφοκλῆς· τὰ ἄῤῥητα καὶ ἀνεξήγητα μυστήρια.

Liberae Matrisque Cereris arcana haec Eleusinia sacra *τέλη* vocantis *Sophoclis* locus *Plutarcho* servatus T. II. p. 21. E. ad alia saepius adhibitus, in rem nostram aptissimus est:

— — *ὡς τρισόλβιοι*
Κεῖνοι βροτῶν, οἳ, ταῦτα δερχθέντες τέλη,
Μόλουσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.

Pindarum in his *Sophocles* imitabatur, cuius verba dedit *Clemens Alex.* Strom. III. p. 518, 15. Sic loqui poterant Hierophantae, Daduchi, quique superstitiosae plebis Atticae callide gratiam aucupabantur: vid. *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Ran. v. 155, 457, 460. et epigramma *Crinagorae* quod *Scaliger* explicat ad *Tibull.* p. 168, 169. Sed nollem sic Philosophos loquutos, *Platonem* in Phaedon. p. 69. C. de Rep. II. p. 363. D. *Aeschinem Socr. Auctorem* saltem Axiochi p. 164. *Ciceron.* de LL. II. c. XIV. *Themist. Stobaei* p. 604, 48. Plerisque potius placebunt *Antisthenis* et *Diogenis* dicta, memorata *Diog. Laërt.* VI, 4. et 39. quorum hoc melius exhibet *Plutarch.* T. II. p. 21. F. Sed *Sophoclis*, ni fallor, *οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη*, dici possunt Euripidea locutione *ἐλθόντες*

Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων.

Haec *Euripidis* in suo Codice aliquis adscripserat ad Medeae v. 1382.

— — *γῇ δὲ τῇδε Σισύφου*
e *Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομαι.*

nam illic exhibet Codex Florent. *καὶ τέλη μυστηρίων*· omisso verbo *προσάψομαι*, ad sensum necessario. Illinc sumsit *Auctor Χριστοῦ Π.* v. 967. *Σεμνὴν ἑορτὴν τῇδε γῇ προσάψεται.* Grammaticos mireris in isto Medeae versu *τέλος* per *ἑορτὴν* interpretantes: *Etymolog.* p. 750, 43. *Τέλος σημαίνει — τὴν ἑορτὴν παρὰ Εὐριπίδῃ, ὡς τό, Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλος προσά-*
164 *ξομεν.* ubi scribendum *προσάψομαι*· Recte scripta leguntur
a eadem in *Scholio* ad Il. *K*, 56. *Homeri Leidensis. Schol. Eurip.* in istum Medeae v. 1382. *τέλη*, inquit, *λέγει τὰ μυστήρια καὶ τὰς τελετάς.* in iisdem *Scholiis* de festo, Medeae occasione instituto Corinthiis, rarissima traduntur ad v. 9. et v. 273. quibus locum dare *Meursius* potuerat in Gr. Fer. ut supra no-
b tatis in suis Eleusiniis: sed nihil inde de mysteriis colligas, quibus illic locum fuisse non opinor; *τέλη* pro *τελεταῖς* illic etiam cepit Ill. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Cerer. v. 130. Per *τέλη* certum potius *vectigal* intelligi posset, in sumtum festi destinatum. Antequam Scholia *Barnes.* interpolasset in *Homerum*, ad Il. *K*, 56. ista legebantur in fine *Scholii: καὶ τὸ τέλος * τὸ*
c *μυστικὸν, τὸ μυστήριον *.* Suspicor illic olim lectum *Aeschyli* senarium, quem, aliunde ignotum, praebet *Schol.* ad ista *Sophoclis* Oed. in Col. 1043. *Οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη Θνατοῖσιν. Schol. Τέλη*] *τὰς τελετὰς, καὶ Αἰσχύλος, Ἔφριξ· ἔρως δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους.* In Sophocleis certe bis minimum Eleusinia mysteria dicuntur *τέλη*, sicut hic *Euripidi.*

d Vs. 26. *Πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ Ἰδοῦσα*] Ipsa se Phaedra tum primum incensam amore fatetur Hippolyto in Epist. *Ovidii* Her. IV, 67. *Tempore, quo vobis inita est Cerealis Eleusin; — Tunc mihi praecipue, nec non tamen ante, placebas: Acer in extremis ossibus haesit amor. Candida vestis erat, praecincti flore capilli. conveniente sacris habitu* describi recte videbatur Clar. *Burmanno.* — Sed capacissimum oportet in
e Eleusinio sacrario fuerit vestiarium, si lex fuit Attica, quam cum multis aliis confinxit satis absurdam, non sane *Κριτικώτατος*, Theologus perdoctus, *S. Petitus* LL. Att. I. Tit. I. XVI. *Ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθείη, εἰς ταῖν θεαῖν ταῦτα ἀνατιθέναι.*

Vs. 31. — *ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο Ἐρῶσ' Ἔρωτ' ἔκ-*
a *δημον*] *In templo Veneris dedicavit Amans* Phaedra *Cupidi-*

nem nomine *Ἔρωτος ἐκδήμου*, *Amoris absentis.* Vulgatarum ante Editionum haec est scriptura: *ναὸν Κύπρ. ἐγκαθίσατο Ἔρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον· inaedificavit templum Veneris Ardens amore absentis: ἐγκαθείσατο* accepit a Codicibus oblatum *Musgravius*, inventum et in Parisino ab *Hemsterhusio: ἐγκαθίσατο* praebet Flor. MS. — *ναοῖ* scriptio vetus in *ναὸν* mihi degenerasse videbatur: unam hinc lineolam abstuli; vocem etiam b
ἔρωτ' in nomen proprium Cupidinis litera producta mutavi: haec mihi duo tantilla licere credidi; nihil in vicinis novandum; ubi tamen prorsus intelligi nequeunt, ut nemini fuerunt intellecta, *Τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρύσθαι θεάν.* In sequentibus, quantum pote, brevis esse laborabo: hunc unum mihi locum liceat accuratius pertractasse. Sic itaque versus istos *Euripidi* c
scriptos suspicor:

Καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
Πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον
Γῆς τῆςδε, ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο,
Ἔρῶσ', Ἔρωτ' ἔκδημον. Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
Τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσιν ἱδρύσθαι θεόν.

Et ante quidem, quam in hancce regionem veniret Troezeniam, ad ipsam rupem Palladis, quae hanc terram despectat, in tem- d
plo Veneris dedicavit amans Amorem absentem: in posterum autem perhibebunt, Deum illic (sive Cupidinis signum) *in honorem Hippolyti fuisse collocatum.* Nihil omittam, quod videri possit explicandum. Non sane nego, templum quoque Veneri statuisse Phaedram; sed *Euripidis* phrasin postulare tantum arbitror *Cupidinem* in templo dedicatum. Iam pri- e
mum, si res ipsa per se spectetur, nemo diffitebitur amante Phaedra Cupidinis simulacrum dignum fuisse donarium:

— — καὶ γὰρ ἐρῶντας
Δῶρον Ἔρωτι φέρειν αὐτὸν Ἔρωτα θέμις·

ut est in Antholog. IV. c. XII. ep. 52. Amans ipse Pisistratus ferebatur *τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἔρωτος ἐν Ἀκαδημίᾳ καθιερῶσαι*, narrante *Plutarcho* in Solone p. 79. B. Euripidei forte loci me- 165
mor, scribebat in Verrem *Cicero*, II. c. 47. *in Eryco monte*, a
Veneri dicato, *vidi argenteum Cupidinem cum lampade. — Ardebat amore illius hospitae, propter quam hospitii iura violarat. Hoc non solum sciri tum, verum etiam commemorari semper volebat.* Suum etiam Phaedra commemorari semper *Amorem* volebat, sed absentis mariti legitimum, *Ἔρωτ' ἔκδημον.* In- b
star aliarum, sub hoc pietatis velo potuisset amorem absentis Hippolyti tegere, si per Venerem licuisset. — In Euripideis,

ad rupem Palladis ista pertinere *κατόψιον γῆς τῆσδε*, iam vidit *Io. Meursius* in Theseo c. 21. quo essent modo capienda monuerunt *Reiskius*, et *Heathius*. Cum e Graecis possent aut
c Latinis Poëtis illustrari, horum nunc pauca tantum adscribam; ubi primum verba posuero *Diodori Siculi*, haec velut interpretantis L. IV. p. 306, 24. *Ἱππολύτου δ' ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος, ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, ὅθεν ἦν καθορᾶν τὴν Τροιζῆνα. Scholiasta* scripserat *Eurip. ἐπὶ πέτρας, ἀφ' ἧς [ἣν] ἀποβλέπεσθαι τὴν*
d *Τροιζῆνα.* Elegantius et more Poëtarum rupem Palladis ipsam consideravit *Euripides* ut Troezenis Pittheïae *speculatricem*, sive *desuper adspectantem Troezena:* sensum sic dant rebus inanimis; quod *Servius* animadvertit in *Virgil.* Aen. I, 420. *collem, qui plurimus urbi Imminet, adversasque adspectat desuper arces:* conf. Aen. VII, 740. *Tibull.* I. El. VIII, 19. *Vir-*
e *gilium* suum expresserunt *Statius* et *Claudianus:* illi *Celsa Dicarchéi speculatrix villa profundi,* dicitur Sylv. II, 2. v. 3. *Claudiano* de Nupt. Honor. et Mar. v. 50. Mons Cypri Veneri sacer, *Invius humano gressu, Phariumque cubile Proteos, et septem despectat cornua Nili.* — *Πέτρα Παλλάδος* est utique, quam *Ἀθάνας σκόπελον* vocat *Eurip.* Ion. v. 1434, 1480. *πέ-*
a *τραν κομψὴν Arrian.* in *Epict.* II. c. 16. p. 261. rupes Athenis Atticis praerupta, in qua *arx* erat sita, *περιφανὴς ἄνω διὰ μέσης τῆς πόλεως, Aristidae* Soph. T. I. p. 171. Ex arce summa late patebat in mare subiectum atque in Troezeniam regionem prospectus: Thesei *pater, Catulli* Carm. LXIII, 241. *ut summa prospectum ex arce petebat,* — *Quum primum inflati conspexit lintea veli, Praecipitem sese scopulorum e vertice iecit.*
b In summo vertice Palladis templum longe navigantibus erat, et via sacra euntibus spectabile: *Lucretius* VI, 749. *Est et Athenaeis in moenibus, arcis in ipso Vertice, Palladis ad templum,* etc. hinc intelligendum *Lycurgi ἀφορῶν* c. Leocr. p. 150, 5. *Pausanias* I. p. 67. f. statuae Minervae *ἡ τοῦ δόρατος,* ait, *αἰχμὴ καὶ ὁ λόφος τοῦ κράνους ἀπὸ Σουνίου προσπλέουσίν ἐστιν*
c *ἤδη σύνοπτα. Dicaearchus* apud Athen. XIII. p. 594. F. de via sacra loquutus, *ἐνταῦθα,* inquit, *καταστὰς οὗ ἂν ᾖ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα.* recte, ni fallor, corrigo, literis aliquot repetitis, *οὗ ἂν φανῇ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορωμένῳ ὁ νεὼς καὶ τὸ πόλισμα, ubi Athenas versus spectanti primum adparere coeperit templum et arx.* hic commodum in mentem veniunt *Virgiliana* ex Ecl. IX, 59.
d *Hinc adeo media est nobis via: namque sepulcrum Incipit adparere Bianoris:* facta de *Theocriteis* ex Eid. VII, 10. *Κοὔπω*

τὰν μεγάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα Ἁμῖν τὸ Βρασίλα (sive potius Βρασίδα) κατεφαίνετο. — Iam vero si suo more scripsit hoc loco Poëta, ναοῖ Κύπριδος ἐγκαθείσατο, potuit hic idem evenire quod alibi: vid. *Schol.* in Phoen. p. 688. illinc facile natum ναὸν interpretes etiam inducere aliosque le- e
ctores, ut in Athenarum arce Phaedrae iussu conditum in honorem Hippolyti templum Veneri statuerent. Sed sane fuerit Athenis tale templum a Phaedra Veneri dicatum, quod praeter *Diodor. Siculum*, *Euripidis Scholiastas*, ex *Asclepiade*, sua illud aetate dictum Ἱπολύτειον tradente, narrat *Schol.* in *Hom.* Od. *Λ*, 320. hinc *Io. Meursius* in Theseo c. XXI. et *P. Burmannus* in Iove Fulgerat. c. VIII. qui Ioannem Tzetzen 166
putat *duo templa Veneri a Phaedra excitata confundere*, scri- a.
bentem in *Lycophr.* Alex. v. 610. ἐν Τροιζῆνι Φαίδρα ἱερὸν Ἀφροδίτης ἱδρύσατο ἐπὶ τῷ Ἱπολύτου ἔρωτι. Non debuerat eam in rem aliena haec *Euripidis* advocare verba *Tzetzes*; sed nusquam etiam in Atticis suis aut alibi *Pausanias* templum Veneris memorat a Phaedra conditum Athenis; in Corinthiacis b
vero, Troezenis enarrans monumenta vetera, II. p. 187. partem stadii Ἱπολύτου καλουμένου· καὶ ναὸς, inquit, ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀφροδίτης Κατασκοπίας· αὐτόθεν γὰρ, ὁπότε γυμνάζοιτο ὁ Ἱπόλυτος, ἀπέβλεπεν ἐς αὐτὸν ὁρῶσα (leg. ἐρῶσα, *amans*) ἡ Φαίδρα. — Sive templum Veneri statuerit, praeter illud Speculatricis, etiam Athenis aliud; seu minus; illud nihil adeo facit ad haec *Euripidis*. Scribere potuerat in istum quidem c
sensum,

> Τεύξασα ναὸν Κύπριδος ἐγκαθείσατο
> Ἐρῶσ' Ἔρωτ' ἔκδημον.

ut *Lycophron* Alex. v. 1261.

> Δείμας δὲ σηκὸν Μυνδίᾳ Παλληνίδι
> Πατρῷ' ἀγάλματ' ἐγκατοικιεῖ θεῶν.

Eurip. Iphig. in Taur. 1453. Ἐνταῦθα, τεύξας ναὸν, ἵδρυσαι d
βρέτας. Sed *templum Veneris aedificavit* dici potuisse ab *Euripide*, ναὸν Κύπριδος ἐγκαθείσατο, hoc equidem non opinor, contendens scribi debuisse, ναῷ — ἐγκαθείσατο Ἔρωτ' ἔκδημον. quia istiusmodi composita hac ubique structura frequentantur. In *Lycophronis*, quem citabam, Alex. vitiosus vs. 1204. Νήσοις Μακάρων δ' ἐγκ. sic scribendus est,

> Νήσοις δὲ Μακάρων ἐγκατοικήσεις μέγας e
> Ἥρως

ut *Euripides* in Antiopa, κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. Pro-

pius accedunt *Euripidis* ex Iphig. Taur. v. 977. *misit me Phoebus λαβεῖν Ἄγαλμ', Ἀθηνῶν τ' ἐγκαθιδρύσαι χθονί.* de donariis in templis dedicatis *Callim.* h. Dian. v. 229. σοὶ δ' Ἀγαμέμνων Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ. In *Oraculo*
a ap. *Pausan.* X. p. 832. *Μή μοι — σκύλων — κόσμον Νηῷ ἐγκαταθῆς. Pindarus* Pyth. V, 54. *Κρῆτες ὃν (ἀνδριάντα) τοξοφόροι τέγεϊ Παρνασσίῳ καθέσσαντο.* scribi quoque poterat, *τέγεϊ Παρνασσίῳ 'γκαθέσσαντο, quam* statuam *in templo Delphico collocarunt.* Sed *καθέσσατο* legitur etiam in epigramm. *Anthol. MS.*

Εὔχεο Τιμώνακτι θεῶν κήρυκα γενέσθαι
Ἤπιον, ὅς μ' ἐρατοῖς ἀγλαΐην προθύροις
b *Ἑρμῇ τε κρείοντι καθέσσατο.*

Illud *καθέσσατο*, sive *καθείσατο*, vix alibi reperitur: ut *στῆσαι, στήσασθαι, ἱδρύσασθαι·* sic saepenumero recurrunt apud quosvis scriptores, Poëtas praesertim, *εἵσατο βωμὸν, ναὸν, τέμενος, ξόανον·* postremum praebet epigramma, nemini quod sciam editum,

c *Τὸ ξόανον τὸ περισσὸν Ἀεξιμένης Ἀφροδίτᾳ*
Εἵσατο, τῆς πάσης ναυτιλίης φύλακα.

Quia cum ceteris *εἵσατο* frequentat *Callimachus*, forte cui videri posset scripsisse h. Dian. v. 233.

δύω, θεὰ, εἵσατο νηούς.

sed *Ἐκαθίσατο Hesych.* explicat *ἱδρύσατο.* et *Apollon. Rhod.* memorat *Βωμοὺς, τοὺς Μήδεια καθίσσατο*, IV, 1219. conf.
d v. 278. Atticis familiare fuit *εἵσατο·* neque dubito quin dederit *Euripides*, instar aliorum, *ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο Ἐρῶσ' Ἔρωτ' ἔκδημον.* Neminem hic futurum arbitror, qui me docere vel alios velit, exemplis in medium prolatis, *ἐρᾷν ἔρωτα δριμύτατον, ἐπουράνιον ἐρᾷν ἔρωτα*, et similia Graecis in usu esse: si genuinum est, ut puto, *ναῷ Κ. ἐγκαθείσατο,*
e dubium non remanebit, quin *Cupidinem* Poëta dixerit ab amante Phaedra dedicatum; in sequenti autem versu *θεὸν* sit scribendum. Sed, nisi per literas ante hoc decennium communicata *Musgravio* placuisset, elegantiarum veterum spectatori cultissimo, vererer equidem, ut Docto possem Lectori coniecturam adprobare paulo audaciorem, qua pro, *Τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν —*, scribendum suspicabar:

167 — — *Ἱππολύτῳ δ' ἔπι*
a *Τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσιν ἱδρύσθαι θεόν.*

Nititur illa tum vulgatae lectionis absurditate, (quam tamen exhibet *Jo. Tzetzes* in *Lycophr.* Alex. v. 610.) tum *Euripidis* more loquendi, editae lectioni nihil usquam simile scribentis, haec autem Iphig. in Taur. v. 1457.

Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ
Τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν. b

minus autem bene, *Τὸ λοιπὸν ὀνομάσουσι*, cum *ἱδρύσθαι* conveniret: verbum certe requiritur futuri temporis: *Eurip.* Orest. v. 1684. *Κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον* etc. Herc. v. 1329. *ταῦτ' ἐπωνομασμένα Σέθεν τὸ λοιπὸν ἐκ βροτῶν κεκλήσεται.* Ion. v. 1590. *Δῶρος μὲν, ἔνθεν Δωρὶς ὑμνηθήσεται Πόλις.* hac mea meliorem ubi quis lectionem excogitaverit, primus c illam recipiam. Nisi in his modum excessissem, quae mendosa leguntur in Scholiis, et de monte *Glaucopio* minime vulgata, hic quoque tractari potuissent: nunc aliis illa relinquam pertractanda.

Vs. 34. *Ἐπεὶ δὲ Θ. Κ. λείπει*] Recte recepit *Musgravius*, pro *λίπε*, ex Codd. quibus accedunt Paris. et Flor.: aeque vi- d tiosum *λίπε χθόνα*, relictum in Phoeniss. v. 1676. illic *λεῖπε* scribendum; hic, absque Codd. detectum *Piersono*, Verisim. p. 60. *λείπει* recipi potuerat ex *Euripidis* more scribendi; Phoen. v. 63. *Ἐπεὶ — σκιάζεται·* Androm. v. 29. *Ἐπεὶ — γαμεῖ·* Heraclid. v. 9. *ἐπεὶ κατ' οὐρανὸν Ναίει.* In Hecuba vulgatur v. 21.

Ἐπεὶ δὲ Τροία θ', Ἕκτορός τ' ἀπώλετο
Ψυχὴ, e

quantumvis sequatur, *πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη*, genuinum arbitror praesens tempus *ἀπόλλυται*, quod legit ex suis Codd. *Eustath.* in Il. *E.* p. 413, 50. *K.* p. 790, 38. *N.* p. 939, 43. inventum et in Codd. *Thomae M.* in v. *Ψυχή.* His in libris versatus tempora sic diversa iungi non mirabitur: In Alcesti versum dat MS. Flor. 174. sic scriptum: a

Ἐνταῦθα δὴ 'δάκρυσε, καὶ λέγει τάδε.

pro *κἄλεγε.* in Ione pro *κἄπλεκε* v. 826. scriberem, *ἐψεύσατο — καὶ πλέκει πλοκάς.* Iphig. Taur. v. 16.

Εἰς ἔμπυρ' ἦλθε, καὶ λέγει Κάλχας τάδε.

Vs. 35. *Μίασμα φεύγων αἵματος*] *Statio*, Theb. I, 401. b Dicitur *Calydona relinquens Oenius Tydeus; fraterni sanguinis Conscius horror agit:* in *Euripidis* Oeneo Diomedi, *πέλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυγὼν Τυδεὺς — Ἕλληνος.*

σεν Ἄρρος. et in Supplic. v. 148. Multum distant formae loquendi *Tragici*, αἷμα φεύγειν, et forensis illa *Demosthenis*, c. Mid. p. 348. §. 192. ἐφ' αἵματι φεύγειν, *in iudicio caedis*
c *accusari*. — Pallantidarum historia ex *Scholiis*, *Meursio* partim iam emendatis, et aliunde satis nota est.

Vs. 38. — στένουσα, κἀκπεπληγμένη Κέντροις ἔρωτος] Est et in Flor. Cod. κἀμπεπληγμένη· quam lectionem in uno suorum repertam iure reiicit *Musgravius*, Medeae citans v. 8.
d Illic Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος est *Ennii Medea*, *animo aegra*, *amore saevo saucia*: sed huic simul obversabatur, *animo aegram* scribenti, στένουσα Phaedra. Initio *dramatis Χριστοῦ Πάσχ.* Adami coniux satis inepte dicitur

Ἔρνους ἔρωτι θυμὸν ἐκπεπληγμένη·

sed nostro versu haud absurdam invenisse Conditor istius dra-
e matis videtur lectionem: versus illic est 354. Καὶ νῦν, στένουσα πολλὰ, καὶ πεπληγμένη Κέντροις ἀνίας, ἣ παντλήμων δακρύω. v. 748. Ὅθεν κἀγὼ, στένουσα καὶ πεπληγμένη Κέντροις ἀνίας ἣ τλάμων ὀδύρομαι. turpissima peccata, quae versus ubique confodiunt, etiam sola diversum monstrant auctorem a *Gregorio Nazianz.* Iam vero, fateor, καὶ πεπληγμένη Κέντροις ἔρωτος aptius mihi videtur, quam ἐκπεπληγμένη·
163 quantumvis alibi rectissime legatur, et noster dixerit in He-
a lena v. 1413. Τοῦ πρόσθεν ἀνδρὸς χάρισιν ἐκπεπληγμένην. Recte quidem Medea Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ', at in eodem dramate novae nuptae Iason v. 556. ἱμέρῳ πεπληγμένος· quod est idem et in *Aeschyli* Agam. v. 553. et v. 1213. Et est simplex illud in talibus multo usitatius. Ubi hoc in dramate, v. 1303. Phaedra Dianae dicitur, *Veneris* Δηχθεῖσα κέντροις, mihi vero
b scripsisse videtur Πληγεῖσα κέντροις, exempla quaedam adscribi poterunt.

Vs. 41. Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ] *Sed non sic τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν, huncce amorem abire oportet*: ἀνενέργητον γενέσθαι, ut recte legitur in Scholiis. Hic est plena forma loquendi, qualis in *Aesch.* Prom. V. v. 510. *Aristoph.* Equit. v. 830. atque
c hinc impleri facile poterit contracta, congrua personae in *Eurip.* Med. v. 365.

Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα· μὴ δοκεῖτέ πω.

quae sic vitiose scripta sunt in Christo Pat. v. 250. Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα· μὴ σοί που (l. σύ πω) δόκει. Ἔτ' εἰς ἀγῶνας σύ τε καὶ μιαιφόνοι. ex *Euripide* dederat *Auctor*: Ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες σοί τε καὶ μιαιφόνοις. Tragicus apud Ciceron. de N.

D. III. c. 26. *Nequaquam istuc istac ibit: abibit* usitatius in ta- d
libus: *Catull.* Carm. XIV, 16. *Non, non hoc tibi, salse, sic abibit. Seneca* Herc. Fur. v. 27. *Non sic abibunt odia. Terent.* Andr. I, 2, 1. *Mirabar, hoc si sic abiret.* Aeneam decebat, *Non ita:* in *Virg.* Aen. II, 583.

Vs. 43. — *πολέμιον πεφυκότα*] In Cod. legitur Paris. in aliis etiam ap. *Musgrav. πολέμιον νεανίαν.* haec mihi lectio secundae, prioris Editionis altera fuisse videtur. Dantur inter e
varias Codicum plures, de quibus idem videtur iudicandum.

Vs. 47. *Ἡ δ' εὐκλεὴς μὲν*] Non est digna memoratu *Sam. Petiti* coniectura Miscellan. III. c. XIX. Insignis genere, pietate, virtutibus Phaedra, tamen periret *οὐκ ἔτ' εὐκλεὴς*, v. 687. ut in Hippolyto puniendo Venus animum expleret suum; a
quae Phaedram ob genus etiam oderat a Sole ductum, *iam pridem sponte requirens Colchida, et invisi genus omne exscindere Phoebi, Valer. Flacc.* VI, 468. — In Christo Pat. versus est 750. *Εἶμ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυμαι.*

Vs. 48. — *τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω· κακὸν, Τὸ μὴ* b
οὐ] Sic ante legebantur ista — *οὐ προτιμήσω κακὸν, Τοῦ τὴ οὐ παρασχεῖν.* In Edit. dramatis prima haec exhibentur literis maiusculis: *Τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω ΚΑΛΟΝ. ΚΑΚΟΝ. ΤΟ ΜΗ ΟΥ Π.* Hinc recepi *Τὸ μὴ οὐ*, firmatum a Cod. Paris. Mutata quoque fuit distinctio; quia iungenda videbantur *κακὸν, Τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν* etc. In Scholiis ad *Aristoph.* Ran. v. 317. sic versus legitur *Euripidis: Φαίδρα· τὸ γὰρ τῆσδ'* c
οὐ προτιμήσω καλόν. hoc dant etiam duo Codd. apud *Musgrav.* placuitque *Marklando, Heathio,* et viro *D.* in Miscell. Obs. III. p. 107. Et fateor lectionem istam esse speciosam; sed hac admissa versu tamen sequente *Τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν* necessario requiritur; qui modus loquendi Veneris esset indignabundae, ante infinitivum, in talibus usitatum, omittentis voces *οὐ κακὸν*, vel *οὐ δεινόν ἐστι*, vel harum similes. d
Quia tamen in optimis legitur Codd. *κακὸν* servandum existimavi, iungendumque cum sequentibus. — *Τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω* Attico more scribendi significat, *huiusce enim commodum non curabo*, sic nempe, ut illud anteponam meae vindictae: saepius absque tali respectu *προτιμῆσαι* notat *φροντίσαι*, vel *λόγον ἔχειν·* vid. *L. Bos* Animadv. ad *Joseph.* p. 89. Quo hic sensu, legitur in *Eurip.* Heracl. 883. *Τὸ σὸν προτι-* e
μῶν· parum distat in Elec. v. 1114. *Τοὐμὸν δ', οὐχὶ τοὐκείνου σκοπῶ. Soph.* Aj. 124. *Οὐδὲν τὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοὐμὸν σκοπῶν.* v. 1330. *ὅρα μὴ τοὐμὸν ἀλλὰ καὶ τὸ σόν.* et in

Eurip. Androm. v. 256. qui verbum etiam *προτιμᾷν* sic adhibuit in Alc. v. 761. et alibi; ut *Aeschylus* Eumen. 644. 744.
169 Agam. 1424. *Sophocles*, *Aristophanes*, ceterique. His iisdem,
a *Sophocli* praesertim frequentatur etiam initio senariorum *Τὸ μὴ οὐ*, per *συνεκφώνησιν* iambus; nusquam, si bene memini, reperietur apud Atticos Poëtas *Τοῦ μὴ οὔ*. Qua hic structura, legitur etiam saepius: *Eurip.* Phoen. v. 1183. *nihil impediet Τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἕλεῖν πόλιν·* apud *Stob.* p. 455, 20. *Τὸ μὴ οὔ σε, μῆτερ, προσφιλῆ νέμειν ἀεί.* — *Κακὸν*, ut
b in Or. v. 478. *τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι.* hoc vero loco, hac probata lectione, significaret ista Venus: *indignum esset persona mea, si poenas non luerent inimici, quae pectus meum exsaturarent: ἢ θεοὶ μὲν οὐδαμοῦ, Τὰ θνητὰ δ' ἔσται μεγάλα, μὴ δόντος δίκην*, Iris ait in *Eurip.* Herc. v. 841. *Ovidii* Pallas Met. VI, 4. *Numina nec sperni sine poena nostra sinamus.*

c Vs. 53. — *ἔξω τῶνδε βήσομαι τόπων*] Ex aliis etiam Codd. quibus accedunt Flor. et Paris. sic edidit *Musgravius* pro *δόμων·* hanc et illam memorans *Schol.* monstrat in suis Codd. lectionem utramque repertam: minus cogitate si scripserat *Euripides* primum *δόμων*, non miror in Editione correcta dedisse *τόπων*, nam scena dramatis ante aedes regias Pitthei
d statuitur Troezene: infra quoque v. 1393. *"Εστ' ἐν δόμοισι τοῖςδέ γ' "Αρτεμις θεά*; vulgabatur ante, quam ex optimo Codice *τόποισι* recepisset *Musgravius.* — Nihil ille varietatis enotavit in v. 55. quo *"Αρτεμιν τιμῶν θεὰν* praebent saltem duo Codd. Flor. et Paris. pro *θεόν*. Hic alteram tamen lectionem praefero; sed in Androm. v. 1258. Florentinam, *θεὸς*
e *συνοικήσεις θεᾷ·* vulgatae *θεῷ*. in Bacch. legitur v. 296. *θεᾷ θεὸς "Ηρα ποθ' ὡμήρευσε.* In Hec. v. 355. *"Ιση θεῇσι* est in Codd. Leid. et in Troas. v. 23. *'Αργείας θεᾶς* dat Cod. Flor. in Iphig. Taur. aliquoties *Dea θεὸς* sed multo frequentius et plus vicies dicitur *θεά*. Ceres et Proserpina Athenis dicebantur *τὼ θεώ*, sed *Dea ἡ θεὸς* illic etiam erat dicenda, quod *Luciano* T. III. p. 205. *Macrobio* p. 247. aliisque pro *ὁ θεὸς* restituen-
a dum est: *Deum Venerem* quoque dixisse Romanos docet *Macrob.* Saturn. III. c. VIII.

Vs. 58. *"Επεσθ' ᾄδοντες ἕπεσθε Τὰν Διὸς* etc.] In versum 57. *τε* pro *δὲ*, hic pro *ἀείδοντες* recepit *ᾄδοντες Musgr.* ex Codd. quibus concinunt Flor. et Paris. in quo mox semel tantum scriptum nomen *"Αρτεμιν·* et, loco quatuor versuum,
b ista tantum, *Ζανὸς γένεθλον χαῖρε Λατοῦς καὶ Διὸς "Αρτεμι* — Ista v. 60. *Πότνια πότνια σεμνοτάτα*, saepius in Mariam trans-

tulit virginem *Conditor* insulsi dramatis *X. Π.* v. 100, 130, 560, 646. *Euripidis* hic venatoribus, opinor, obversabatur *Homeri*, ex Il. *Φ*, 470. πότνια θηρῶν Ἄρτεμις ἀγροτέρη. est illic in *Cod. Leid. MS. Scholion* vetus: Πότνια, ἡ δεσπότις. (sic leg.) μεταβαλὼν δὲ Ἀνακρέων φησὶ, Δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν. — In Cod. Paris. ut ad v. 70. omittitur Hippolyti no- c
men, sic ad v. 60. non Χοροῦ sed recte meo iudicio legebatur adscriptus index Θεραπόντων. Quos in venando comites habebat, Hippolytus alloquitur *Senecae* dramatis initio. Hic qui domum a venatione cum Hippolyto redibant ista cantasse, non chorum, veteres etiam videre *Scholiastae*, quorum alter, ἄλλοι τινές εἰσι παρὰ τὸν Χορόν· ὁ γὰρ Χορὸς ἐκ Τροιζηνίων γυναικῶν. alter, ἕτεροι, inquit, εἰσὶ τοῦ Χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ d
Ἀλεξάνδρᾳ ποιμένες. illic itaque fuerunt etiam a choro diversi *Pastores*, quod non animadvertit *Heathius:* horum in reliquiis etiam *Euripidis* Alexandri *Ennianis* fit mentio p. 232. *Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant.* Quid ex *Euripidis* more scribendi praecesserit aestimare licet ex *Ovidii* Her. Ep. XVI, 357, 358. — Cum hoc cantico suavissimum e
melos *Agathonis* et huic accinentis chori comparari poterit in *Aristoph.* Thesmoph. v. 120. Τὰν ἐν ὄρεσι δρυογόνοι — Σι κόραν ἀείσατ' Ἄρτεμιν Ἀγροτέραν. Χορ. Ἕπομαι κληΐζουσα σεμνὸν Γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς, Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ. v. 135. Χαῖρ' ὄλβιε παῖ Λατοῦς. hoc quoque Chori in *Eurip.* Iphig. Aul. v. 1520. Ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν Κλήσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν.

Vs. 68. Αἰ μέγαν κατ' οὐρανὸν Ναίετ'] Paris. Cod. Ἁ 170
μέγα κ. ο. Ναίεις· hoc ultimum praebet et Flor. et *Musgrav.* a
ex aliis. Haec quoque fortasse fuerit duplicis Editionis diversa lectio. Hic certe scribi potuit: Ἁ μέγαν κατ' οὐρανὸν Ναίεις εὐπατέρειά γ' αὐλὰν Ζανὸς, πολύχρυσον οἶκον· quae mihi lectio vulgatâ melior videretur. Ultima, prout vulgantur, iuncta quoque legit *Eustathius;* nam ad initium Il. *Δ.* ὁ παρ' b
Εὐριπίδῃ, inquit, Ζηνὸς πολύχρυσος οἶκος ἐκ τοῦ Ὁμηρικοῦ χρυσέου δαπέδου εἴληπται. Sed simul tamen ad αὐλὰν, Ζανὸς pertinere nomen fatendum est: *Diis* se dicit *omnibus invisum Aeschyli* Prometheus v. 120. ὁπόσοι Τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσιν· illic intelligens *magni tecta Tonantis Regalemque domum,* in quam de rebus humanis Dii conveniebant cum Iove consulturi: Iupiter in *Platonis* Critia T. III. p. 121. C. ξυνήγειρε c
θεοὺς πάντας εἰς τὴν τιμιωτάτην αὐτῶν (f. αὑτοῦ) οἴκησιν, etc. *Auctor* Axiochi p. 162. memorat τὴν ὑπόγειον οἴκησιν, ἐν ᾗ βασίλεια Πλούτωνος οὐχ ἥττω τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς· sed in isto loco *Stobaei* praebebat Codex MS. qui fuit *Anton. Augustini,*

(ut οἴκησιν) οὐχ ἧττον τῶν τοῦ Διός· Iovis aula, εὔπαις illa
d quidem sive καλλίπαις, minus commode mihi dici videtur, εὐπατέρεια, aptissime autem Diana: εὐπατέρειαν Ἄρτεμιν canebat Orpheus *Apollon. Rhod.* I, 570. quibuscum Euripidea comparat Ill. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. in Dian. v. 4. Minerva *virgo* dicitur εὐπατέρεια *Comico* in *Schol.* ined. in *Aristid.* Codice *MS.* Clar. *Burmanni* p. 132. sic enim scribi debuerat, non εὐπάτειρα.

e Vs. 73. Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου Λειμῶνος] Dubitarunt Grammatici veteres, utrum haec essent de florum corona capienda proprio sensu, an figurato, de hymno, quem Deae dixerit Hippolytus; an utroque simul; ut coronam, quam gestabat imponendam statuae Dianae, primum quidem significaverit, sed simul laudum coronam, quam Deae
a suae virgini pudicus necteret. In *Scholiis Philochorus* φησὶ, τῷ μὲν ξοάνῳ πλεκτὸν στέφανον (infra τὸν χειροποίητον) προσφέρειν, τῇ δὲ θεῷ τὸν ὕμνον, ἐξ — ἀδόλου καὶ ἀφθάρτου διανοίας. Absurde legitur in iisdem: ὁ Φιλόχορος τὴν ἐν Ἄγραις Ἄρτεμιν τῷ μὲν λόγῳ στέφεσθαι φησίν. ubi scribendum esse τῷ μὲν λωτῷ στέφεσθαι, *loto coronari*, vel ista monstrant ad v. 58. lecta, Τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος οἱ μὲν δικτάμῳ, οἱ
b δὲ ἐχίνῳ, (corrigendum σελίνῳ, *apio*,) οἱ δὲ λωτῷ στέφεσθαι φασί. De hymno, *quo Dianam celebraverat*, Euripidea *M. A. Muretus* accepit V. L. VIII. c. 1. versus hos undecim numeris Latinis suavissimis interpretatus, quos huc libenter transscriberem, nisi *Mureti* libelli omnium essent in manibus. Nec sane mirandum est de sensu hic allegorico cogitasse *Scholiastas*;
c quum nihil in his inveniatur, quod non antiquissimi iam Poëtae transtulerint in sensus figuratos, quibus πλέκειν ὕμνον aeque dicebatur ac πλέκειν στέφανον. *Pindarus*, ἀνδράσιν αἰχμηταῖσι πλέκων Ποικίλον ὕμνον, de se ipso sic loquitur Ol. VI, 147. *Horatius* Carm. I. Od. XXVI.

ô quae fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiae coronam,
Pimpleï dulcis.

d In Epigramm. *Antipatri Sidonii, cum Sapphone* Πειθὼ

Ἔπλεκ' ἀείζωον Πιερίδων στέφανον.

Nota *Meleagri* corona, μύσταις Κοινὸς ὁ τῶν Μουσέων ἡδυεπὴς στέφανος, in quam ἐνέπλεκε flores de quorumvis Poëtarum veterum pratis decerptos. *Lucretius*, I, 725. *Avia Pieridum*

peragro loca; — iuvatque novos decerpere flores; Insignemque e
meo capiti petere inde coronam; Unde prius nulli velarint tem-
pora Musae. *Aristoph.* Ran. v. 1334. ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυ-
νίχῳ Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων. — In sensus
certe figuratos Euripidea saepe veteres transtulere; ne dicam
conditorem Trag. Christ. P. v. 2588, 89. ubi eadem paene ver-
ba leguntur, et v. 2602. Καὶ σοὶ χαριστήριον ὕμνον νῦν πλέ- 171
κω· *Clemens Alex.* in suum Παιδαγωγὸν p. 313. a

Σοὶ τόνδε κἀγώ, Παιδαγωγὲ, προσφέρω
Λόγοισι πλέξας στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος.

huc quoque respiciens Strom. I. p. 322, 16. De multis, qui-
bus, ista figurato sensu adhibentibus, Euripidea videntur ob-
versata, nunc unius tantum verba profero *Themistii* ex Or. b
XV. p. 185. A. *cur non liceret*, καθάπερ μοι ἔθος, ἐκ τῶν
Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων δρεψαμένῳ ἄνθη ἀκή-
ρατα, καὶ ὧν σίδηρος οὐ θιγγάνει, στεφάνους πλέξαι τῷ βασι-
λεῖ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας; hinc similia Sophistarum dicta
poterunt aestimari. *Philostratus* accepit Euripidea sensu na-
turali prooem. Heroic. p. 665. m. et Icon. II. in Hippolyti tur-
piter ab equis dilacerati pictura p. 815. m. σκοπιαὶ γὰρ αὗται, c
δι' ὧν ἐθήρας ξὺν Ἀρτέμιδι, δρύπτονται τὰς παρειὰς ἐν εἴδει
γυναικῶν· λειμῶνες δ' ἐν ὥρᾳ μειρακίων, οὓς ἀκηράτους ὠνό-
μαζες. Purum ille pratum spectabat *Euripidis*, Dianae, ni fal-
lor, sacrum, in quo flores *opifex coronae* legerat Hippolytus,
quam Deae iucundam eius statuae imponeret. In *Homeri* H.
in Mercur. v. 72. θεῶν μακάρων βόες dicuntur Βοσκόμεναι
λειμῶνας ἀκηρασίους. alio longe sensu παρθένων κῆπος ἀκήρα- d
τος *Ibyco* dicitur *Athen.* XIII. p. 601. B. quam κῆπος Ἡρα-
κλήϊος mirificus ille sacer Herculi hortus Trachine, memora-
tus in *Oraculo* ap. *Euseb.* Praep. V. p. 214. A. Prata quo-
que sua Dea habuit venatrix, in quibus studio venandi forte
lassata procumberet. Iphigenia in Aulide *Euripidis*, v. 1464.
deduci tandem cupit Ἀρτέμιδος εἰς λειμῶν', ubi esset mactan- e
da. ibidem v. 1543. Ἐπεὶ γὰρ ἱκόμεσθα τῆς Διὸς κόρης Ἀρτέ-
μιδος ἄλσος, λείμακάς τ' ἀνθηφόρους. recte mihi clar. *Io.*
Piersonus correxisse videtur Iphig. in Taur. v. 1462. Σὲ δ' ἀμ-
φὶ σεμνὰς, Ἰφιγένεια, λείμακας (pro vulg. κλίμακας) Βραυ-
ρωνίας δεῖ τῆσδε κληδουχεῖν θεᾶς. Quando Noster in Phoen.
v. 1564. Λωτοτρόφον memorat λείμακα, lotos autem plecten-
dis etiam inserviebat Dianae coronis, illam etiam herbam in- a
venire potuit in hoc prato Hippolytus, de quo saltem dubitari
nequit, quin prodierit in scenam *gestans coronam*, capiti Dia-

nae, quae stabat ante aedes avitas, imponendam. Illud dignum memoratu quod de Agesilao scribit *Xenophon*, Ephesi milites suos ad bellum certaminibus variis exercente, *Ἑλλην.* III. p. 292, 36. et, quas praemia reportaverant, coronas pie
b Dianae dedicantibus: *ἐπερῥώσθη δ' ἄν τις καὶ ἐκεῖνο ἰδὼν, Ἀγησίλαον μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους στρατιώτας ἐστεφανωμένους ἀπὸ τῶν γυμνασίων ἀπιόντας, καὶ ἀνατιθέντας τοὺς στεφάνους τῇ Ἀρτέμιδι.*

Vs. 75. *Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ,*] His usus *Plutarch.* c. Epicur. T. II. p. 1094. A. indignum esse scribit,
c illius voluptates comparando cum honestis, *καταισχύνειν τὸν Ἑλικῶνα καὶ τὰς Μούσας, Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ, Οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος· ἀλλ' αὗται μέν εἰσιν ὡς ἀληθῶς ἀκήρατοι νομαὶ τῶν μελιττῶν· ἐκεῖνα δὲ συῶν καὶ τράγων κνησμοῖς ἔοικε.* Spectasse mihi videtur *Euripidis* versus *Ovidius* in his Heroid. Ep. XVI, 55. *Est locus in mediae nemorosis vallibus Idae, — Qui nec ovis placidae, nec amantis saxa capel-*
d *lae, Nec patulo tardae carpitur ore bovis.* et, dum Narcisso fatalem fontem pingebat, Metam. III, 408. *Quem neque pastores, neque pastae monte capellae contigerant, aliudve pecus: quem nulla volucris Nec fera turbarat.* Cypri mons *Invius humano gressu,* Veneri sacer, venuste describitur *Claudiano* de Nupt. Honor. et Mar. v. 50. et seqq.

e V. 76. *Οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος*] Formam praebet Paris. Cod. quae Choro congrueret *σίδαρος.* nam literam *α* hic alterius esse lectionis vestigium non ausim suspicari; *Scleriam* tamen arbitror Tarentinum a vulgata diversam in suo Codice legisse, hanc nempe:

Οὐδ' ἦλθέ πω σύαγρος·

quam absurdam nemo facile dixerit: *in sacrum illud pratum*
172 *nec pastor immittere oves, capras, boves; neque intrare solebat*
a *fera* sive *aper: securi, ferro, σιδήρῳ,* arbores in sacris poterant nemoribus violari; sed in hoc sacro Dianae prato *τί δέ κεν ῥέξειε σίδηρος*; ut alibi *σύες ἔργα,* sic et illic poterant flores apri conculcare, *σύες φυτὰ λυμαίνεσθαι, Callim.* h. Dian. v. 156. Sed *falcem* fateor messorum *σιδήρῳ* posse designari;
b vocem istam praeterea lectam *Plutarcho* videri, et *Themistio;* repertam certe *Scholiastis;* nam prostant et haec in Scholiis: *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ σίδηρος εἰς τμῆσιν ἦλθε τοῦ λειμῶνος, καὶ αὐτοῦ τὰ ἄνθη περιέκειρε.* Nec offendit illa *Muretum,* qui dedit: *Quo — Neque falcis unquam venit acies improbae.* Si quis insolentius hac in re positum *ἦλθε* censuerit, cum de cibis

in mensam illatis adhibeatur, et pecunia dicatur ad aliquem ἐλθεῖν, hoc quoque modo σίδηρος aliis forte videbitur in sa- c
crum illud pratum *venire* potuisse. Sed sit maneatque vetus et ista lectio, si quis ita velit, inviolata; dummodo liceat dixisse, ab hac diversam in aliis forsan etiam obtinuisse Codicibus: Οὐδ', aut potius Οὔτ' ἦλθέ πω σύαγρος· Ex Meleagro *Scleriae* Tarentini servavit ista nobis *Athen.* IX. p. 402. C.

Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ νέμειν βοτὰ,
Οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος καπρώζεται. d

ultimum attigit *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Π. 1025. duo versus istos transscripsit *Eustath.* in Od. *T.* p. 705, 48. Profert *Athenaeus* ut ostendat Sicilienses Graecos, τὸν σύαγρον, Ἀσχέδωρον dixisse, *Aeschyli* quoque verba aprum sic vocantis, qui moratus in Sicilia vocibus Σικελικαῖς multis fertur usus. *Hesychii*, e
Ἀσχέδωρος, ὁ σύαγρος παρὰ Ἰταλοῖς· spectant ista *Scleriae.* Vocem autem σύαγρος *Sophoclem*, *Dionysium*, *Antiphanem* adhibuisse docet ibidem *Athenaeus.*

Vs. 77. Μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται] Quia scribitur in Euripideis et Sophocleis plus semel ἦρος et ἠρινὸν, vulgatae postposui formam aeque legitimam ἐαρινὸν, quam, praeter alios a
Codd. *Musgravii*, praebent Florent. et Paris. in hoc praeterea Codice legitur Μέλισσα χῶρον ἐαρινὸν διέρχεται. Ab *Euripide* scribi potuit:

ἀλλ' ἀκήρατον
Μέλισσα λειμῶν' ἐαρινὴ διέρχεται·

cum enim λειμῶνα iam dixerat ἀκήρατον, dicenda μέλισσα videbatur ἐαρινή. et sic legisse *Scholiasten* opinor, ἐαρινὴν δὲ αὐτὴν λέγει ἤτοι ὅτι μέλισσα ἥδεται τῷ ἔαρι, διὰ τὰ ἄνθη· ἢ b
ὅτι αἱ καθαραὶ ψυχαὶ ἀεὶ ἐν ἄνθεσιν εἰσί· τὸ γὰρ (L. τὸ γὰρ ἔαρ) ἀνθέων γεννητικόν. Sic εἰαρινοὶ κόσσυφοι sunt in *Anthol.* I. c. XX. ep. 16. εἰαρινῇσι χελιδόσιν *Oppian.* Ἁ. I, 729. ἠρινῆς ἀηδόνος. *Heliodor.* V. p. 206. *Antholog.* I. C. LX. ep. 12. Ἀτθὶ κόρα μελίθρεπτε, λάλος λάλον ἁρπάξασα Τέττιγα —

Τὸν ξένον ἁ ξείνα· ἀρινὸν ἠρινά. c

Vtraque forma mendosa est, neque enim ἀρινὸν, ut nec ἀνὰρ, Dorice scribebatur; corrige:

Τὸν ξένον ἁ ξείνα· ἠρινὸν εἰαρίνα.

formam utramque praebent et epigrammata L. III. c. XXIV. 20. c. XXVI. ep. 69. L. VII. ep. 13. *Crinagorae*, inter *Reiskiana* N. 542. ἠρινὸν ἠέλιον. In *Longi* Pastor. II. p. 70. pro d

τὴν εἰρήνης ὥραν ἀνέμενον, praestat utique scribere, τὴν ἠρινὴν ὥραν, quam τὴν τοῦ ἦρος cum *D'Orvillio* in *Charit.* p. 93. Apud eumdem *Longum* I. p. 8. ἦρος ἦν ἀρχὴ, — ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται. *Homero* πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν, Il. *B.* 89. κατὰ νέον ἔαρ nempe, *vere novo*, vel *vere suo*, vel *aestate nova*; *Virgil.* Georg. IV, 22. *cum*
e *prima novi ducent examina Reges Vere suo.* Aen. I, 434. *Qualis apes aestate nova per florea rura*: ἔαρ φαίνουσα μέλισσα *Niciae* Anthol. I. c. XXXIII. ep. 31. — Non omittendum quod me monuit Amiciss. *Ruhnkenius*, in Anthologiae versu, quem vere, ni fallor, emendavi, Codicem praebere Palatinum θέρινον θέρινα· hinc scribi quoque posse, τὸν θερινὸν θερινά.

173 Vs. 78. Ἕως δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις] Sublata fuit
a Codicibus, quos novimus, antiquior menda: pro *Αἰδὼς* suum Ἕως recuperavit *Euripides.* Quid enim ista significabant, aut Latina *Mureti*, *Puris honestus quos rigat lymphis Pudor? Aurorae* hic mentionem non *Pudoris* requiri viderunt Critici, *Is. Vossius*, *Ier. Marklandus*, et *Io. Toupius* Em. in *Suid.* II.
b p. 19. sed huic uni *Toupio* laus debetur Atticae vocis formae restitutae Ἕως· quam adhibent et *Eurip.* in Elec. v. 102. Phaëth. v. 34. *Sophocles* Oed. in Col. v. 469. Thyeste, ceterique: conf. n. in *Herodot.* P. 657, 19. *Photius* in Lex. *MS.* Ἕως, οὐχὶ Ἠὼς τὸ Ἀττικόν ἐστι. Ξενοφῶν δὲ Ἠὼς λέγει ποιητικῶς κατακόρως ἐν Κύρου παιδείᾳ. ἣν πρὸς ἠὼ ἥντε πρὸς ἑσπέραν. nostris in Edd. *Xenophon.* vulgatur ἥντε πρὸς ἕω,
c p. 2, 13. Latinis Poëtis *Eos*, ut Ἑῷος, in *Eurip.* Elec. v. 786. *Eous*: in choris ἀὼς et ἀοῖος· Carminis *Ionis* Chii hoc habet initium *Schol.* in *Aristoph.* Εἰρ. v. 835. Ἀοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείνομεν (forte leg. ἀστέρ' ἀείδομεν) Ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον. *Virgil.* Georg. I, 288. *Sole novo terras irrorat Eous.* *Claudiani* Venus de Raptu Pros. II, 120. *ite so-*
d *rores*, (ad flores legendos) *Dum matutinis praesudat solibus aër, Dum meus humectat flaventes Lucifer* (Ἑωσφόρος) *agros, Roranti praevectus equo.* L. III. v. 232. *Et prima sub luce legunt, quum rore serenus Albet ager, sparsosque bibunt violaria succos.* Quas illic *Lucifer*, alibi partes gerit easdem *Zephyrus*: in monte Veneris *Intus rura micant, manibus quae subdita nullis Perpetuum florent, Zephyro contenta colono;*
e istum λειμῶνα, fecundo rore humentem, velut κηπουρὸς Zephyrus suis flatibus mulcebat; *Mulcet* (ut) *Elysias aura beata rosas*, *Propertio* IV. Eleg. VII, 60. *Senecae* Hippolytus v. 11. *Hac hac alii — qua prata iacent; Qua rorifera mulcens aura Zephyrus vernas evocat herbas.* Ista scribentis animo obversa-

batur, ni fallor, Euripidei Hippolyti purum illud pratum, cuius gramen et flores Lucifer, aut Aurora, ποταμίαισι κηπεύει a
δρόσοις· *humore* contigui *fluminis irrorans alebat: Ovid.* Met. III, 411. *Gramen erat circa, quod proximus humor alebat:* φέρβει, *Pindaro* Ol. II, 134. *Messis contiguum sorbens de flumine rorem,* est in *Gratii* Cyneg. v. 37. *Irriguis nutrice canalibus hortos Calpurnii* Ecl. II, 35. est et κηπεύειν. sensu paulo diverso *Eubulus Athenaei* XIII. p. 568. F. οἵας b

Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας·

Puellas intelligit populeas, *Et,* ad Padi ripas, *flentes semper germani funere sylvas, Nemesian.* Cyneg. v. 38.

Vs. 79. Ὅσοις διδακτὸν μηδὲν ἀλλ' ἐν τῇ φύσει] Cum his non bene cohaerent proxima, Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάντ' ἀεί. Cuiuscunque coniecturam, εἴληχον, formam non c
Graecam recepit in contextum *Barnes:* Graeca, Macedonica saltem, esset εἴληχαν, pro εἰλήχασι, sed nec illa tamen in *Euripidis* versu ferenda. Hic quoque marginis lectio corrupisse videtur alteram. Primum pro ἀεὶ scripta Codicum est optimorum Flor. Paris. et aliorum *Musgravii,* εἴληχεν εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς. Nunc ponam primum ex *Eurip.* Bacch. v. 315. d

— — ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.

Eadem in prima Edit. *Hippolyti* hoc loco dedisse videtur *Euripides;* sed haec in Editione secunda:

Ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλά γ' ἡ φύσις
Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς.

Quibus nihil est ex institutione doctorum, sed quorum natura e
temperantiam ad omnia pariter velut sortem fuit adepta. In his literae γ' ἡ ubi in τῇ fuerant mutatae, ex marginis lectione diversa facile vitiari potuit emendatior scriptio: marginis lectionem monstrat diversitas vocum ἀεὶ et ὁμῶς. Mihi quidem ἐν τῇ φύσει iungendum videtur cum ἔνεστι, sicut iungitur in loco Baccharum, ex quo hanc expressit *Auctor* Trag. *Χρ. Π.* 174
sententiam egregiam v. 261. a

Οὐ γὰρ θεός σε σωφρονεῖν ἀναγκάσει·
Ἐν τῇ προαιρέσει δὲ καὶ γνώμῃ βροτῶν
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.

Sic in *Eurip.* Hel. v. 1008. Ἔνεστι δ' ἱερὸν τῆς Δίκης ἐμοὶ μέγα Ἐν τῇ φύσει. *Demosthen.* c. Aristog. I. p. 487. §. 50. καὶ Δίκης γε — καὶ αἰδοῦς εἰσὶν ἅπασιν ἀνθρώποις βωμοὶ, οἱ μὲν κάλ- b

λιστοι καὶ ἁγιώτατοι ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου καὶ τῇ φύσει. *Eurip.* Elec. v. 390. Ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο κἂν εὐψυχίᾳ. *Aristoph.* Nub. 486. Ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ φύσει. — In altera lectione, — ἡ φύσις Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν, qua semper adhibetur εἴληχε structura, forma tantum distans ab ἔλαχε vel λέλογχε· quorum duo tamen priora magis Atticis sunt Poëtis
c usitata: εἴληχε, frequens *Aeschylo*, *Sophoclis* est in Aj. v. 1077. ἣν ὅδ' εἴληχεν τύχην. in eius Oed. in Col. v. 1333. σύ τε

Κἀγὼ τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες.

frequens et illic vitium haeret ἐξειληφότες, ut εἰλήφασιν pro εἰλήχασιν in Homil. *Clement.* XVII. §. 4. *Moschion* in *Stobaeo Grot.* p. 515. morte

Τὸ σῶμα κωφοῦ τάξιν εἴληχεν πέτρου.

d vulgatur εἴληφεν. In *Soph.* est Elec. v. 1141. Τύμβου πατρῴου κοινὸν εἰληχὼς μέρος. Ex *Eurip.* Polyido dictum variis commemoratum, Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές. *artes sortito velut accepit*: Nam *illa omnes artes perdocet*, *ubi quem attigit*, *Plautus* Sticho I. sc. 3, 24. Hippolytus sic Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν, ad omnes res honestas τὸν νοῦν ἔχων διδάσκαλον
e οἴκοθεν· de se testatur in *Eurip.* Troasin Andromache v. 647.

τὸν δὲ νοῦν διδάσκαλον
Οἴκοθεν ἔχουσα χρηστὸν ἐξήρκουν ἐμοί.

et in Χρ. Π. v. 545. de se Maria: τὸν δὲ νῦν (L. νοῦν) διδάσκαλον Αὐτῆς ἔχουσα Χριστὸν (L. χρηστὸν) ἐξήρκουν ἐμοί. — Ceterum respicit in his nostris *Euripides* quaestionem, isthac aetate iam agitatam in scholis Sophistarum, περὶ ἀρετῆς, εἰ
a διδακτόν· quam tractarunt in Menone *Plato*, *Aeschines Socr.* Dial. I. *Auctor* διαλέξεων Doricarum de Virtut. et Vitiis Diss. V. *Plutarchus* scripto libello docuit ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Egregie *Quinctilian.* Instit. Orat. XII. c. 2. init. *virtus, etiamsi quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est.* paucis dixerat idem, *Pindarum* sequutus, *Horatius* Carm. IV, Od. IV, 33.

b *Doctrina sed vim promovet insitam.*

Scripsisse videtur *Auctor* ad Herenn. III. c. XVI. *Nec hoc — minus in hac re, quam in ceteris artibus fit, ut ingenium doctrinâ, praeceptione natura nitescat:* non, sicut vulgatur, *ingenio, doctrina, praeceptione.* Quin secundum *Euripidem* etiam Iphig. in Aul. 561. *animi indoles*, Τροφαί θ' αἱ παιδευό-
c μεναι Μέγα φέρουσιν εἰς ἀρετάν.

Vs. 82. — *χρυσέας κόμης Ἀνάδημα δέξαι*] *Muretus:*

At tu aureae regina vinculum comae,
Amica, suscipe, pia quod pergit manus.

Perparum refert hoc modo legatur, an, quod ego legi malim, *χρυσέᾳ κόμῃ Ἀνάδημα δέξαι· in comam auream accipe redimi-* d
culum, sive coronam ex floribus contextam de puro prato lectis: *Rure puer verno primam de flore coronam Fecit, et antiquis imposuit Laribus*, *Tibullus* II. Eleg. I, 59. Ista *δέχεσθαι* structura poni solet; *Soph.* Aj. 670. *Ἐγὼ γὰρ ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην. Lucian.* T. II. p. 252. *οὐκ ἔτι τὸν τοιοῦτον οὔτε στέγη τις ἐδέχετο, οὔτε πυρὸς ἢ ὕδατος ἐκοινώνει.* scribendum *οὔτε στέγη τις, neque tecto quis recipiebat: Eurip.* Orest. v. 46. e
μήθ' ἡμᾶς στέγαις Μὴ πυρὶ δέχεσθαι· sic saepissime loquuntur in talibus.

Vs. 85. *Σοὶ καὶ ξύνειμι καὶ λόγοις ἀμείβομαι*] Versu praecedente vulgata non deterior Codicis est lectio Flor. *Μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ' ἐμοὶ βροτῶν γέρας.* Hoc autem litera repetita scribi more poterit usitato, *καὶ λόγοις σ'* (id est *σε*) *ἀμείβομαι.* Vtramque videtur in suo Codice *Scriptor* invenisse Trag. *Χρ.* 175
Π. in qua sunt vss. 2585, 87. *Μόνον* (f. *Μόνῃ*) *γάρ ἐστι τοῦ-* a
τό σοι βροτῶν γέρας· — Ὅθεν πεποιθώς σ' ἐν λόγοις ἀμείβομαι. — Huc spectans *Xenophon*, aut quicunque scripsit Cynegeticon, p. 568, 30. *Ἱππόλυτος*, ait, *ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἐτιμᾶτο, καὶ ἐν λόγοις συνῆν·* monuit hoc *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. in P. L. v. 101. conf. *J. Markland.* in *Eurip.* Suppl. b
v. 958.

Vs. 86. *Κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν*] Sequutus *Musgravium*, *αὐδὴν* ex eius Codd. recepi pro *αὐδῆς·* Incertus utrum poneret adnotavit utramque lectionem scriptor Cod. Paris. Nobis probata hic melior est, ubi sonus tantum aures accidit: *Homero* sensu diverso adhibentur *ἔκλυον* vel *ἔκλυεν αὐδὴν*, et *ἔκλυες αὐδῆς.* Hic possent loca quoque de libris c
nostris Sacris tractari, quibus *ἀκούειν* diversa ponitur structura: sed Euripidea tractanti satis erit excitasse *Sophoclis* Phil. v. 1407. *Φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους Ἀκοῇ τε κλύειν, λεύσσειν τ' ὄψιν. Eurip.* Iph. Taur. v. 1447. *Κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν, θεᾶς.* Vlyssi saepius auxiliatrix Minerva vocem quidem audiendam, nec se tamen homini mor- d
tali praebebat conspiciendam: in *Soph.* Aj. v. 15.

Ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως
Φώνημ' ἀκούω.

In Rheso v. 608.

Δέσποιν' Ἀθάνα, φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην
Τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν.

e Et rari raesentes hominibus se ostendebant: Epithalamii Pelei et Thet. *Catulliani* versus est ultimus: *Nec se contingi patiuntur lumine claro.* Ad Moysen verus Hebraeorum Deus in *Ezechielis* Iudaei Tragoediae reliquiis v. 102.

Ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν ἀμήχανον,
Θνητὸν γεγῶτα· τῶν λόγων δ' ἔξεστί σοι
Ἐμῶν ἀκούειν.

a In A. A. notum Saulo quid evenisse dicatur comitibusque.

Vs. 87. *Τέλος δὲ κάμψαιμ', ὥςπερ ἠρξάμην, βίου*] Idem versus est in *Χρ. Πάσχ.* 2593. sed legitur illic, *ὥςπερ ἠυξάμην*· quam dat lectionem Codex etiam Flor. minime absurdam. Carmen suum quoddam orsus ab Hippolyti corona *Clemens Alex.* sic claudit p. 314.

b *Τάξιν δὲ τοῦ δέοντος αὐταρκεστάτην,*
Πάτερ, παράσχου, καὶ καλὸν βίου τέλος.

Tale saepe votum legitur in Hymnis qui dicuntur *Orphei*: *ἀγαθὴν δ' ὄπασον βιότοιο τελευτήν· Πέμποις εὔολβον βιότου τέλος· Κλῦθί μου εὐχομένου, βιότου τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων.*

c Vs. 88. *Θε. Ἄναξ· θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών.*] Est inter interlocutores dramatis *Θεράπαινα*· hic vero cum Hippolyto loquitur *θεράπων*, minister quidam ex aula Pitthei, quem *senem* fuisse monstrant vss. 107. et 114. Versus *Eustathio* non intellecti in Il. *Α.* p. 16, 34. Il. *Γ.* p. 321, 15. (nam censet sic loquutum *Euripidem*, *ὡς ταυτὸν ὂν ἄνακτα εἰπεῖν καὶ θεὸν*,) sensum perspexisse mihi videtur Clar. *Musgravius:*
d Recte etiam *Schol.* accipi posse scribit *τὸ μὲν Ἄναξ ἐπὶ τοῦ Ἱπολύτου, τὸ δὲ Δεσπότας ἐπὶ τῶν θεῶν. Rex; nam Deos decet δεσπότας, dominos, nuncupare*, non homines mortales. Reges istius temporis in Graecia, *ἄνακτες*, civium tantum erant inspectores et commodorum civitati *curatores*. Ad suos Graecos *Xenophon K. Ἀ.* III. p. 178, 37. *οὐδένα ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε.* In Perside atque alibi in
e Oriente Reges, ut erant, habebantur veluti *δεσπόται*. Graeci, quamvis *dominos esse omnium rerum ac moderatores Deos* agnoscerent cum *Cicerone* de LL. II. c. 7. ne Deos quidem suos libenter *δεσπότας* appellabant: *Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης* legitur in quadam *ῥήσει*, quam velut *Diphili* nobis exhibent, vel *Phi-*

Iemonis, *Justinus M. Clemens Alex*, *Eusebius*, *Theodoretus:* sed cum aliis multis hanc quoque *ῥῆσιν* ab illis confictam arbi- 176
tror, qui Deum O. M. sub hoc nomine venerabantur. a

Vs. 93. *Μισεῖν τὸ σεμνὸν*,] In versu praecedenti, quo *του* forte rectius scriberetur, licuit opinor mutare distinctionem receptam verborum, quorum hic situs esset nativus: *οὐκ οἶδα δὲ καὶ περὶ τίνος (νόμου) μ' ἀνιστορεῖς.* — Quod sequitur *τίς δ' οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν·* in Cod. Paris. explicatur b
ποῖος κενόδοξος οὐ μισητός; Quae Philosophis laudatur, *Σεμνότης* est *blanda vultus gravitas; τὸ σεμνὸν ἁπλάστως M. Antonino* I, 9. *οὐ ταῖς τοῦ προσώπου συναγωγαῖς, ἀλλὰ ταῖς τοῦ βίου κατασκευαῖς Isocrati* in Euag. p. 197. D. qualem gravitatem mite supercilium comitatur. Hic vero *τὸ σεμνὸν*, *odiosa* est *arrogantia*, et *superbi αὐθάδεια.* Vbi *Suidas* in *Σεμνὸν* dixerat, *ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασιν*, adfert c
eam in rem haec *Euripidis* et ex Medea v. 216. verba; *Photio* etiam adhibita in Lex. MS. recte tractata *M. A. Mureto* V. L. VIII. c. 17. — Infra Hippol. v. 1064. *τὸ σεμνὸν* est *ficta gravitas oris: Aristoph.* Nub. 48. Plut. v. 275. *Ὡς σεμνὸς οὐ' πίτριπτος. Terentius* Heaut. V. sc. III. v. ult. *quam severus! rem, cum videas, censeas. Plautus* Cas. III. sc. II. v. ult. d
quum aspicias tristem, frugi censeas. Veteres in hac quoque voce sequuntur Sophistae. *Euripidis* in Alc. v. 773. *σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις*, v. 777. exponit, *Στυγνῷ προσώπῳ καὶ συνωφρυωμένῳ.* conf. v. 800. — Senex hic Tragicus verebatur ne sub gravitate Hippolyti lateret quaedam *αὐθάδεια·* eximit hunc seni metum responso suo iuvenis: *ἦ γὰρ οὐ σοφοὶ φαινοίμεθ' ἄν. alioquin enim non viderer sapere*, si be- e
ne consulenti morem nollem gerere: verbis aptissimis *αὐθάδη Sophocles* expingit in Antig. v. 717 — 720.

Vs. 96. *Πλείστη τε*] Nempe *χάρις ἐν εὐπροσηγόροισίν ἐστι.* Literam in vocula *γε* mutavi Cod. Flor. auctoritate. *Cicero* de Off. II. c. 14. *difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis, ἡ εὐπροσηγο-* a
ρία· affabilis enim est *εὐπροσήγορος.* Inter consilia data Demonico p. 8. D. *Γίνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός.* iunguntur *Dionys. Halic.* II. p. 71, 44. *φιλανθρώπως καὶ εὐπροσηγόρως ἅπασι προσενεχθῆναι καὶ ὁμιλῆσαι. Eurip.* Alc. v. 776. *Οὐ χρὴ σκυθρωπὸν* (sive *σεμνὸν*) *τοῖς ξένοις τὸν πρόσπολον Εἶναι, δέχεσθαι δ' εὐπροσηγόρῳ φρενί.* Patris irati *Τὸ δυσπρόσοιστον κἀπροσήγορον στόμα* vo- b
cat Polynices in *Soph.* Oed. in Col. v. 1273. Cyclops in *Virg.* Aen. III, 621. *Nec visu facilis nec dictu affabilis ulli*, dici po-

terat ἄπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον. Contra *Tragicus* incertus ap. *Stobaeum* p. 594, 26. Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς γῆρας εὐπροσήγορον, *Boni senectus comis accessu viri*, *Grotio* p. 484. Apud eumdem *Stobaeum*, p. 561. ῥῆσις est insignis *Moschio-*
c *nis*, ed. *Grot.* p. 435. sic nonnullis emendatis restituenda:

> Συνέσει γε δόξας πρόσθε καὶ γένει μέγας,
> Ἄργους δυνάστης, λιτὸς ἐκ τυραννικῶν
> Δόμων, προϊκτην θαλλὸν ἠναγκασμένος·
> — Ὃν πᾶς μὲν ἀστῶν ἠλέησεν εἰσιδὼν,
> Ἅπας δὲ χεῖρα κεὐπροσήγορον φάτιν
> Ὤρεξε.

d *Dataque dextra, benevolisque affatibus Solatur.* G. illic, praeter cetera, legitur καὶ προσήγορον φάτιν. minus bene: nihil enim huc faciunt quae rebus aliis saepe dicuntur apud Philosophos φίλα καὶ προσήγορα. *Polo*, et *Philolao*, Pythagoreis, ὁμόφρονα καὶ ποτάγορα.

Vs. 99. Πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;] *Ingratam Veneri pone superbiam*, *Horatius* Carm. III. Od. X,
e 9. Πῶς οὖν σεμνὴν σὺ praebet Ed. prima Flor. Paene recepissem ex Flor. Cod. σεμνὸν δαίμον' ut est etiam apud *Suidam* in Σεμνόν. *Venerandam Deam* more suae gentis σεμνὸν δαίμον' aeque ac σεμνὴν dicere potuit *Euripides*; cuius οὐ προσεννέπεις in Cod. Reg. Paris. explicatur οὐ σεβάζῃ, *non veneraris*. *Salutantis* alloquium hoc verbo significatur Hippol. v. 792. Helen. v. 1181. Ion. v. 1613. El. 552.

177 Vs. 100. — μή τι σὸν σφαλῇ στόμα] Lectio Cod. Flor.
a σφάλλῃ, si aliorum auctoritas accederet, probari posset: μὴ σφαλῇς ποτέ· *ne labaris, nequid titubes*; μή τι σφάλλῃ σὸν στόμα significaret, *nequid linguam tuam titubare faciat*: utrumque commendat usus Tragicorum; formam activam frequentat *Euripides*. — In sequente versu perparum etiam refert, utrum
b vulgata lectio probetur, an haec, Τήνδ', ἢ πύλαισι (πύλῃσιν est in Ed. prima Flor.) σαῖς ἐφέστηκεν, Κύπριν.

Vs. 104. Ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει.] Ad *Homerica*, Ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν, in Il. B. v. 400. *Eustathius* proverbium, Ἄλλα παρ' ἄλλοις καλὰ, illinc ortum scribit, et *Euripidem* ex Homereis ὠφελημένον dixisse: Ἄλ-
c λοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλοι, (L. μέλει.) versum ex perdito dramate petitum censuit *Heathius*. Huius simillimas veterum sententias *Th. Gatakerus* collegit ad illud *M. Antonini*, VIII, 43. Εὐφραίνει ἄλλον ἄλλο, *suum cuique placet*. Nu-

strum versum miror cur ibi sic scriptum dederit, *Ἄλλοισιν ἄλλα θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει. Cordi alia hominibus aliis sunt studia, et Deis:* contra mentem *Euripidis* Hippolyti. Sententiam variavit *Pindarus* Ol. I, 180. VIII, 16. Isth. I, 65. nostram proxime haec accedunt *Πυθ.* X, 93. *ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως Ἔκνιξε φρένας.* d

Vs. 106. *Οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν*] In versu praecedenti Flor. Cod. dat *νοῦν ἔχων ὅσον γ' ἔδει.* Hunc partim transsumsit *Menander*, cuius est ἐξ *Ἡνιόχου*,

Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς e
Μετὰ γραός.

Cum his *D. Heins.* Lect. *Theocr.* p. 309. alium contulit *Menandri* versum, nuper emendatum eleganti Critico, *Io. Toupio* Em. in *Suid.* II. p. 47. Deos sibi placere negat Hippolytus, qui noctu *colerentur*, Venerem, et Bacchum, cuius etiam agebantur sacra *Νύκτωρ τὰ πολλὰ*, ut ait *Eurip.* in Bacch. v. 486. a — *Ovidius* Fast. V, 309. *Hippolyte infelix, velles coluisse Dionen; Cum consternatis diripereris equis.* — In talibus dictis *θαυμάζειν*, quod et animadvertit *Marklandus*, est *colere* vel *honorare.* Ex *Euripidis* Aeolo variis citatum superest et hoc dictum:

Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς, οὐχὶ θαυμάζω θεόν,
Ὃν χὦ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

Vlyssis *Euripidei* in Philoctetae Prologo verba, *Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον Τιμῶμεν, Dion. Chrys.* in sua Paraphrasi sic expressit: *τοὺς γὰρ φανεροὺς καὶ πλειόνων ἅπτεσθαι τολμῶντας σχεδὸν τούτους ἅπαντας θαυμάζομεν.* Iunguntur *Aristophani* Nub. v. 427. *Ἡμᾶς* (Nubes) *τιμῶν καὶ θαυμάζων.* Orestes de Pylade in *Eurip.* Elec. v. 84. *Μόνος δ' Ὀρέστην τόνδ' ἐθαύμαζες φίλων.* Ibid. v. 519. *Μολὼν δ' ἐθαύμασ' ἄθλιον τύμβον πατρός, Euripidis* verbo *Canteri* coniecturam, *ἐτίμησ'*, illic substituit *Barnesius:* pater de filii praeceptore in *Xenoph. K. Π.* III. p. 41, 35. (conf. v. 25.) *μοί ἐδόκει τὸν ἐμὸν υἱὸν ποιεῖν αὐτὸν μᾶλλον θαυμάζειν ἢ ἐμέ. Isocrates* in Areopag. p. 149. C. olim iuvenes non ut hodie etc. — sed *ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον ἐν οἷς ἐτάχθησαν, θαυμάζοντες καὶ ὁμιλοῦντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας.* illic d pro *ὁμιλοῦντες*, quod in *καθομιλοῦντες* mutari nolim, scribendum arbitror *ζηλοῦντες.* ut scribit p. 175. D. *τὸν πλοῦτον θαυμάζοντες καὶ ζηλοῦντες·* et p. 344. A. *τοὺς — σοφιστὰς ἐθαύμαζον, καὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν.* similiter *θαυμάζειν*

καὶ ζηλοῦν *Democrito* iunguntur aliisque: literarum ductus propius accedit in Isocrateis ὑμνοῦντες· quod placet Clar. *D.*
e *Ruhnkenio.*

Vs. 107. *Τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.*] *Dii* quidem *sunt colendi*, sed hoc non significant Euripidea: virum etiam perdoctum in *Τιμαῖσιν* haesisse recordor. Artes, variasque humano generi commoditates aut invenerant Dii, vel tutela sua dignabantur: his commodis qui Deorum memores
178 noverant uti, dici poterant *Τιμαῖς δαιμόνων χρῆσθαι. Oppia-*
a *nus Ἁλ.* II, 17.

> *Ἄλλος δ' ἀλλοίοισιν ἐπώνυμος ἕπλετο δαίμων*
> *Ἔργοις, οἷσιν ἕκαστος ἐπίσκοπον ἤρατο τιμήν.*

Rex Deorum Iupiter sibi Reges tuendos reservasse dicebatur, alios aliorum curae demandasse: *Callim.* h. Iov. v. 72. *μακάρεσσιν ὀλίζοσιν αὐθιπαρῆκας* (vel *ἀντιπαρῆκας*) *Ἄλλα μέλειν ἑτέροισι· σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους*, etc. Singulis sic Iupiter
b partes suas in hoc universo dedit administrandas: hae partes, singulorum erant *τιμαὶ*, et quaenam tandem Veneris? has nos docebit *Hesiodus* Theog. v. 203.

> *Ταύτην δ' ἐξ ἀρχῆς τιμὴν ἔχει, ἠδὲ λέλογχε*
> *Μοῖραν ἐν ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι*
> *Παρθενίους τ' ὀάρους, μειδήματά τ', ἐξαπάτας τε,*
> *Τέρψιν τε γλυκερὴν, φιλότητά τε μειλιχίην τε.*

c Nihil horum expertus noverat Hippolytus, de semet ipse testis luculentus infra v. 1004. *Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων.* et, genus omne femineum detestatus, Veneris oderat foedera et honores; quibus sapienter *Euripidis* senex utendum statuit; nam *coelibem vitam probet Sterilis iuventus, hoc erit, quidquid vides, Vnius aevi turba: Seneca* Hipp. v. 478. Ne
d quis dubitet de hoc usu rariore vocis *τιμὴ*, conferat Eumenidas *Aeschyli* v. 422. ubi suas Dirae *Τιμὰς* vocant, homicidas exagitare: v. 577. monent Apollinem, ut sibi demandatis sit partibus contentus, neque alienas curet: *Ἄναξ Ἄπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει.* v. 720. *Ἀλλ' αἱματηρὰ πράγματ' οὐ λαχὼν σέβεις.* v. 898. *Τίς δέ μοι τιμὴ μένει;* Mors, vel Orcus, in *Eurip.* Alc. v. 54. *Τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δόκει, — Νέων φθι-*
e *νόντων μεῖζον ἄρνυμαι κλέος·* ubi *γέρας* est in Cod. Flor.

Vs. 109. *Σίτων μέλεσθε*] Genuinum puto; vitiosum quod est in Flor. *σίτων ἔλεσθε·* quamvis *σῖτον αἱρεῖσθαι* vel *ἑλέσθαι* phrasis sit legitima: vid. *P. Leopard.* Em. VII. c. XIV. — Proxima, *τερπνὸν ἐκ κυναγίας Τράπεζα πλήρης·* comparat cum

simili quodam Tragici dicto *P. Victorius* V. L. XI. c. VI. — Quod sequitur *Καταψήχειν ἵππους*, viro Ill. non intellectum, a
explicuit *Io. Piersonus* Verisim. I. c. XI. p. 133. memorans et ex Cod. Paris. interpretationem adscriptam *ψηκτρίζειν*, et Hippol. v. 1174. *Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας.* In *Callim.* h. Dianae, v. 162. Nymphae *ὑπὸ ζεύγληφι λυθείσας Ψήχουσιν κέμαδας.* recte Faber, *stringunt; etrillent, frotent. Clemens Alex.* Paedag. III. p. 268, 25. *καταψήχουσι τὰ ὑποζύγια.* b

Vs. 113. *Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω*] In simillimis dictis *ἐῶ* multo frequentius occurrit quam *λέγω*, vel *κελεύω*, *valere iubeo:* hoc tamen est in *Xenoph. K. H.* VII. p. 115, 7. *ἐγὼ μὲν χαίρειν ταύτην τὴν εὐδαιμονίαν κελεύω.* illud etiam in *Hippol.* v. 1059. — Ad haec nostra Senem, vel quicum colloquebatur Hippolytus, alia quaedam dedisse c
suspicor in Edit. prima Dramatis, haec etiam:

Οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
Νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις·

prout ex Hippolyto citata *Stobaeo* p. 386, 29. ante *Grotium* p. 239. emendaverat ex *Plutarcho Muretus* V. L. IX. c. XVIII. Impium in Venerem dictum dedit etiam *Euripides* in Dictye, d
debere mortales,

Τῶν εὐσεβούντων, οἵτινές γε σώφρονες,
Ἐρᾷν· Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἐᾷν.

Vs. 115. *Φρονοῦντες οὕτως*,] Quam *eximiam Amici* sui vocat *Musgravius*, mihi quoque correctio placet legentis, (*τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον Φρονοῦντας οὕτως*,) Eumdem illum esse e
suspicor, cui multos debemus *Euripidis* versus feliciter emendatos. — In sequentem versum ex Codd. Flor. et Paris. recepi *Προσευξόμεσθα*, pro vulgato *Προσευχόμεσθα*. Saepe futurum tempus adhibet *Euripides*, ubi praesens nobis potius locum invenire videretur.

Vs. 117. *Δέσποινα Κύπρι· χρὴ δὲ συγγνώμην ἔχειν*] In- 179
terjecta litera scribi malim *συγγνώμην σ' ἔχειν*. Hos quatuor a
versus suo more leviter immutatos *Conditor* Trag. *Χρ. Πασχ.* in suum drama transtulit, fecitque Chorum absurde satis ad Mariam ista dicentem, dum illa super coelestis nuncii promissis addubitabat, v. 1041.

Δέσποινα κούρη, δεῖ σε συγγνώμην ἔχειν,
Εἴ τις ὑφ' ἥβης σπλάγχνον εὐτόνως φέρων b
Μάταια βάζει, μὴ δόκει τούτων κλύειν·
Σοφωτέραν γὰρ ἴσμεν οὖσάν σε βροτῶν.

— In vs. 118. rediit litera mutata, quam exhibent optimi Codd. *Εἴτις γ', ὑφ' ἥβης.* In Florent. tamen etiam erat *Εἴτις σ', ὑφ' ἥ.* ut in uno *Musgravii:* satis erat dixisse *εἴ τις μάταια βάζει·* — Scripsi mox Codicum auctoritate, etiam Paris. *ὑφ' ἥβης σπλάγχνον εὔτονον.*

c — In vs. 119. malui *τούτων*, nempe *τῶν ματαίων*, quam *τούτου·* prius in duobus tribusve Codd. est *Musgravii*, in Paris. quoque: atque ita legisse videtur in suo Cod. nostris antiquiore *Scriptor* Dramatis Christ. et in v. 118. *εὔτονον*, quod exhibet, Euripidea quoque spectantis, epigramma *Palladae* Anthol. II. c. 48, 1. *Ἀλλ' ὁ μὲν (Βελλεροφόντης) ἵππον*
d *ἔχων καὶ θαρσαλέον σθένος ἥβης, Γέσσιος οὐδὲ χέσειν εὔτονον ἦτορ ἔχων.* *Euripidis* e Bellerophonte verba, servata *Stobaeo* p. 585, 15. ex *Cornuto* de N. D. p. 222. sic videntur scripta fuisse primitus:

Ὦ παῖ, νέων δρᾷν εὐτονώτεραι χέρες·
Γνῶμαι δ' ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ.

In Evang. *Lucae* XXIII, 10. multa collegit ad *εὐτόνως I. I. Wetstenius:* opponuntur *εὔτονος* et *ἄτονος.* *Diodor. Sic.* I.
e p. 51, 6. *τὰς βορείους πνοὰς in Europa εὐτόνους, vehementes,* alibi *βληχρὰς* esse scribit, *καὶ ἀτόνους.* — Paene praetermisissem explicationem Euripideae phraseos, quae aderat in Cod. Parisino: *τῆς ἀκμαζούσης ἡλικίας ἔχων θρασύτητα; iuveniliter inconsultus et temerarius.* Proprie significatur qui *Platoni* dicitur de LL. VIII. p. 839. B. *ἀνὴρ σφοδρὸς καὶ νέος, πολλοῦ*
a *σπέρματος μεστὸς*, atque adeo *σφριγῶν.* *Ἥβη σφριγῶντες* sunt in *Achaei* loco apud *Athen.* X. p. 414. D.

— Vix dignum memoratu, vs. 120. sic in Paris. Codice legi, *Σοφωτέρους γὰρ χρὴ βροτῶν εἶναι θεούς,* quum saepissime *χρὴ* et *δεῖ* permutentur in Codd. Ad sententiam congruit ex *Eurip.* Bacchabus v. 1346.

Ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.

b Non equidem memini, cuius illud sit Tragici, quod legitur in *Scholio inedito* Codicis MS. Basil. in *Hom.* Il. *Γ*, 415.

Ὁ θεὸς ἐπὶ σμικροῖσιν οὐ θερμαίνεται,
Ἀλλ' ὡς λέβης [τοῦ] μείζονος δεῖται πυρός.

Aeschyleum esse suspicor ex perdito dramate: legebantur in MS. *Θεὸς ἐ. σμικρίσιν — Ἀλλ' ὃς λέβης μείζονος.*

c Vs. 121. *Ὠκεανοῦ τις ὕδωρ Στάζουσα πέτρα λέγεται*] Notat ad hunc locum nonnulla Cl. *Musgravius* Exercit. in *Eurip.*

II. c. IV. Mari vicina rupes, aquam stillans, de cuius summo vertice aqua dulcis copiosa praecipitabatur, mihi quidem dicta videtur ab *Euripide* *'Ωκεανοῦ τις, ὕδωρ Στάζουσα, πέτρα — ῥυτὰν παγὰν Προιεῖσα κρημνῶν·* ut ipsa rupes, *ὕδωρ στάζουσα*, dicta fuerit *'Ωκεανοῦ πέτρα*, prout *Reiskius* existimavit. Aliter cepit *Eustathius* in *Hom.* Il. *B.* p. 267, 28. *ἐλέγετο πᾶν ὕδωρ — καὶ 'Ωκεανὸς, κατά τε Ὅμηρον καὶ τοὺς Ὁμηρίζοντας, ἐν οἷς καὶ Εὐριπίδης εἰπὼν ὡς, Πέτρα τὶς 'Ωκεανοῦ ὕδωρ στάζει, τουτέστι πηγήν.* Neque tamen aquam salsam vel marinam mirarer de saxo destillantem: in *Hesiodi* Theogon. aqua Stygis v. 786. *ἐκ πέτρης καταλείβεται ἠλιβάτοιο, pars Oceani decima;* 792. *Ἡ δὲ μί' ἐκ πέτρης προρέει.* Stygis *ὕδωρ* in Arcadia *ἐκ πέτρης στάζει ἐς ἄγκος, Herodot.* VI. c. 74. *Pausaniae* dicitur *κατὰ τοῦ κρημνοῦ* et *ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον*, VIII. p. 634 et 635. — Sed hic prope Troezena (illic enim talem fuisse *Schol.* docet ex *Dionysodori* lib. de fluminibus:) de rupe fons praecipitatus aquam praebebat *dulcem et potabilem*, *ὕδωρ γλυκὺ καὶ πότιμον Schol.* et paulo post *Euripidi* mulieres dicuntur Troezeniae *Πορφύρεα* 180
φάρεα Ποταμίᾳ δρόσῳ Τέγγουσαι. Purpureas vestes, lavantes undis fluvialibus: ut de quovis humore *rorem* Latini, prae ceteris *aquam δρόσον* dixit *Euripides*: *ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις, ad aquam fontanam*, est Iph. in Aul. v. 182. in Ione v. 97. *καθαραῖς δὲ δρόσοις 'Αφυδρανάμενοι· lymphis abluti petitis de puro fonte*: *νίπτρα ποταμίας δρόσου, lavacra fluvialis aquae* Helenae v. 1400. (Hippol. v. 78.) *πηγὰς ποταμίας* dixit Electra v. 56. 309. *Aristoph.* Ran. v. 1377. *Κάλπισιν ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε.* quae postrema propterea adscripsi, quia *Rupes* etiam *Euripidis* emittebat — *Βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν, laticem tam copiosum, ut urnis aquam haurire potuerint ὑδροφόροι* Troezeniae. *Polluci* VIII, 66. *λουτροφόρος κόρη* memoratur *ἀγγεῖον ἔχουσα ὑδροφόρον, ἢ ὑδρίαν, ἢ πρόχουν, ἢ κρωσσὸν, ἢ κάλπιν.* his vocibus vas etiam aquarium, *nasiternam Varroni* et *Plauto*, designabant. Tale vas, atque adeo *κάλπιδα Βάψαι* significabat *urnam immersam aqua replere;* sive *aquam haurire: Antiphanes Athenaei* III. p. 123. C.

> *Κατασκεδῶ, νὴ τὴν φίλην Δήμητρα, τὴν μεγίστην*
> *'Αρύταιναν ὑμῶν, ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος*
> *Ζέοντος ὕδατος.*

Immersam in lebeta ferventis aquae ubi replevero, arytaenam capacissimam, ita me Ceres amet, in vos defundam. Callimacheum h. in L. P. v. 45. *Σάμερον ὑδροφόροι μὴ βάπτετε*, nempe *τὰς κάλπιδας*, memoratas v. 47. egregie *Spanhem.* illu-

stravit, vim locutionis edoctus a *Casaubono* in *Theophr.* Char.
e p. 87. f. qui suum ipse commentarium hunc citat ad locum *Antiphanis:* eamdem explicuerat *Ios. Scaliger* in Emend. ad *Theocr.* V, 127. *τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι·* quam lectionem, in Scholiis memoratam, in MS. Cod. *A. Schottus* invenit; tractans Theocritea *Scaliger* adfert ex *Euripidis* Hippol. *βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγάν.* *Is. Vossius* adscripserat: „*Arrianus* „periplo Ponti, (p. 120.) *ἡ δὲ χρόα τῷ Φάσιδι, οἷα ἀπὸ μο-*
a „*λύβου, ἢ καττιτέρου, βεβαμμένου τοῦ ὕδατος, καταστὰν δὲ* „*καθαρώτατον γίνεται.* *dum hauritur,* aut *hausta aqua.*"

Vs. 125. *Ὅθι μοι τις ἦν φίλα*] In plerisque Codicibus inventa vocula etiam in Florent. et Paris. hic mihi melior videbatur *Ὅθι*, *ubi*, quam *Τόθι*, *illic;* hanc licet rariorem
b duo tresve praebeant non optimi: si ratio fuisset reddenda praecedentium, *illic enim mihi quaedam erat amica*, *τόθι γάρ μοι τὶς ἦν φίλα* diceretur: hic oratione dicitur continuata, *vocatur Oceani rupes, ubi quaedam mihi erat amica:* pro οὗ dicebatur in veteri Lingua, hinc apud Poëtas etiam, *ὅθι·* ut, pro *ὑψοῦ*, *ὑψόθι· τηλοῦ, τηλόθι· αὐτοῦ, αὐτόθι·* etc. In *Oraculo* Dodonaeo apud *Pausan.* VII. p. 588. *ὅθι*, *ubi*, et
c saepius alibi, scribendum est, pro *ὅτι.* — Haec matronarum nobilium amica venerat ad fontem vestes lotura, pro more veteris aevi, quem apud suae gentis homines excusare velle videtur *R. P. Brumoeus;* his magis etiam regia Princeps displicere debuit *Homeri*,

Ναυσικάα θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο,

quae, duabus ancillis comitata, *vestes*, *εἵματα*, venerat

d *Ἐς ποταμὸν πλυνέουσα, τά οἱ ῥερυπωμένα κεῖτο.*

Claudianus Laud. Serenae v. 142. memorat

Alcinoo genitam, quae, dum per littora vestes
Explicat, et famulas exercet laeta choreas,
Auratam iaculata pilam etc.

Homeri Πλύντριαι lotas vestes *Ἐξείης πέτασαν παρὰ θίν' ἁλὸς,*
e — *Εἵματα δ' ἠελίοιο μένον τερσήμεναι αὐγῇ*, Od. Z, 94. 98. *Euripidis* Troezenia mulier siccandas vestes in Sole *θερμᾶς* (Flor. lectio *θερμοῦ* hic deterior videtur) *ἐπὶ νῶτα πέτρας Εὐαλίου κατέβαλεν.* *Lucretius* I, 306.

fluctifrago suspensae in littore vestes
Vvescunt, eaedem dispensae in Sole serescunt.

181
a Dum vestes ad Solem explicitae siccabantur, cum amicis illa

suis fabulatur: interea temporis Homereae puellae *pila ludebant* v. 100. Cum suas *Πλυντρίας* doceret, pila ludentis Nausicaae personam ipse *Sophocles* more suae gentis repraesentavit: *Eustathius* in Od. Z. p. 250, 28. cum *Sophoclem σφαιριστικῆς* dixerat peritum fuisse, *ὃς καὶ*, addit, *ὅτε, φασὶ, τὰς Πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαίρᾳ παιζούσης ὑποκρινόμενος ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν.* hausit ista, ni fallor, ex *Athenaei* L. I. cuius nos in Epitome p. 20. F. legimus de *Sophocle* scripta: *ἄκρως ἐσφαίρισεν ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε.* sic enim legendum cum *Casaubono*; qui, neque *Eustathii* recordatus cum perdoctum conderet dramatum *Sophoclis* Catalogum Anim. in *Athen.* VII. c. IV. velut duo diversa *Ναυσικάαν* recensuit et *Πλυντρίας*. Quod pace viri Magni dictum velim, unum fuit duntaxat, inscriptum *Ναυσικάα ἢ Πλύντριαι. Sophoclis Νίπτροις* et *Pacuvii Niptris* materiem praebuit Homerica Euryclea, *Vlyssi pedes abluens*, *Ciceroni* Tusc. V. c. 16.

Vs. 131. *Τειρομέναν νοσερᾷ Κοίτᾳ*] Sequentia leguntur in Paris. Cod. *δέμας ἔντοσθεν ἔχειν Οἴκων, λεπτὰ δὲ φάρη*· quorum hoc, si legeretur in aliis, admitti posset: *δέμας ἔντοσθεν ἔχειν κοίτᾳ* dabat Flor. — Verba versus 136. et sequentium si sic construas cum *Scholiaste, τριτάταν δέ νιν κλύω τάνδε ἡμέραν κατέχειν ἁγνὸν τὸ στόμα τᾶς Δάματρος ἀκτᾶς*· sensum dederis, quem poscunt Euripidea, cuius nutrici Phaedra dicitur v. 275. *τριταίαν οὔσ' ἄσιτος ἡμέραν.* et *pulcrum os* dixisse videbitur *ἀμβροσίου στόματος δέμας.* inservit et haec vox periphrasi; ista tamen est insolentior. Haec forsan olim levi mutatione fient clariora: corrigere *Reiskius* tentabat, *Τάνδ' ἑκὰς ἀμβροσίου.* — Pulcra quaevis *ἀμβρόσια* Poëtis dicuntur et *νεκτάρεα, λόγος οὖν ἀμβρόσιος, καὶ νὺξ ἀμβροσίη, καὶ ἀμβρόσιαι χαῖται, καὶ ἀμβρόσιον στόμα παρ' Εὐριπίδῃ, Eustath.* in Il. *Δ.* p. 333, 13. ad *os ambrosium* accedit prope *Νεκτάρεον μείδησ'* in *Apollon. Rhod.* III, 1008. — *Farinam*, *ἀλφίτου ἀκτὴν*, sive *frumentum mola fractum* vocat *Δάματρος ἀκτάν. Homeri* Il. *N*, 322. *Ὅς θνητός τ' εἴη καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτὴν*, sunt *Horatio*

Quicunque terrae munere vescimur.

Carm. II. Od. XIV, 10. cui tamen obversabantur *Simonidis, Εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονὸς*, excitata *Platoni* Protag. p. 345. et ter quaterve *Plutarcho: Terrae fruges, Δήμητρός τε καὶ Κόρης δῶρα Platoni, Δήμητρος καρπὸν* saepe vocant alii, etiam *Herodot.* I. c. 193. IV. c. 198. — Euripideum *δέμας ἁγνὸν ἴσχειν* adhibet in alium sensum *Naumachius*

Stobaei Grot. p. 278. *Καλὸν μὲν δέμας ἁγνὸν ἔχειν, ἀδμῆτά τε μίμνειν Παρθενικήν.* — Ad vs. 139. *Κρυπτῷ πένθει* adscriptum erat *ἀδήλῳ συμφορᾷ* in Cod. Paris. qui v. 140. praebet *ποτὶ τέρμα.*

c Vs. 141. *Σὺ γὰρ ἔνθεος ὦ κούρα*] De se testatur *Ovidii* Phaedra Her. IV, 47.

Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleïdes actae,
Quaeque sub Idaeo tympana colle movent:
Aut quas semideae Dryades, Faunique bicornes
Numine contactas attonuere suo.

d Amori requiem cum nullam nisi mortem reperiret Myrrha, causam, cur mori vellet, ut hic chorus, nutrix exquirit Metam. X. 397. etc. *Seu furor est; — Sive aliquis nocuit; — Sive est ira Deum.* Deum autem ira credebatur et maniacos efficere, quales fuere Proetides, Athamas, Alcmaeon, aliique:
e hujus *μανίας* ubi meminit *Plato* in Phaedro p. 244. D. *νόσων γε καὶ ποινῶν* scribendum arbitror pro *πόνων.* — Nihil in hac Strophe variant Codices, nisi in ultimo versu, quo scribitur in Ed. prima Flor. *Δίναισι νοτίαις* Cod. Paris. *Δίναις ἐν νοτίας·* in Flor. *Δίναις δ' ἵν' ἐννοτίαι.* in aliis Parisinis *Musgr. δίναις ἐν νοτίαις. Heathio* probata mihi placuit scriptio, *Δίναισιν νοτίας ἅλμας.* ut *maria terrasque* pervadens dicatur
182 *Φοιτᾷν — καὶ διὰ λίμνας, Χέρσου θ',* et modus, quo mare
a pertranseat, tradatur sequentibus, *ὑπὲρ πελάγους Δίναισι νοτίας ἅλμας. Terram Χέρσον, mare, Homerum* imitati, suis in Choricis carminibus *Δίμαν* quoque vocant Tragici, *Eurip.* Hec. 444. *Soph.* Trach. v. 646. in Oenomao ap. *Schol.* in *Aristoph.* Aves v. 1317. *Χέρσου* memorat *Barnes.* ut diversam
b lectionem; hanc recepi, quia *διὰ λίμνας,* vel *λίμνης,* illud requirebat.

Vs. 151. *Ἢ πόσιν — Πημαίνει τις ἐν οἴκοις*] Qui sequitur versus est in Cod. Flor. in Ed. quoque prima Flor. paroemiacus.

Κρυπτᾷ κοίτᾳ λεχέων σῶν.

sed qui huic respondet vulgata requirit. *Πημαίνει* redditur
c in Cod. Paris. *βλάπτει.* Rectius vero mihi cum *Cantero* legisse videtur *Scholiasta Ποιμαίνει·* cuius vim sequentia satis clare limitant. *βουκολεῖν καὶ ἐξαπατᾷν* verbo tantum *Ποιμαίνει* convenire possunt, non alteri: mentem mihi Poëtae videntur explanare haec in Scholiis: *ἥτις γυνὴ ἀπατᾷ σου τὸν ἄνδρα τῇ ἑαυτῆς λαθραίᾳ συνουσίᾳ· σὺ δὲ ἐκ τῆς ζηλοτυπίας εἰς νόσον*

καὶ μανίαν κατέστης. In hunc quidem sensum multo magis frequentatur *Βουκολεῖν*· sed saepius etiam figuratis usibus in- d servit *Ποιμαίνειν*, pro *περιέπειν καὶ ἀνυμνεῖν* adhibitum *Pindaro* Ol. XI, 9. in cuius Isthm. V, 15. *duo vitae florem ποιμαίνοντι*, *fovent.* Propius ad Euripideum usum accedit hoc *Luciani* in Amor. T. II. p. 457. *philosophos mentiti σεμνῶν ὀνομάτων κομψεύμασι τοὺς ἀμαθεῖς ποιμαινέτωσαν, imperitos phaleratis dictis ducant,* ut loquitur *Terent.* Phorm. III, 2, 15. e Quo paene sensu *βουκολεῖν* posuit *Aeschylus* in Agam. v. 678. *Ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος*· *Cantillando fallebat amorem suum Theocriti* Eid. XI, 80.

Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα
Μουσίσδων.

V. 155. *Ἦ ναυβάτας τις ἔπλευσεν*] Huius versus et sequentium sententiam paucioribus Poëta verbis expressit in He- a lenae v. 1207.

ἦ, φάτιν τιν' οἴκοθεν
Κλύουσα, λύπῃ σὰς διέφθαρσαι φρένας.

— In v. 160. probatam *Heathio* et *Reiskio* scriptionem recepi *Λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων Εὐναίᾳ δέδεται ψυχά*· pro *Εὐναία*· hanc et illam invenit in suis etiam libris *Schol.* illam recte explicans, *λύπῃ τῇ εἰς εὐνὴν κατακλινούσῃ διὰ τῆς νόσου.* Ne- b que tamen diffiteor scribi quoque potuisse, *Λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων Εὐναία δέδεται ψυχάν*· huc spectant ex Scholiis ista: *ὑπὸ τῆς λύπης εὐναία ἡ Φαίδρα δέδεται τὴν ψυχήν. Ψυχὰν* invenit in duobus etiam Codd. *Musgrav.* in uno *δέδεσαι* scriptum legebatur. — In v. 157. *Λιμένα τόνδ'*, ut altero *τὸν* multo melius, (*huncce portum*,) oblatum ab *Heathio* recepi.

Vs. 161. *Φιλεῖ δὲ τᾷ δυστρόπων γυναικῶν* etc.] Vulgatae e voci *δυστρόπῳ* lineolam adieci; versu sequente *κακᾷ* praebuit Codex Paris. *ἀφροσύνας* commode Medicus Eruditiss. *Musgravius* explicuit Exercit. in *Eurip.* II. c. IV. Reliqua pleraque *Ratallerus* bene mihi videtur interpretatus; apta quoque de- d disse nonnulla *P. Victorius* V. L. IX. c. X. Poëtae autem verba sic situ suo naturali disponenda: *ἀμηχανία δὲ δύστανος* (*ἕνεκα*) *ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας φιλεῖ συνοικεῖν τᾷ ἁρμονίᾳ κακᾷ δυστρόπων γυναικῶν.* ut *δύστροποι* dicantur *γυναῖκες δυστράπελοι, intractabiles et morosae:* mulier mulieres *πολλὰ ῥέζειν* fatebatur *Ἀτροπίησιν* in *Apollon. Rhod.* IV, 1082. — Proxima *Δι' ἐμᾶς ᾔξε ποτὲ Νηδύος ἆδ' αὔρα* constitui ad mentem *Heathii*: Hinc apud *Hesych.* *Ἆδ' αὔρα, αὕτη ἡ πνοή*, quod vidit e

N. Bondtius, Ictus Batavus Graece perdoctus. *Heathio* hic Codex favebat Paris. qui paulo post dabat uno ductu *Τόξων μεδέουσαν ἀΰτευν Ἄρτεμιν.* mihi Dianae nomen ut interpretamentum videtur adiectum, *Euripides* autem dedisse tantum:

Τὰν δ' εὔλοχον οὐρανίαν
Τόξων μεδέουσαν ἀΰτευν.

188 Deam vero virginem *luciferas* sibi semper *manus* admovisse be-
a nignam significat, quae *τάςγε κυούσας ἐμαιοῦτο*, ut suspicor dedisse *Lucianum* T. I. p. 245, 58. pro *τὰς τεκούσας*; nam *laborantes utero puellas* audiebat rite vocata: *Μαῖα δ' Ἄρτεμις Tatiano* restituta fuit ab *Hemsterhusio* p. 287.

b V. 171. *Ἀλλ' ἥδε τροφὸς γεραιὰ*] Stare posse si videbitur in anapaestico versu, sicut in Hec. v. 63. *Γεραιᾶς χειρὸς προσλαζύμεναι*· in senariis quia ne illud quidem locum invenit, in eiusdem dramatis v. 273. non *γεραιᾶς*, sed scripserat, opinor: *Καὶ τῆςδε γραίας, προσπιτνῶν, παρηΐδος*, nempe *ἥψω*.

Vs. 173. *Στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται*] In hac
c forma verbi conspirant Flor. et Paris. cum ceteris *Musgravii*. Non quidem Phaedrae disconvenit *Στυγνὸν ὀφρύων νέφος*, cui dat infra nutrix v. 290. *Στυγνὴν ὀφρύν*· sed nec vetulae disconvenire, neque adeo hunc versum versui 176. esse postponendum, quod putabat vir Doctissimus, vel ista monstrant Hippolyti *Senecae* v. 432. *Quid huc seniles fessa moliris gra-*
d *dus, O fida nutrix, turbidam frontem gerens Et moesta vultus.* Deïanirae nutrix vetula prodit in scenam *συνωφρυωμένη*, *Soph.* Trach. v. 882. id est *συννεφὴς*, *nubila vultu Statio* Sylv. III. Ecl. V, 11. Vt hic Chorus in *Soph.* Antig. v. 532. *Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη, Φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη· Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν Ῥέθος αἰσχύνει Τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν.* quae sunt, ut *Sophoclis*, pervenusta.
e Nostra spectabat forsan *Eustath.* in *Hom.* Il. *A*. p. 109, 26. ubi *ὀφρύων νέφωσιν* interpretatur per *τὴν σκυθρωπότητα*. attigit haec et alia Cl. *Alb. Schultens.* in *Iobi* XV, 12. *συναγαγόντα τὰς ὀφρῦς Τοῦτον σκυθρωπάζοντά θ' ἡμῖν προσλαλεῖν*, *Antiphanes Athen.* VI. p. 225. F. *adducunt* enim *supercilia*, quibus, ut aiebat *Pacuvius*, *vultum caligat tristitas.*

a Vs. 179. *Τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' αἰθὴρ*] *Ecce tibi*, quod desiderasti, *clarum lumen aetheris.* In Flor. Cod. leguntur ista, *Τί δέ σοι φέγγος λ. ὅδ' αἰθὴρ*, in Paris. *λαμπρὸς ὅδ' αἰθήρ.* Vulgata melior mihi lectio videretur, *Τί δέ σοι φέγγος, λαμπρὸς ὅδ' αἰθήρ; Quid tibi commodi clarum aethe-*

ris iubar adfert, cum ne oculos quidem ad lucem attollas? Saepius obvia, *Τί σοὶ*, et *τί μοι τοῦτ' ἐστιν;* plerumque significant, *quid tua*, quid mea *refert?* — Vs. 182. scribi malim, b
Τάχα δ' εἰς θαλάμους σπεύσεις γε πάλιν· quam *τὸ πάλιν.* — In seq. v. ad *σφάλλῃ* legitur in Paris. *μεταβάλλῃ·* ut in v. 175. ad *Δεδήληται*] *βέβλαπται.* — Amore perturbatam Phaedram quidque velit incertam Poëta nobis expingit in his, *Ταχὺ γὰρ σφάλλῃ, κ'οὐδενὶ χαίρεις· Οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν* (sic enim scribendum, non *τόδ' ἀπὸν*) *Φίλτερον ἡγῇ·* c
hinc *Senecae* Nutrix Hippol. v. 365. *nil idem dubiae placet; Artusque varie iactat incertus dolor: Nunc ut soluto labitur moriens gradu, — Nunc se quieti reddit: — attolli iubet Iterumque poni corpus; et solvi comas; Rursusque fingi: semper impatiens sui Mutatur habitus.* Vere *Lucretius* ita vitam agere plerumque homines scribit III, 1071. *Quid sibi quisque* d
velit, nescire, et quaerere semper commutare locum, quasi onus deponere possit: alia dedit *Th. Gatakerus* in *M. Antonini* VII, 27.

Vs. 191. *Ἀλλ' ὅ, τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο Σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις*] *Νεφέλας Reiskio* placet, ut *νεφέλη σκοτεινὴ* dicatur *σκότος νεφέλας, atra nubes;* quam lectionem si Codices firmarent anteponerem vulgatae. Tametsi non mul- e
tum referat *ἀμπίσχων* scribatur an *ἀμπίσχον*, quum *σκότος* utroque genere Tragicis adhibeatur, illud tamen recepi cum *Musgravio*, quod Codd. etiam Flor. et Paris. praebent. Vulgatas ante lectiones, sed et a vulgata diversam exhibet *Schol.* in *Aristophanis* Ran. v. 1114. excitans *τὸ ὑπὸ τῆς τροφοῦ ἐν Ἱπολύτῳ λεγόμενον, Ἀλλ' ὅτε τούτου φίλτερον ἄλλο Σκότος* 184
ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις. videri poterit in suo Codice legisse a
τούτου, pro *τοῦ ζῆν·* ut certe paulo post homines, quos vitae dira tenet cupido, dicimur *Δυσέρωτες — ὄντες Τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γᾶν·* ultimum ex Paris. Cod. sumsi pro *γῆν.* in illis enim designatur per *τοῦτο, τὸ ζῆν·* et in *Τοῦδε*, relinquitur supplendum *τοῦ ζῆν.* sed vel idcirco videtur Poëta scripsisse in v. 191. *τοῦ ζῆν·* mortis mentionem evitabat more b
suae gentis vetula, non vitae. *Berglerus* in istum locum Comici p. 314. *Euripidis* verba primum scripta fuisse censet prout exstant in *Aldina* Ed. *Ἄλλό τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἄλλο Σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις·* quae sic Latina fecit: *sed aliud quiddam, aliud dulcius hac vita tenebrae involventes occultant nebulis.* Verum *Ἄλλό τι* si probetur, quod sequitur *ἄλλο* vi- c
debitur scribendum *ἀλλ' ὅ, sed quod atra nubes tegit.* — Quae sequuntur vss. 193 — 195. latent apud *Plutarch.* in Erot.

p. 764. E. partim etiam in lib. c. Epicur. p. 1105. B. ubi, ἡ τοῦ ζῆν, ait, στέρησις ἐνοχλεῖ καὶ νέους καὶ γέροντας· Δυσέρωτες γὰρ φαινόμεθ' ὄντες Τοῦδ', ὅτι τόδε (τοῦτο) στίλβει κατὰ γῆν, ὡς Εὐριπίδης φησί. verborum sedem ignorantes nec
d dicti sensum viderunt Interpretes. Et aliorum saepe Poëtarum fuit, estque *Lucretii* querela, *Quae mala nos subigit vitaï tanta cupido?* — sed *Socratis* decebat amicum *Euripidem* dixisse, nimiam istam vivendi nos tenere voluptatem vs. 195. Δι' ἀπειροσύναν ἄλλου βιότου, *Vitae alterius bona inexpertos,* ut reddidit *Grotius* in Exc. p. 206. nam quae spectant manes et infernum non cadere sub certam demonstrationem; homines
e autem, *vanis,* inquit, Poëtarum *fabulis ferimur incerti.* — In his οὐκ ἀπόδειξιν dixit *Euripides*, ut *Thucydides*, praeter alia, p. 29, 1. οὐκ ἀρετὴν et p. 339, 35. τὴν τῶν χωρίων οὐκ ἀπόδοσιν. *Luciano* hinc dicitur T. II. p. 100. τοῦ φόρου ἡ οὐκ ἀπόδοσις. *Epicuro* apud *Laërt.* X, 46. ἀντικοπὴ καὶ οὐκ ἀντικοπὴ, *Democrito Stobaei* p. 278, 52. ζώων φόνου καὶ μὴ
a φόνου. — Nec *Democritum* neque *Epicurum* Poëtarum movebant fabulae: *Democrito* homines conscientiae stimulis agitati dicuntur apud *Stobaeum* p. 533, 49. Ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθέοντες φόβου· sed μυθέοντες Graecis est inusitatum, et scripsisse *Democritum*, Ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθοπλαστέοντες χρόνου, liquet ex p. 603, 4. ubi v. 1. ἔνιοι convertendum est in οἱ μέν. de Poëtarum fabulis
b quid senserit, monstrat *Euripides*, alibi saepius, et in Herc. Fur. v. 1346. ubi ἀοιδῶν, inquit, οἵδε δύστηνοι λόγοι. haec ubi posuerat *Plutarch.* T. II. p. 1052. E. vox ἀοιδῶν in αὐτῶν male mutata obscuravit vicina.

Vs. 199. Λέλυμαι μελέων σύνδεσμα, φίλαι] Ad sequentem versum διαβαστάσατέ με legitur adscriptum in Cod. Paris.
c qui vs. 198. praebet etiam Αἴρετε quod pro Ἄρατε recepi cum *Musgravio.* Hoc v. 199. dat Flor. Cod. Λέλυμαι μελέων σύνδεσμα φίλων· in aliis si legeretur, poterat genuinum videri: famulas alloquitur versu seq. hic pro ἐμῶν more Poëtarum scribere potuit *Eurip.* φίλων — μελέων· Xerxes in *Aeschyli* Persis v. 916. Λέλυται γὰρ ἐμῶν γυίων ῥώμη. Amor autem, quo saucia Phaedra aegrotabat, praeter alia, ἔρος *Hesiodo* di-
d citur Λυσιμελὴς in Theogon. v. 911. *Anime mi* saepe Poëtis est φίλε θυμέ. φίλον κέαρ in *Aesch.* Choëph. v. 408. φίλον κάρα dixit *Euripides*, et in Phaëthonte φίλαισιν ὠλέναισιν apud *Athen.* XI. p. 503. D. ubi sic Euripidea scribenda videntur,

Ψυκτήρια
Λένδρη φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται.

versus autem *Aeschyli* corrigendus, e

Αὔρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις.

voci vulgatae *Σαύρας* litera praecedens male adhaesit.

Vs. 201. *Βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν.*] Excitat ista *Dionys. Halicarn.* in exemplum pedis anapaesti valde commodi, *ἔνθα δεῖ μέγεθος περιθεῖναι τοῖς πράγμασιν, ἢ πάθος,* de 185
Compos. Verb. p. 29, 41. conf. ad h. l. *Eurip.* in *Androm.* a
v. 830. — Sequentem versum, quo legebatur *οἴμοι*, egregie *Musgravius* ex Codd. emendavit et ex Edit. prima,

Ἄφελ', ἀμπέτασον βόστρυχον ὤμοις,

humeris infunde comam solutam. hinc Phaedra in *Senecae* Hippolyto v. 394.

Sic temere iactae colla perfundant comae, b
Humerosque summos; cursibus motae citis
Ventos sequantur.

hoc etiam modo matrem illic imitabatur Hippolyti: Diana *Claudiani,*

levibus proiecerat auris
Indociles errare comas.

de Raptu II, 30. prodit *Ovidii* Medea VII. Met. V, 183. *nudos* c
humeris infusa capillos; et Niobe, *movens,* VI, 168. *immissos humerum per utrumque capillos.* Venus *Apollonii Rhod.* III, 45. *Λευκοῖσιν δ' ἑκάτερθε κόμας ἐπιειμένη ὤμοις Κόσμει χρυσείῃ διὰ κερκίδι.* hinc, monente Cl. *Burmanno, Candida dividua colla tegente coma, Ovidii* Amor. I. El. V, 10. apud *Heliodor.* III. p. 134. coma Charicleae partim *ὤμοις τε καὶ νώτοις ὑπεκύμαινε. Achilli* quoque *Tatio* memorantur *κόμαι κατὰ* d
τῶν ὤμων λελυμέναι.

Vs. 203. *Θάρσει τέκνον*] Hic et sequentes versus in *Stobaei* sunt Floril. p. 568, 30. numeris *Grotii* Latinis expressi p. 450. qui *μετά θ' ἡσυχίας* ex MS. iam restituit, in aliis etiam repertum *Musgravio.* — Vs. 207. *δὲ* male aberat a Cod. Paris. — Vs. 204. *Μετάβαλλε σῶμα* dabat Flor. interpretamentum e
pro voce genuina. In utroque hoc Codice interiectio *Ἔ, ἔ,* scribebatur *αἴ αἴ.*

V. 208. *Πῶς ἂν δροσερᾶς ἀπὸ κρηνίδος*
Καθαρῶν ὑδάτων πόμ' ἀρυσαίμαν;]

Dicebat ista Phaedra, dum furtivus ignis venas populabatur: vid. Hipp. *Senecae* v. 101, 280, 640. *Ovidii* Phaedra IV, 20. a

urimur intus, Vrimur. Ardente febri iactatum Agesipolin ἔρως
ἔσχε τῶν τε σκιερῶν σκηνημάτων καὶ τῶν λαμπρῶν καὶ ψυχρῶν
ὑδάτων, ut scribit *Xenophon* Ἑλλ. V. p. 330, 1. voto potitus
multo vehementius afflictari coepit. — Vt usitatius cum *Mark-*
lando praetulerim etiam πῶμ' ἀρυσαίμαν. Idem *Marklandus*
in *Eurip.* Suppl. v. 796. πῶς ἂν ὀλοίμην optime reddidit *Vti-*
b *nam peream: utinam*, εἴθε, εἰ γὰρ, ὡς, praesertim in Euri-
pideis dicitur πῶς ἄν. Alc. v. 864. Πῶς ἂν ὀλοίμαν. Med.
v. 97. Iphig. in Taur. v. 627. Hippol. v. 345. Πῶς ἂν σύ μοι
λέξειας· *utinam tu mihi diceres:* Or. v. 1057. Πῶς ἂν ξίφος
νῷ ταὐτὸν, εἰ θέμις, κτάνοι, Καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν. Saepius
ὡς, fortasse non nisi semel in *Sophocleis* πῶς ἂν hoc sensu re-
c peritur Philoct. v. 791. Nusquam ista ceperunt Interpretes,
in minutis saepe voculis lapsi.

Vs. 210. ἔν τε κομήτῃ Λειμῶνι] Huc spectat *Eustath.* in
Il. *B.* p. 233, 29. Κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα, ὅθεν
καὶ Κομήτης λειμὼν παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ, καὶ Κομᾷν, τὸ ἐν τούτοις
θάλλειν. Recte legitur in Scholiis, λειμῶσι κοιμῶσι τοῖς
ἄνθεσιν· est enim hic Κομήτης Iphig. in Aul. v. 1296. Λει-
d μὼν ἄνθεσι θάλλων. *Thom. M.* cuius verba nobis ex MSS. in
notis dederunt p. 528, 541. Κομᾷ — καὶ τόπος, ἤγουν φυτὰ
ἔχει. In *Soph.* Antig. v. 425. φόβην Ὕλης πεδιάδος recte βο-
τάνας interpretantur καὶ δένδρα. Ὄρος κεκομημένον ὕλῃ dixit
Callim. h. Dian. v. 41. et h. in Del. v. 262. ex emendatione
viri Summi, Χρύσειον δ' ἐκόμησε γενέθλιον ἔρνος ἐλαίης· quae
e optime nuper explicuit Clar. *Jac. Frider. Heusinger* in Emend.
Callimach. Periculo p. IX. Hinc corrigi poterit insignis locus
Dionis Chrys. Or. LXIV. p. 596. C. habet ibi Comici cuiusdam
senarios, rebus illic florentibus in laudem Athenarum scriptos,
quibus singulis sua quaedam interserit *Dion*, demonstrans At-
ticam ab illa priori multum fuisse mutatam: est inter istos et
hic versus:

186 Ἄλση δὲ τίς πω τοιάδ' ἔσχ' ἄλλη γυνή;

a scribendum, non cum *H. Valesio* γέη, sed γύη; εὐσπόρους
ἀγρῶν γύας dixit et *Comicus* in Avib. v. 231. *Nemora vero ta-*
lia quaenam alia habet terra? ad haec scripsisse censetur
Dion, εἶχε μὲν δή, σωθεῖσα δὲ ὡς ἐπὶ συμφοραῖς ἀπεκείρατο·
scripserat autem, nisi fallor: εἶχε μὲν, δηωθεῖσα δὲ ὡς ἐπὶ
συμφοραῖς ἀπεκείρατο. *habuit quidem* (olim lucos;) *sed va-*
b *stata velut in luctu comam detotondit*, una duntaxat litera per-
verse scripta viros illic doctissimos fefellit.

Vs. 213. Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ] Haec quidem
apta comparat *Markland.* in Suppl. v. 1066. οὐ μὴ μῦθον ἐπὶ

πολλοὺς ἐρεῖς· in quibus οὐ μὴ ἐρεῖς, et οὐ μὴ γηρύσῃ ponuntur secundum *R. Dawes.* observationem in Miscell. Crit. p. 222. Sed illic *Reiskii* vellem et meam probasset *Marklandus* conje- a
cturam, ἐπὶ πολλῶν, *coram multis:* ut hic in Scholiis παρ' ὄχλῳ recte redditur ἐπὶ τοῦ χοροῦ. et ad Hipp. v. 523. legitur, μὴ ἐπὶ πάντων καὶ ἐπὶ τοῦ θεάτρου ταῦτα ἐκφέρειν. Optimi sic quoque loquuntur Scriptores Attici: — Proxima *Μανίας* ἔποχον λόγον attigit *Eustath.* in Il. *B.* p. 159, 42. citatus quo- d
que *Musgravio.*

Vs. 215. *Πέμπετέ μ' εἰς ὄρος* etc.] Hinc *Senecae* Phaedra Hipp. v. 110. *Iuvat excitatas consequi cursu feras*, etc. — v. 233. *Hunc, in nivosi collis haerentem iugis, Et aspera agili saxa calcantem pede, Sequi per alta nemora, per montes placet*, Eadem in *Ovidii* Her. Ep. IV, 41. *In nemus ire libet, pressisque in retia cervis, Hortari celeres per iuga summa ca-* e
nes; etc. cum Ovidianis Euripidea contulit *Ian. Vlitius* in *Nemesiani* Cyneg. v. 196. Venatoris Adonidis amore Venus ipsa *Per iuga, per sylvas, dumosaque saxa* vagabatur *Nuda genu:* ut minime miremur ista *Sulpiciae* (*Tibull.* IV. El. III, 11.) *Sed tamen ut tecum liceat, Cerinthe, vagari, Ipsa ego per montes retia torta feram. Ipsa ego velocis quaeram vestigia* a
cervae; Et demam celeri ferrea vincla cani. Tunc mihi tunc placeant sylvae.

Vs. 218. *Βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριμπτομένα*] Hoc recepi, pro ἐγχριπτόμεναι· ut ante κύνες dici videbantur, quas satis erat θηροφόνους dixisse: debetur illud *Marklando*, nisi quod ex Codd. Flor. et Paris. literam μ verbo interiecerim, non illam b
tamen necessariam. Sed pace viri Eximii mihi non necesse videbatur ut anapaesti transponerentur; quantumvis non in isto tantum loco T. II. p. 52. B. sed et p. 959. B. hoc ordine verba legantur collocata: δοκῶ μοι — ποθεῖν, inquit *Plut.*, ὥσπερ ἡ Εὐριπίδου Φαίδρα, κυσὶ θωΰξαι, Βαλίαις ἐλάφοις ἐγ- c
χριπτόμενος· quod et p. 52. legitur ἐγχριπτόμενος monstrat saltem hic de Phaedra positum non de canibus. Ratio mihi quaedam adparet, cur isthoc ordine verba posuerit *Plutarchus*, alio Tragicus, ne ῥίψαι nimis esset ab ἔραμαι, unde pendet, remotum.

Vs. 220. *Καὶ παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥίψαι*] Mihi quae *Musgravio* verborum esse videtur structura, Καὶ ἔχουσα ἐν χειρὶ βέλος Θεσσαλὸν ὄρπακι ἐπίλογχον ῥίψαι (nempe τὸ βέλος) παρὰ d
χαίταν ξανθάν. Senecae Phaedra Hipp. v. 397. *Hastile vibret dextra Thessalicum manus; Talis* (malim *Qualis*) *severi mater Hippolyti fuit, Qualis* etc. — *talis in sylvas ferar; εἶμι*

πρὸς ὕλαν Eur. v. 215. ut *hastile Thessalicum* dixerit *Euripides* βέλος Θεσσαλὸν ὅρπακι ἐπίλογχον· In eius Bacch. v. 1204.
e Agaue, praedam, inquit, cepimus, *Οὐκ ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν, non amentatis Thessalorum iaculis.* Hoc Phaedra dixit apud *Ovid.* Her. Ep. IV, 43. [*Aut*] *tremulum excusso iaculum vibrare lacerto.* Telum tale vibrare Phaedra desiderabat, a capite vel ab aure dextra libratum, quod dixit *Euripides* παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥίψαι. Haec etiam optime *Ratalle-*
187 *rus* expressit. *Virgilii* Nisus Aen. IX, 402. *adducto torquens*
a *hastile lacerto*, — 410. *toto connixus corpore ferrum coniicit:* v. 417. *idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure:* sicut *Ovidio*, *Dextra libratum fulmen ab aure:* ex more Graecorum a capite iaculantium explicant haec Euripidea *Jos. Scaliger* in *Propert.* p. 287. et *Is. Casaubonus* ad *Persii* Sat. V. p. 363.
b conf. ex MS. vulgatum *Scholion* in *Hom.* in Dissert. *Ursini* libello subiecta p. 140. Θεσσαλὸν ὅρπακα hinc attigit *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Apoll. v. 1.

Vs. 223. *Τί ποτ', ὦ τέκνον, τάδε κηραίνεις*] *Alumna, quid ista tandem corde volutas?* Vbi Deïanira *Sophocli* dicitur *Κείνου προκηραίνουσα, pro marito anxie sollicita*, Trachin. v. 29. *Euripidis* verba melius scripta prostant in Scholiis *Tri-*
c *clinii* Ed. *Turneb.* p. 121. quam in antiquioribus: versus ibi sedem *vir D.* indicavit in Miscell. Obs. Nov. T. I. p. 79.

Vs. 224. *Τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτης*] *Reiskio* legenti, *Τί; κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη; Quid? est ne tibi etiam venationis cura?* partim favent unus ex Codd. *Musgravii*, alter et-
d iam *Paris.* in quibus μελέτη scriptum. Graece quidem diceres, *τί δή; τὰ κυνηγετικὰ σὺ μελέτην πεποίησαι;* Sed mirata nutrix venari cupientis alumnae verba, *quid tibi*, inquiebat, *cum rebus est venatoriis?* hoc diceretur *Τί κυνηγεσίοις καὶ σοὶ*, nempe *κοινόν ἐστι πρᾶγμα·* scripsisse mihi videtur *Euripides*,

Τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτῃ; —

e id est *Τί μελέτῃ κυνηγεσίων καὶ σοὶ, quid tibi cum meditatione rerum venaticarum est negotii?* Non sermonis tantum quotidiani formula erat loquendi *τί ἐμοὶ καὶ σοὶ*, quid mihi tecum est; sed et quibusvis usitata: *Ovidii* Sappho Her. Ep. XV, 52. *Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo.* *Anacreon* XVII, 4. *Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;* v. 10. *Τί Πλειάδεσσι κἀμοί; Tibull.* I.
a El. VII, 3. *Quid tibi, saeve puer, mecum est?* frequens est et in libris nostris sacris formula, alicubi restituenda *Joëlis* interpreti. Plenius *Euripides* loquitur in Ione v. 1284. *Τί δ' ἐστὶ Φοίβῳ σοί τε κοινὸν ἐν μέσῳ;* atque ita forte dederat in

Heraclid. v. 185. Ἡμῖν δὲ καὶ τῷδ' οὐδέν ἐστιν ἐν μέσῳ. *Achilles Tat.* VI. p. 387. τί ἐμοὶ καὶ Θερσάνδρῳ κοινόν; *Lycophron* Alex. v. 1283. Τί γὰρ ταλαίνῃ μητρὶ τοῦ (L. τῇ ut v. 1412.) Προμηθέως Ξυνὸν πέφυκε καὶ τροφῷ Σαρπηδόνος; *Themistius* b Or. XXIX. p. 345. B. ἀλλ' ἐμοὶ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ οὐδὲ πρᾶγμά ἐστι. more scripserat aliorum, οὐδὲν πρᾶγμά ἐστι. notata quaedam leguntur ad *Herod.* P. 387, 388. Rarius esset *Aristophaneum* in Thesmoph. v. 145. Τί βάρβιτος Μέλει κροκωτῷ; si recte corrigo vulgatum Λαλεῖ. — In vs. 227. *Heathio* sum obsequutus, ὅθι corrigenti pro ὅθεν, ut ὑς in Κλιτὺς c usitato more possit produci.

Vs. 228. Δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνας] Sic dudum ante correxeram, quam vera lectio fuisset in Codd. inventa *Musgravio:* ἁλίας legit et in Paris. *T. H.* in Flor. *Is. Voss.* Verum vidit etiam absque Codd. *Reiskius.* Variis in regionibus quoque Graeciae *paludes* fuere *siccatae:* quid mirum si locis d istis manserit *paludum* nomen? Λίμνη, certe Λίμνα, Λίμναι diversa loca dicebantur: Λίμναι πόλις περὶ Σηστὸν ex *Hecataeo* memoratur et *Strabone;* ad Attices Λίμνας vid. quos citat *T. H.* in *Callimachi* fragm. CCLXXX. Illic Bacchus, ὁ ἐν Λίμναις Διόνυσος, alibi locorum Diana colebatur Λιμνῆτις sive Λιμνᾶτις a loco sic utique dicta: Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστιν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίων Λιμνάτιδος, *Pausan.* III. p. 271. init. In e Messeniorum et Lacedaemoniorum finibus situm Dianae templum Λιμνάτιδος eidem IV. p. 287. memoratur: p. 356. init. Λίμναι χωρίον esse dicitur, in quo templum Dianae Λιμνάτιδος. In his erantem *Jo. Meurs.* Miscell. Lacon. I. c. 2. partim corrigit *Jo. Kühnius* ad istorum locorum ultimum. de *Limnatide* Diana notavit *N. Heins.* in *Ovid.* Met. V, 48. Fit eius 188 in epigrammate mentio, quod paulo melius ex *Anthologi MS.* a describam, quam dedit *Reiskius* N. 498.

Τιμαρέτα προὸ γάμοιο τὰ τύμπανα, τάν τ' ἐρατεινὰν
Σφαῖραν, τόν τε κόμας ῥύτορα κεκρύφαλον,
Τάς τε κόρας, Λιμνᾶτι κόρα, κόρα, ὡς ἐπιεικὲς,
Ἄνθετο, καὶ τὰ κορᾶν ἐνδύματ' Ἀρτέμιδι.

Causae nihil est cur dubitemus prope Troezenem locum fuisse b Λίμναν dictum; Dianam autem, quia locus iste littori proximus, et gymnasio dicatus, sacer esset Deae, dictam *Euripidi dominam* ἁλίας Λίμνας, καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων. Huius loci gymnasium respexisse Poëta videtur v. 235. v. 1173. quod satis clare designat v. 1133. memorans τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον· ubi Scholia valde perturbata, Λίμνη τόπος Τροιζῆνος

c Ἀττικὸς, ἔνθα Λίμνη τις (Λιμνῆτις recte *Barnes.* ut ad v. 228.) Ἄρτεμις καλεῖται. παρὰ τὸ πεδίον τῆς Λίμνης τὸ βρεχόμενον, τοὺς γυμναστικοὺς τόπους etc. ad suas singula voces emendate scripta si sic referantur, haud absurda videbuntur: Τὸν ἀμφὶ Λίμνας] Λίμνη, τόπος Τροιζῆνος, ἔνθεν Λιμνῆτις Ἄρτεμις καλεῖται. [Ἄλλως.] Παρὰ τὸ πεδίον τῆς Λίμνης. Τρόχον] Τὸν τρεχόμενον τόπον, Ἀττικῶς. Κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους] d Τοὺς γυμναστικοὺς ἵππους κατέχων τῷ ποδὶ καὶ γυμνάζων. Vocem Ἀττικὸς ex loco non suo retraxi leviter mutatam ad Τρόχον τὸν τρεχόμενον τόπον. gymnasia, sive *stadia*, τοὺς δρόμους bis minimum alibi Τρόχους dixit *Euripides.* vid. *Ammonius* p. 137. et Animadv. p. 216. Gymnasium Troezeniorum mari fuerit vicinum, ut τὸ γυμνάσιον τὸ τῶν Ἰασέων ἐπίκειται τῇ θαλάσσῃ, *Aelian.* de N. A. VI. c. XV. — Ceterum e his Dianam invocantis Phaedrae verbis abusus est *Schol. Theocriti* ad Eid. II, 10. quod *Dan. Heinsius* animadvertit Lect. *Theocr.* c. V. p. 311.

Vs. 230. Εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις] Ad suae gentis mores haec et vicina *Racinius* accommodavit. — In *Aristoph.* a Vesp. v. 748. Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ, quae leguntur adscripta, Ἐξ Ἱππολύτου Εὐριπίδου· adscribi debuerant ad versum illic sequentem 749. Κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν. Haec nusquam inveniuntur in Hippolyti quam legimus editione correcta; similia quaedam in Alc. v. 866; sed Phaedrae congruunt, et hoc in loco primae forsan Editionis fuerant posita:

Κείνων ἔραμαι,
b Κεῖθι γενοίμαν, ἐν σοῖς δαπέδοις
Πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένα.

Equos Venetos domans, recte dedit qui primus Euripidea Latine vertit sub nomine *Dorothei Camilli:* miror equidem Ἐνέτας quibusdam visum adpellativum. *Scholiastae* veteris usus observatis *Eustathius* meminit hinc equarum *Venetarum* et Εὐ- c ριπίδου ἀναχρονίσαντως τὴν τοιαύτην ἱππείαν εἰς τὰ Ἡρωϊκὰ, in *Hom.* Il. *B.* p. 273, 40. Vid. *H. Steph.* Index in Thes. L. G. in V. Ἐνετίδας et *S. Bochartus* Hieroz. T. I. p. 160. — Ex duobus Codicibus et prima Ed. recte *Musgravius*, pro δαμαζομένα, restituit δαμαλιζομένα. Formae sunt veteres et legitimae, tametsi non inveniantur in Lexicis, ab inusitatis δάμα- d λος, ἅρπαλος, πύκταλος ductae, Δαμαλίζειν· Ἁρπαλίζειν· Πυκταλίζειν. Euripideam dabit *Pindarus* Πυθ. V, 163. XI, 38. ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομένᾳ. Ἁρπαλίζειν *Aeschylus* Theb. v. 248. Eumen. v. 986. *Anacreontis* est, ὡς μὴ Πρὸς Ἔρωτα πυκτα-

λίζω· ex Epitome *Athenaei* in *Casaub.* Anim. p. 782. l. 8. hinc apud *Eustath.* in Il. Ψ. p. 1444, 19.

Vs. 232. *Τί τόδ' αὖ παράφρον ἔῤῥιψας ἔπος;*] *Παράφρων* vel *παράφρον* legi posse monuit *Musgravius:* fulcrum hic quoque non ineptum videri poterit, scribendumque *παράφρον γ' ἔῤῥιψας ἔπος·* Homerica sunt *ἅλιον ἔπος ἔκβαλον· τηΰσιόν γ' ἔπος ἔσσεται.* Mollius erat *παράφρον γ' ἔπος* dixisse, quam ipsam Phaedram *παραφρονοῦσαν.* Nutrix tamen ad Deïaniram *Senecae* Herc. in Oeta v. 275. *pectoris sani parum, Alumna, questus comprime:* Verissimum illud *Theognidis* apud 189
Stobaeum p. 97, 8. a

Πολλὰ φέρειν εἴωθε λόγος θνητοῖσι βροτοῖσι
Πταίσματα, τῆς γνώμης, Κύρνε, ταρασσομένης,

Quinetiam morbis in corporis avius errat
Saepe animus; dementit enim, deliraque fatur,

Lucret. III, 464.

Vs. 233. *Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θῆρας Πόθον ἐστέλλου·*] Excitantur ista *Suidae* in *Νῦν δὴ*, et *Photio* in Lex. b
praeter cetera, in quibus monent voculis *Νῦν δὴ* significari *modo, ἀρτίως, ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν.* Euripidea vulgantur apud *Suidam*, ut in *Euripidis* Edd. sed in *Suidae* Ed. *Aldina* legitur, *ἐπὶ θῆρας πόθι ἐστέλλου.* in *Eurip.* Cod. Flor. *ἐπὶ θῆρας πόθεν.* (quod praebet et *Photii* Lex. MS.) et in hac voce c
iam olim variatum liquet ex Scholiis: *τινὲς δὲ γράφουσι καὶ Πόθον, δηλοῦντες ὅτι τὸν πόθον εἰς θῆρας καὶ κυνηγέσια ἠφίεις.* Altera lectio latet in iis quae praecedunt, *ἀρτίως μὲν εἶχες ἔρωτα εἰς ὄρος ἀπελθεῖν, καὶ ἐπὶ θῆρας πόθεν* (L. *ποθὲν*) *ὥρμας καὶ κυνηγεσίων·* ubi tum *κυνηγέσια* scribendum. Praeter vulgatam videtur in Codd. antiquis haec quoque reperta lectio:

Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θῆρας d
Ποθὲν ἐστέλλου.

haud sanequam absurda valde iuveni *Jo.* nostro *Piersono* venit in mentem, *ἐπὶ θήρας Μόχθον ἐστέλλου·* recordabatur Hippolytum in v. 52. *θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα.* — *Ἀκύμαντοι ψάμαθοι,* infra v. 1126. *Ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς,* ex versu certe 1173. fuisse videntur *ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας·* hic e
equos agitare Phaedra desiderabat: et fatetur *Ovid.* Her. Ep. IV, 45.

Saepe iuvat versare leves in pulvere currus,
Torquentem frenis ora sequacis equi.

Vs. 236. *Τάδε μαντείας ἄξια πολλῆς*] Oblatum a Flor. Cod. *πολλᾶς*, et in v. 237. pro *Ὥς τις*, *Ὅς τις* recepi cum
a *Musgravio*: praeterquam in aliis, *Ὅς τις τε θεῶν ἀνασειράζει*, erat in Paris. Cod. *Ἀνασειράζειν*, multo frequentius apud recentiores quam in veterum scriptis obvium, proprie significabat *loro retrahere*: *ferocis equi luctantia colla recurvans* eximie dicebatur *Ἀνασειράζων*. *Hesychius*: *Ἀ. ἄγχων, ὡς ἀπὸ τῆς σειρᾶς εἰς τὰ ὀπίσω ἕλκων*. Ibidem in *Ἀνασειράζει* citatur *Eu-*
b *ripides Ἱπολύτῳ Στεφανηφόρῳ*. — Quis Deorum Phaedram a sano mentis statu retraheret incerta Nutrix, *Τάδε*, inquit,

Τάδε μαντείας ἄξια πολλᾶς.

De rebus sic loquebantur obscuris: *Aeschines* ad Timarchum acerbissime, *ἔτι ταῦτα*, ait, *μαντείας προσδεῖται*; p. 11, 15. *ista quid sibi velint, an opus habent adhuc vate coniectore?* *Auctor* Rhesi v. 952. *Ἤδη τάδ', οὐδὲν μάντεως ἔδει φράσαι.*
c *Alexis Athen.* X. p. 421. B. *Plato* Sympos. p. 206. B. *μαντείας δεῖται ὅ, τι ποτὲ λέγεις, καὶ οὐ μανθάνω*. — Vs. 239. et seqq. eleganter, ut solet, expressit Graece etiam perdoctus Gallorum Tragicus *Racinius*.

Vs. 247. *Τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμαν, ὀδυνᾷ*] Rediit scri-
d ptio prior, cuius loco viro placuit Elegantissimo nomen *ὀδύνα*. Versus ex *Euripidis* Cressis vulgatur,

Λύπη μὲν ἄτῃ περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινί·

ubi scribi quoque malim *Λυπεῖ μὲν* — *Hesychius* ex hoc forte versu: *Ὀδυνᾷ, λυπεῖ, καταπονεῖ*. De Ajace, cum ad sanam mentem rediisset, *Sophocles* Aj. v. 259.

Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει·
Τὸ γὰρ ἐσλεύσσειν οἰκεῖα πάθη,
e *Μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος,*
Μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει.

id est *ἄγαν ὀδυνᾷ*. Illic in *Scholiis* ad v. 265. praeter alia verissima, haec etiam, leguntur *Euripidis*, ut hic vulgantur, scripta: ad Aj. v. 269. *Αἴας*, inquit *Schol.* *νῦν μὴ νοσῶν ὀδυνᾷ ἑαυτὸν διὰ τὰ πεπραγμένα*. *Sophocles* ibid. v. 275.

Νῦν δ' ὡς ἔληξε, κἀνέπνευσε τῆς νόσου,
Κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ.

190 Tametsi *Galeni* tantum auctoritate munitum ab *H. Stephano*,
a nemini tamen verbum *Ὀδυνᾶν* suspectum erit: *R. Bentleius* Emend. p. 89. *Menandro* restituit: *Μηδὲν ὀδύνα τὸν πατέρα*

Themist. Or. XXXIII. p. 364. D. τιτρώσκει ἐνίοτε τοὺς ἀκροωμένους καὶ ὀδυνᾷ. *Achill. Tat.* I. p. 23. noctu τὰ τῆς ψυχῆς τραύματα — πολὺ μᾶλλον ὀδυνᾷ, *multo maiorem adferunt dolorem.*

Vs. 247. Τὸ δὲ μαινόμενον, κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ] *Insanire vero malum quidem, sed* κακὸν ἀνώδυνον· et *praestat* (κρατεῖ sive κρεῖσσόν ἐστιν) *absque sensu* sic *malorum perire;* quam, furore sedato, propter dicta vel facta, acerbo se moerore conficere. haec, ni fallor, est dicti sententia. Μὴ γιγνώσκοντ' *Euripides* dixit τὸν μὴ νοοῦντα sive μὴ φρονοῦντα, *non sentientem mala sua:* Φρονεῖν γὰρ ἔλεγον (verba sunt *Erotiani* Lex. *Hipp.* v. Κατεφρόνει,) οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ φάσκει,

Φρονῶ δ' ὃ πάσχω· καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν·

huic versui proximos praebet etiam *Euripidis* Antiopae versus *Stobaeus* p. 538, 29.

Τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ
Νοσοῦντα· κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

Valde sentire mala sua *Sophocles* dixit in Aj. v. 955. ἄγαν φρονεῖν, ibid. v. 555. Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν· Versus iste, citatus et alibi, *Sophoclis* quidem esse videtur, sed in istam irrepsisse sedem non suam ex margine, adscriptus ad versum praecedentem, Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος. ubi hic versus cum vicinis aliquot prostat apud *Stobaeum* p. 453, 47. is, quem dicebam, non invenitur.

Vs. 252. Πολλὰ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίοτος] Ad alios Codd. *Musgravii* Flor. et Paris. accedunt, in quibus sic versus recte scriptus legitur, ut emendandum viderat *R. Bentlejus* in Vindic. Dissertat. de Epist. *Phalar.* p. 80. Saepe βίος, quod et hic erat, scriptum pro βίοτος legitur in Codd. MSS. ut infra v. 1295. Alc. v. 90. *Soph.* Elec. v. 227. — Hoc versu ceteris praemisso, philosophantem quodammodo vetulam censuit *Euripides* minus auditoribus Atticis displicituram. Simili dicto suam Tragica praemunit orationem in Phoenissis Iocaste v. 533. Sed si talia quamdam in Iocasta, Hecuba, Andromache similibusque Heroïnis admittunt excusationem, hic multis, opinor, visa sunt disconvenire Phaedrae nutrici; quae sic cum domina coluisse videtur amicitiam quamdam ἐμπαθῆ, ut ad suum tamen pleraque commodum retulerit; atque adeo sequens oratio videri potuerit non amicitiam veram colentis, sed *mercaturam quamdam* exercentis *utilitatum.*

c Vs. 253. *Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους κ. τ. λ.*] *Musgravio* citatus *Plutarchus περὶ πολυφιλίας* hunc versum et sequentes quatuor exhibet, quaeque illis continetur sententiam corrigit, T. II. p. 95. E. F. sic ibi scribuntur Euripidea:

Χρὴ γὰρ μετρίαν εἰς ἀλλήλους
Φιλίαν θνατοὺς ἀνατείνασθαι,
Καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς·
Εὔλυτα δ' εἶναι θέλγητρα φρενῶν,
d *Ἀπό τ' ὤσασθαι, καὶ ξυντεῖναι.*

his proxima subdit *Plutarch.* *καθάπερ πόδα νεὼς, ἐπιδιδόντα καὶ προσάγοντα ταῖς χρείαις τὴν φιλίαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὦ Εὐριπίδη, μεταθῶμεν ἐπὶ τὰς ἔχθρας, καὶ κελεύωμεν μετρίως ποιεῖσθαι τὰς διαφορὰς, καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς. εὔλυτα δ' εἶναι μίση, καὶ ὀργὰς, καὶ μεμψιμοιρίαν, καὶ ὑπονοίας* e *Euripidis* studiosissimo, quique huius, et *Homeri* praesertim, dictis libros suos implevit, *Chrysippo* suspicor haec etiam in libro *περὶ φιλίας*, omisso tamen *Euripidis* nomine, laudata fuisse; hinc sua *Ciceronem*, ut a *Chrysippo* permulta, sumsisse de Amicit. c. XIII. ubi *quibusdam* ait, *quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse opinor mirabilia quaedam: sed nihil est quod illi non persequantur suis argutiis; partim* 191 *fugiendas esse nimias amicitias* etc. — *caput enim esse ad bea-* a *te vivendum securitatem; qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.* *Ciceronis* verba, quae paulo ponam inferius, cum Euripideis praeter *Victorium*, et *Graevium*, comparavit *Jo. Brodaeus* Miscell. VI. c. XIII. conf. *Hieron. Magii* Miscell. IV. c. XVIII. — Primum vulgatis apud b *Euripidem* deteriores sunt lectiones in Plutarcheis obviae: scripsit procul dubio Poëta: *Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους Φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι.* Sed ubi *κρᾶσις* est animorum, contraxit amicitiam virtus, et vix potest esse *φιλία* ex mente loquentis *μετρία*. *Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus,* *Cicero* de Off. I. c. 17. qui de Amicit. c c. XXI. *homo*, inquit, *alterum anquirit, cuius animum ita cum suo misceat, ut efficiat paene unum ex duobus.* Hinc locutiones *φιλίας εἰς ἀλλήλους ἀνακίρνασθαι, animorum consensione amicitias inter se contrahere:* cum Xerxe *φιλίην συγκεράσασθαι*, est apud *Herodot.* VII. c. 151. cuius IV. c. 152. Cyrenaeis et Theraeis *ἐς Σαμίους, cum Samiis, φιλίαι μεγάλαι συνεκρήθησαν·* notat ibi nonnulla *Wesslingius:* sed in his vini d potius mixtura spectari potest, quam animorum sese commiscentium conspiratio: veri nominis *κρᾶσις* obversabatur *Antipatro Stobaei* scribenti p. 417, 20. *συγκραθῆναι εἰς γάμον* ubi

paulo post, 29. *αἱ μὲν ἄλλαι*, inquit, *φιλίαι* similes sunt *ταῖς κατὰ τὰς παραθέσεις μίξεσιν· αἱ δ' ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ταῖς δι' ὅλων κράσεσιν, ὡς οἶνος ὕδατι.* — In Scriptoribus Ecclesiasticis de intima mixtura frequenter adhibetur *Ἀνακραθῆναι*, restituendum *Clementi Alex.* in lib. *Quis dives* etc. p. 956, 4. e *αὐτὸς ὁ θεὸς ἀγάπη καὶ δι' ἀγάπην ἡμῖν ἐθηράθη.* corrige, sodes, *ἡμῖν ἀνεκράθη*, *cum nobis se commiscuit*. dum humanam induit naturam: vid. Exc. ex *Theodoto* §. XXXVI. *Origen.* c. Cels. IV. p. 172. a. VIII. p. 428. Per preces *ἀνακραθῆναι τῷ πνεύματι* est in eius libello *περὶ εὐχῆς* p. 31. *Gregorius Nazianz.* Or. I. p. 11. C. *Θεὸς σαρκὶ διὰ μέσης ψυχῆς ἀνε-* a *κράθη.* Or. XXXV. p. 575. A. *ἄνθρωπος — συνανεκράθη θεῷ.* Junguntur *Polluci* velut finitimae potestatis verba VIII, 151. *συνηνῶσθαι· συγκεκράσθαι· ἀνακεκράσθαι· μεμίχθαι.* — In Excerptis istis ex *Theodoro* p. 982, 20. memoratur *Ψυχὴ — μυελοῦ γέμουσα πνευματικοῦ·* haec et similia non miramur in istiusmodi libellis; sed, quamvis *Μυελὸς*, *medulla*, sensu frequenter occurrat figurato, neminem tamen facile de- b deris qui cum *Euripide* dixerit *φιλίας ἀνακίρνασθαι — πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς*, *amicitias miscere ad imam usque medullam animae penetraturas*, prout interpretatur felicissimus ille Graecorum quoque Poëtarum interpres *Alb. Schultens.* in *Jobi* c. XXI. p. 575. *Themistius* Or. XXXII. p. 357. B. forte scripsisse videbitur *ὀδύνην — εἰςδεδυκυῖαν εἰς αὐτόν που τὸν* c *μυελὸν τῆς ψυχῆς·* vulgatur ibi *μυχόν*. proprio sensu *Heliodor.* III. p. 141. de aëre corrupto *ἄχρις ἐπ' ὀστέα καὶ μυελοὺς αὐτοὺς εἰσδύεται*, *usque ad ossa penetrat ipsasque medullas.* Similiter loquitur *Alciphron*; cuius Glycera sapienter p. 250. *ἔστιν*, inquit, *ὡς βίαιος ἡ ἐμπαθὴς φιλία, οὕτω καὶ εὐδιάλυτος.* — In huius generis amicitia, quam non ratio conciliavit, sed affectus regit, videri poterat *commodissimum esse*, *quam la-* d *xissimas habenas habere amicitiae; quas vel adducas cum velis, vel remittas;* quibus verbis *Cicero* de Amicit. c. XIII. haec reddidit *Euripidis:*

Εὔλυτα δ' εἶναι στέργηθρα φρενῶν,
Ἀπό τ' ὤσασθαι καὶ ξυντεῖναι.

vocem *στέργηθρα*, vel *στέργηθρον*, ter adhibitam in *Aeschyli* Tragoediis, hic aptiorem altera iudico *θέλγητρα*, quam prae- e bet *Plutarchus.*

Vs. 258. *Τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν Ψυχὰν, χαλεπὸν βάρος,*] *Cicero* l. c. *fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse*

sibi suarum cuique rerum; alienis nimis implicari molestum
192 *esse; — caput enim esse ad beate vivendum securitatem; qua*
a *frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.*
In Alcesti, v. 883. scripsisse videtur *Euripides*,

> Ψυχῆς δὲ μιᾶς τῆςδ' ὑπεραλγεῖν
> Μέτριον ἄχθος.

ubi vulgatur ψυχῇ δὲ μιᾷ τῆςδ' ὑπεραλγεῖν.

b Vs. 264. *Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ Τοῦ μηδὲν ἄγαν*] Quum syllaba fulcro non indigeret in *λίαν γ'*, omisi literam quae Codicibus aberat: — omitti quoque potuerat, quam v. 261. ad *φασὶ* recepi ex Paris. — *Τὸ λίαν* saepe damnat *Euripides*: *Ἄριστον μέτρον esse dixit Lindius Cleobulus; Ausonius*: huius *Cleobuli* ubi dictum explicat velut in scena p. 281. comparat tanquam alterius dictum eiusdem propemodum sen-
c tentiae *Μηδὲν ἄγαν· ne quid nimis*; de cuius auctore primo dubitatur: vid. *H. Junii* Animad. VI. c. 24. *Aeg. Menag.* in *Diog. Laërt.* I. 41. uterque Scholiis utitur in hunc *Euripidis* locum, quem *Ausonio Jac. Tollius* adscripsit: *Μηδὲν ἄγαν τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὁ σοφώτατος εἶπεν*, *Anthol.* II. c. XLVIII. ep. 1. *Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν*, *Theognis* v. 335, 401. *Μέτρον*
d *ἄριστον* saepius est in Phocylideis: in *Anthol.* IV. c. XII. ep. 73. Nemesi tribuitur, arrogantiae vindici, *τὸ*, — *μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον*. Unius ponam itidem philosophantis ex *Eurip.* Medea Nutricis verba ex v. 125.

> Τῶν γὰρ μετρίων πρῶτα μὲν εἰπεῖν
> Τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαί τε μακρῷ
> Λῷστα βροτοῖσιν· τὰ δ' ὑπερβάλλοντ'
> Οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς.

e et ex *Etymologico M.* p. 587, 13. *Αἰτίαο τὼ μέτερρα·* Forma verbi Laconica restituta corrigo probabiliter, *Αἰτιδδε τὰ μέτερρα*, id est, *αἰτιζε* vel *αἴτει τὰ μέτρια· moderata pete:* sic dictum ingenio quoque Laconico dignum videbitur.

Vs. 270. *Σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι*] Vidit et *Reiskius* scribendum, *Σοῦ δ' αὖ πυθέσθαι·* in talibus saepius *αὖ* ponitur pro
a *δή*. — Sequentem v. 271. *Οὐκ οἶδ' ἐλέγχουσ'· οὐ γὰρ ἐννέπειν θέλει*, Nutrix Latine sic expressit in *Senecae* Hipp. v. 860. *Haud pandit ulli; moesta secretum occulit.*

Vs. 273. *Εἰς ταυτὸν ἥκεις*] *Recidis eodem*, *Rataller.* et *Doroth. Camillus.* Est in Cod. Flor. lectio, quam ex uno Pa-
b ris. *Musgravius* enotavit, in Scholiis etiam memorata, *Εἰς*

ταυτὸν ἥκει· nempe *ἡ νόσος*, eiusque *ἀρχὴ*, *morbus et causa morbi* hac parte *conveniunt*, ut aeque ac morbum causam etiam malorum ignorem. Scripsisse tamen arbitror Poëtam, *Εἰς ταυτὸν ἥκεις·* in causa quoque morbi *convenit inter nos*, ut aeque illam ignorem ac tu. Hoc sensu adhibuit in Hecuba v. 747.

Εἴ τοι με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι, c
Εἰς ταυτὸν ἥκεις, καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν.

Quomodocunque cum aliquo convenire dicitur *εἰς ταυτὸν ἥκειν* vel *ἐλθεῖν·* *Euripides* Danaë:

Ἐς ταυτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας
Τόν θ' ὃν καλοῦσιν Αἰθέρ', ὅστις ἐστὶ δή.

in Eclog. *Stobaei* Phys. *Grot.* p. 139. *Eurip.* in *Stobaeo Gesneri* p. 172, 25. d

Τὸ γὰρ βιαίῳ κἀγρίῳ τὸ μαλθακὸν
Εἰς ταυτὸν ἐλθὸν τοῦ λίαν παρείλετο.

apud eumdem p. 357, 5. *Ταῦτ' εἰς ἓν ἐλθόντ', in unum ista hominem si conveniunt:* eximie unanimes amici, sive cives concordes, dicuntur *εἰς ἓν ἐλθεῖν*. *Harpocration*, *Εἰς ἓν ἦλθεν, ἀντὶ τοῦ ὡμονόησεν·* spectat locum *Demosthenis* p. 276, 19. e

Vs. 274. — *κατέξανται δέμας*] *Corpus macie extabuit*, *Tragicus* Incertus ap. *Ciceronem*. Attigit *Eustath. Euripidis* ista in *Hom.* Il. *B.* p. 143, 23. — In vs. 275. Cod. Paris. *τριταίαν οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν·* literam vero *γ'* omnino retinuerim: *τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν·* *quae quidem tertium iam diem abstinet cibo.* *τὴν τρίτην ἡμέραν* dixit *Euripides τριταίαν*, ut 193
τὴν προτέραν dicebant et *προτεραίαν·* Polydorus in Hecuba a
v. 32. *Τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος·* ubi Schol. multa tradens de his numeralibus *ἐνταῦθα δὲ, τὸ Τριταῖον ἀντὶ τοῦ τρίτον λέγεται.* Hic usitato more scripsisset, *τριταῖος ἤδη αἰωρούμενος·* ut nostro loco, *τριταία γ' οὖσ' ἄσιτος·* omissis vocibus *φέγγος* et *ἡμέραν*. Suam nunc coniecturam Cl. *Reiskius*, opinor, nollet doctis hominibus propositam. b

Vs. 276. *Πότερον ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;*] In hac lectione conspirant Codices (*ἄτην* dat Flor.) etiam quos se consuluisse scribit *P. Victorius* V. L. XIII. c. 17. dubitanter corrigens, *Πότερον ὑπ' ἄσης·* ut interroget Chorus, *abstineatne cibo propter fastidium, an quod e vita per inediam discedere velit.* *Victorio G. Canterus* adstipulatur; *rectam et veram* emendationem *Victorii* iudicat *M. A. Muretus* V. L. X. c

c. XII. sed, quia prima solet in ἄση corripi, duarum vocum ordinem tantum immutandum, legendumque, Πότερον ἄσης ὕπ', ἢ θ. π. Verborum *Euripidis*, — ἔπαυσε καρδίαν ἄσης'
d (quibus primam huius vocis corripi docet *Eustath.* in *Hom.* Il. *I.* p. 635, 14.) sedem *Muretus* ignoravit: apud *Olympiodorum* in *Platonis* Alcibiad. cum legeretur integer versus,

Ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίας ἄσην·

hanc lectionem in *Eurip.* Medea v. 244. καρδίας χόλον exhibente, restituit *Jo. Piersonus* in *Moer.* Attic. p. 60. et simul in
e hoc *Hipp.* loco reiicit lectionem ἄσης ὕπ', ut nimis duram, arbitratus potius ex illorum sententia scribi potuisse Πότερον ἀσηθεῖσ', ἢ θανεῖν πειρωμένη. *Piersonus* vero nihil mutandum decernit, ἄτην esse δαίμονος ἄτην, ut v. 243. *Musgravius* tandem et *Reiskius Victorii* probasse videntur lectionem: sed huic mihi quoque syllabae modulus obluctari videtur, in ἄση et semper in ἀσᾶσθαι correptae tum in Theognideis tum
a alibi. Praeterea, quae macie contabescens per triduum abstinuerat cibo, de Phaedra dubitari non poterat, quin ἀσηθεῖσα mori desideraret,

Fastidiosa tristis aegrimonia,

ut loquitur *Horat.* Epod. XVII, 73. — Ista faciunt ut mihi quoque vox ἄτης servanda, sed scripsisse videatur *Euripides*,

b Πότερον ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;

in hunc sensum, *Vtrum abstinet cibo*, sive *ex ira Deûm*, seu *moerore* confecta, *tanquam mori desiderans?* Ad illud πότερον sequi debebat ἢ, more his etiam in senariis usitato: Hipp. v. 800. *Soph.* Oed. T. v. 970. Antig. v. 1190. sed aliam causam
c inediae priusquam Troezenia mulier memoraret, eius orationem Nutrix interrupisse videtur, dicendo,

Θανεῖν· ἀσιτεῖ δ' εἰς ἀπόστασιν βίου.

Litera sic mutata, ἢ pro ὡς frequenter occurrit: *Eurip.* Phoen. v. 419.

Κοίτας ματεύων, ἢ φυγὰς πλανώμενος;

an quaerens cubile, ut solet vagus exul? *Soph.* Elec. v. 340.
d οὐχ ἢ 'γὼ λέγω, Ἀλλ' ἢ σὺ κρίνεις. hanc in rem frustra plura congererentur. — Coelo Iupiter *Homeri* detrubavit Ἄτην, ἣ πάντας ἀᾶται, in Il. *T.* 129.; *Eustathius* illic, ubi Troia fuit, Ἄτης λόφον fuisse scribit memoratum *Lycophroni* v. 29. atque illud confictum διὰ τὰς μεγάλας ἄτας, ἃς ἐκ Διὸς οἱ Τρῶες

ἔπαθον. neque absurde τὸν ἔγγειον τόπον, velut omnibus malis refertum, Ἄτης λειμῶνα vocabat *Empedocles* teste *Themist.* e
Or. XIII p. 178. B. conf. p. 240. C. hinc quaevis *noxa gravior*, vel *calamitas*, divinitus miseris mortalibus immissa, dicebatur Ἄτη. praesertim apud Tragicos, *Aeschylum* inprimis et *Sophoclem*: *ira Dei* vel *Deorum* δαίμονος etiam et δαιμόνων ἄτα dicebatur: *Eurip.* Phoen. v. 1072. Ἐπέσσυτο τάνδε γᾶν Ἀρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα. Med. v. 129. Μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ, Δαίμων οἴκοις ἀπέδωκεν. ipsa Phaedra v. 241. 194
Ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτᾳ. Quibus erunt ad manum hac a
voce utentium Tragicorum loca, hi vocem ἄτης hoc in loco mutatam nolint.

Vs. 278. Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει] Adscriptum ad ἐξαρκεῖ sat commodum in Cod. Paris. interpretamentum ἀρέσκει. Verba ἀρκεῖσθαι et ἀρέσκεσθαι permutantur in b
nonnullis locutionibus. In Christi Pat. Tragoedia versus est 567. Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τόδ' ἐξαρκεῖ πατήρ. scripserat auctor, πατρὶ, neque enim, opinor, ad vulgatam tuendam abutetur aliquis his *Xenophontis* Ἀπομν. II. p. 435, 29. ταῦτα ὁ φίλος πρὸς τοὺς φίλους ἐξήρκεσεν, similibusve.

Vs. 280. Ὀδ' εἰς πρόσωπον οὐ τεκμαίρεται βλέπων;] Lo- c
quentis mentem non verba his exprimas ex Hipp. *Senecae* v. 362.

inclusus quoque,
Quamvis tegatur, proditur vultu furor.

In eius Agam. legitur v. 128.

Licet ipse sileas, totus in vultu est dolor:

toto luctus in ore fuit, est in Consol. ad Liviam v. 88. — Hic versus quique sequitur supra leguntur in Scholiis in v. 151. d
— Ex v. 283. πλάνον φρενῶν, et ex Paris. Cod. πλάνην, attigit *Piersonus* in *Moer.* p. 315. φρενῶν πλάνον dat illic Flor. Cod.

Vs. 284. Εἰς πᾶν ἀφῖγμαι, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον] *Omnia feci, nec quidquam profeci:* πᾶν pro πάντ' oblatum a
Flor. Paris. duobus Codd. *Musgravii*, recepi: Frequenter le- e
guntur locutiones, εἰς πᾶν ἀφικέσθαι, et εἰς πᾶν ἐλθεῖν, alium tamen in usum adhibitae: vid. Notata in *Herodot.* P. 557, 9. Hic ista phrasi significatur, quod vulgo dicitur πάντα ποιεῖν, vel πάντα δρᾶν, *omnia facere*: vid. *Jos. Scaliger* Comm. in Culicem p. 20. Conatum enim irritum monstrant etiam proxima, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον. *et nihil quidquam profeci;* quod

a vulgo quidem Atticis dicebatur οὐδέν μοι πλέον ἦν· sed et οὐδὲν πλέον ἔπραξα vel ἐποίησα· vid. *Eurip.* Iphig. Aul. v. 1373. *Andocides* c. Alcib. p. 31, 41. p. 29, 32. In hac re tantilla *R. Bentleium*, hominem tamen et humana saepe passum, alicubi memoria fefellit.

Vs. 288. Ἄγ', ὦ φίλη παῖ,] Sic Flor. Paris. omnesque b Codices *Musgravii;* neque dubitavi recipere Ἄγ', ὦ φ. π. tanquam hic aptius vulgato Ἀλλ' ὦ· quod infra recte legitur v. 473. Ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν. In *Sophoclis* El. v. 922. scribi quoque malim,

Ἄγ', ὦ φίλη, θάρσυνε.

quia versum praecedentem Ἀλλ' inchoat: illic v. 992. rectum est Ἀλλ', ὦ φίλη, πείσθητι. Perparum tamen ista distant; c nam, aeque ac ἀλλὰ, voculae sunt in talibus excitantis ἄγε, φέρε, sive ad plures quis verba faciat, seu unum alloquatur.

Vs. 294. Γυναῖκες αἵδε συγκαθίσταιντ' ἂν νόσον.] *Hae mulieres mecum morbum sedaverint.* In Androm. v. 956. χρεὼν Κοσμεῖν γυναῖκας τὰς γυναικείους νόσους. praebet Cod. Flor. pro φύσεις. Nostrum in versum *Musgravii* recepi coniectu- d ram docte sic corrigentis Codicum suorum scripturam συγκαθίσταναι· quod praebent et Paris. et Flor. pro συγκαθιστάναι. In Hecubae v. 1200. pro δύνανται legerem vel ex uno Codice Leid. Ἀλλ' οὐ δύναιντ' ἂν διὰ τέλους εἶναι σοφοί. — In vs. seq. ἔκφορος συμφορὰ opponitur τοῖς ἀποῤῥήτοις κακοῖς· In *Aristoph.* Thesm. v. 479. vitiosissime scribitur,

e Αὐταὶ γὰρ ἐσμὲν, κοὐδεμί' ἔκφορος λόγου·

dicitur quidem οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγος, ex. gr. *Platoni* Lachete p. 201. A. sed illic omnino corrigendum est,

κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου.

Λόγων ἀποῤῥήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ, praeceptum est *Periandri Stob.* p. 47, 5. p. 237, 54. De Pythagoreis *Jamblichus* 195 in libro nondum edito περὶ τῆς κοινῆς Μαθηματικῆς ἐπιστήμης, a c. XXIV. τῶν θεωρημάτων τὴν μετάδοσιν ἐποιοῦντο ἐν ἀποῤῥήτοις, ὀλίγοις (L. ὀλίγοι) τε πάνυ τῆς γνώσεως αὐτῶν ἐκοινώνουν, καὶ, εἴπου τὶ ἔκφορον γένοιτο εἰς τοὺς πολλοὺς, ἀφωσιοῦντο τοῦτο ὡς ἀσέβημα.

Vs. 298. Ἀλλ' ἤ μ' ἐλέγχειν, εἴτι] Hic εἴ τι paulo melius videbatur, quam ἤν τι μὴ καλῶς λέγω· itaque posui auctori- b tate Codd. Flor. et Paris. In talibus saepe variatum a librariis: in Hecuba v. 869. Ms. εἴ τι· praestat vulgatum illic, ἤν τι βου-

λεύσω κακόν. — Hunc versum et sequentem velut perditae Tragoediae fragmentum dedit *Barnes.* P. 513. vss. 372, 373.

V. 300. Φθέγξαι τι· δεῦρ' ἄθρησον] Hinc in suum ista drama recepit *Auctor Χρ. Π.* v. 845. Latina fecit *Seneca* Hipp. v. 587. ubi Nutrix ad Phaedram: c

Attolle vultus; dimove vocis moras.

His congruit in *Soph.* Oed. Col. v. 1268.

Φώνησον ὦ πάτερ τι· μή μ' ἀποστραφῇς·

iratum ibi patrem alloquitur Polynices: sed δεῦρο βλέπε, vel δεῦρ' ἄθρησον, *me huc aspice, Plauto* Amph. II, II, 118. idem ac

Ἄκουε δὴ νῦν, καὶ σὺ δεῦρο νοῦν ἔχε, d

in *Eurip.* Or. v. 1186.; plerumque formula erat dominorum, sive patrum, servis, filiisve minus attentis ut diligenter attenderent imperantium: vid. *Antiphanes Athen.* XV. p. 667. B. *Aristoph.* Nub. v. 91. *Soph.* Oed. in Col. v. 1131. Trach. v. 406. et *Is. Casaub.* Anim. in *Athen.* IX. c. XV.

Vs. 302. Ἴσον δ' ἄπεσμεν τῶν πρὶν,] Speciosa correctio, e *Scaligero* tributa, τῷ πρὶν, a *Barnesio* recepta fuit in contextum, non item a *Musgravio;* cui tamen placet ista lectio videturque a *Scholiaste* expressa, scribente, εἰς δὲ τὸ πείθειν ὁμοίως ἄπεσμεν τοῖς πρὶν ῥήμασιν. ob ista mihi Tragicus, et quia mox λόγων fit mentio, scripsisse potius videretur τοῖς a πρὶν, sive, prout vulgatur, Ἴσον — τῶν πρὶν, nempe λόγων, ἄπεσμεν τοῦ πείθειν τοῖσδε τοῖς νῦν λόγοις. *Thomas Mag.* in Ὅμοιον τῷ δεῖνι καὶ ὅμοιον τοῦ δεῖνος· ὡσαύτως, ait, καὶ ἴσον τῷ δεῖνι καὶ ἴσον τοῦ δεῖνος.

Vs. 303. — οὔτε γὰρ τότε λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε] *Neque enim tunc dictis Mitescebat, νῦν τ' οὐ πείθεται, neque his precibus inflectitur.* Est optima profecto Codicum Flor. Paris. b lectio, ἐτέγγεθ', in omnibus, quos adhibuit, inventa *Musgravio*, hinc in contextum iure recepta. Illam quidem venustiorem quoque iudicat Eruditissimus elegantiarum veterum arbiter, *Dav. Ruhnkenius* ad *Tim.* Lex. p. 178. alteram tamen vulgatam ἐθέλγετ' etiam talem, in qua *forsan acutiores acquievissent:* optime meo quoque, si quid id est, arbitratu. Quum c vero ἐθέλγετ', ut lectio diversa, memoretur in duobus libris *Musgravii*, hoc magis suspicor, hanc lectionem primae fuisse Editionis, cui substituerit in secunda *Tragicus* tanquam Phaedrae convenientius (οὔτ') ἐτέγγεθ'· neque enim adeo mitibus

erat alloquiis *mulcenda* Phaedra, quam *inflectenda* precibus et *mollienda*; quae, ante velut alumna facile tractabilis, nunc
d dura Nutrici reluctabatur, causamque moeroris fateri recusabat. Hoc verbo *τέγγεσθαι* significatur; illud, altero *θέλγεσθαι*. Nam dubium nullum est quin recte dicatur *λόγοις* aliquis *θέλγεσθαι*· et *λόγος θελκτήριος*· *θέλγητρα verborum* quoque sint *delinimenta*. *Mulcere* aliquem fistula, carmine, verbis et oratione, *Κηλεῖν* dicebatur et *Θέλγειν*· quorum prius,
e usitatius, non de Orpheo tantum, Arione, aliisque Poëtis, sed et de Oratoribus adhibetur Pericle, Protagora, Callistrato, ceterisque, sic auditores permulcentibus, ut quo velint perducant. Hoc ubi ponitur, non convenit *Τέγγειν*, proprie significans *aqua adspersa macerare et mollire:* hinc facili flexu transfertur ad pectus ferum verbis sive precibus molliendum.
196 Durus ante atque intractabilis qui velut manum admittit mol-
a lientis, ac tandem precibus inflexus mitescit, ut *μαλάσσεσθαι*, *μαλθάσσεσθαι*, *μαλθακίζεσθαι*, quae singula reperiuntur et apud Tragicos, sic eleganter etiam dicitur *Τέγγεσθαι*. Sed horum priora tamen illic etiam adhibentur, ubi alterum poni potuit *θέλγεσθαι*· exemplo sit *Aeschyleum μαλθαχθῆναι ὕπνῳ*· *Euripidis* est *φίλον ὕπνου θέλγητρον*· *Ovidii*, *Lenis adhuc*
b *somnus placidis Erysichthona pennis Mulcebat.* Haec singula locis veterum adscriptis firmari potuissent.

Vs. 304, 5. *Ἀλλ' ἴσθι μέντοι, (πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα Γίγνου θαλάσσης) εἰ θανῇ, προδοῦσα σοὺς Παῖδας*] Haec certe non fuerunt ab Interpretibus intellecta: *Sed scito tu tamen, (licet ob hoc dictum mari fias ferocior,) filios te tuos, si mo-*
c *rieris, proditurum, regni paterni non futuros participes*: recte *Racine, dans sa Phedre,*

Vous trahissez enfin vos enfans malheureux.

Partim cepit qui dedit in Scholiis ista, *γίνωσκε προδιδοῦσα τοὺς σοὺς παῖδας εἰ θανῇ· scias prodere tuos te liberos, si morieris*, ante diem nempe. More veteribus usitato quem ad
d *Herodotum* attigi P. 194. ponitur *Ἴσθι — προδοῦσα, scias te prodidisse* liberos quum morieris: Illud ipsum etiam *Ἴσθι*, pro *ἴσαθι* sive *γίγνωσκε*, *Homero* semper adhibitum, (recentioribus *Homero* etiam pro *ὕπαρχε*· vid. *Aristophanem* Gramm. *Eustathii* in Od. *Α.* p. 428, 48. et *Ammonium* p. 76.,) cum participiis saepe hunc in modum iungitur *Sophocli*, Aj. v. 1174,
e 1333. El. 300, 1206. Oed. T. 1032. *Δῶρόν ποτ' ἴσθι τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών.* v. 1191. *Ἴσθι δύσποτμος γεγώς.* in eius Oed. Col. v. 1206. *Σῶς ἴσθ'* eleganter in margine libri sui, qui hic Leidae servatur, correxit *Jos. Scaliger:* illic participium

supprimitur, ut ab *Eurip.* Heracl. v. 598. *Πασῶν γυναικῶν ἴσθι τιμιωτάτη*, nempe *οὖσα*· additur in humus Oreste v. 626. *Τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι.* Hic Rhodii gubernatoris dictum egregium, quod attigit Clar. *G. Koenius* ad *Gregor.* de Dialect. p. a
93. restitui poterit, sic apud *Aristiden* vulgatum in Orat. I. Rhod. T. II. p. 346. C. *ἴσθι ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσω.* adscriptum fuisse videtur *ὅτι — καταδύσεις*, velut interpretamentum, sed dixisse Rhodius in media tempestate, *Ἀλλ', ὦ Ποτειδαν, ἴσθι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσων. Sed tu Neptune scito non hanc navem te nisi rectam demersurum:* hoc non b
animadverterant *G. Canter.* N. L. VII. c. XXVI. aut *Jo. Meursius* in Rhodo I. c. XVII.

Ibid. — *πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα Γίγνου θαλάσσης*] Ad sensum parum differre iudico, dicaturne, *Sis licet immitis Marisque ferocior undis*, *Ovidio* Her. III, 133. an *Horatio* Carm. III. Od. VII, 21. *scopulis surdior Icari Voces audit:* c
iunguntur illi Her. XV, 189. *ó scopulis undaque ferocior;* huic in Epod. XVII, 54. dicuntur *Non saxa nudis surdiora navitis.* *Senecae* Nutrix in Hippol. v. 580.

Ut dura cautes undique intractabilis
Resistit undis, et lacessentes aquas
Longe remittit, verba sic spernit mea.

Scribens ista Poëta Latinus non horum tantum, sed Medeae d
quoque Nutricis recordabatur, cui tribuuntur ista in *Eurip.* Med. v. 28.

— — ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος
Κλύδων, ἀκούει, νουθετουμένη φίλων.

Quae, nec diffiteor, sic possunt interpretatione commoda molliri, ut *amicorum audire monita* dicatur ferox Medea *scopulo surdior et fluctu marino;* quo modo cepit illa *R. Bentlejus* in e
Horat. Serm. I. Ecl. III, 25. Propter *Senecae* locum non absurda videbitur haec, unius additione literae, dudum a me excogitata lectio,

— — ὡς δὲ πέτρος ἐνθαλάσσιος
Κλύδων', ἀκούει νουθετουμένη φίλων.

id est, *ὡς δὲ πέτρος ἐνθαλάσσιος ἀκούει κλύδωνα, οὕτως ὑπὸ φίλων νουθετουμένη Μήδεια ἀκούει νουθετήσεις· ut autem pe-* 197
lagi rupes immota *fluctus* lacessentes, sic *audit illa monitus* a
amicorum; sive *Senecae* verbis, *Ut dura cautes* etc. *Verba sic spernit mea.* — *Euripidis* Medea quum dicatur in proximis versibus, *Οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ', οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς Πρόσ-*

ωπον, hoc magis videbitur obversata *Virgilio,* de Didone scribenti Aen. VI, 469.

Illa solo fixos oculos aversa tenebat;
b *Nec magis incoepto vultum sermone movetur,*
Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Ab hac diversa Homerica expingitur imago (de qua *Gatakerus* egit ad *M. Antonin.* IV, 49.) in Aen. VII, 586, 588, 89, 90. Si versus 587. Poëtae debetur, noluisset tamen, opinor, in eo-
c dem loco cum praecedente lectum; sed et *N. Heinsio* spurius videtur. Praeter priora *Virgilii,* vulgatae per Editiones in Medea lectioni favere forsan videbuntur ex *Aeschyli* Prom. v. 1000. et *Euripidis* ex Andromache vss. 537, 538.

Τί με προσπίπτεις, ἁλίαν πέτραν,
Ἢ κῦμα, λιταῖς ὡς ἱκετεύων.

d Nisi modus esset tenendus, etiam aliunde posset altera lectio commendari.

Vs. 307. *Μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν κ. τ. λ.*] Hanc formam ex Cod. Paris. reposui pro ἱππείαν, aeque bona, sed in hac sede senarii vitiosa, quia non solet a Tragicis in ulla voce, quod meminerim, corripi diphthongus ει. hac de re dictum est ali-
e quoties in *Eurip.* Phoen. ubi mentio quoque fit ἱππίου θεοῦ v. 1701.

Istorum, vs. 309, 10. *οἶσθά νιν καλῶς, Ἱππόλυτον. Φ. Οἴμοι,* recordabatur, opinor, *Ovidius,* Myrrhae nobis amorem narrans illegitimum in Metam. X.; cum dixisset Nutrix v. 401.

vivunt genetrixque, paterque;
Myrrha, patre audito, suspiria duxit ab imo
a *Pectore; nec nutrix etiamnum concipit ullum*
Mente nefas:

neque ad suspiria Phaedrae Nutrix, aliter illa ac debuerat accipiens. Huius — θιγγάνει σέθεν τόδε tantumdem significat ac σῆς καρδίας, vel φρενῶν ἀνθάπτεται in Med. v. 55. Hel. v. 966.

Vs. 312. legitur in Paris. Cod.

Τοῦδ' αὖθις ἀνδρὸς λίσσομαι σιγᾶν πέρι.

b mihi placent voces ut collocantur in Editis: mox in eodem Cod. in v. 314. ad παῖδας memorantur *Ἀκάμας καὶ Δημοφῶν* Hippolyto *Senecae* v. 434.

Sospesque Phaedra, stirpis et geminae iugum.

In *Homeri* Catalogo non nominati, quia dux erat Atheniensium Menestheus, Tragicis aliisque commemorantur tanquam in castris Graecorum ad Troiam iuvenes primarii; *Soph.* Philoct. v. 564. c

Φοίνιξ θ' ὁ πρέσβυς, οἵτε Θησέως κόροι.

Eurip. Hec. v. 122. cuius ex Heraclidis vss. 35, 36. tractare *J. Meursius* debuerat de Reg. Athen. III. c. IV. qui de Thesîdis pauca dedit in Theseo c. XXX. plura, nec protrita notavit d *Nic. Heinsius* in Epist. II. *Sabini* v. 23. — De his suis filiolis sic loquitur *Ovidii* Phaedra, ut modum mihi Poëta videatur exsuperare, atque abusus ingenio, dum ista facit Hippolyto scribentem Ep. IV, 123.

Addidit et fratres ex me tibi: quos tamen omnes

(duo tantum novit Thesîdas ex Phaedra; legerim, *omnis, non* e *omnis ego causa fui tollendi*,)

Non ego tollendi causa, sed ille fuit:
O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,
In medio nisu viscera rupta forent.

hoc votum improbo mihi videtur amore longe magis impium. — *Euripidis* Phaedra, in amante tamen mater, v. 315. 198 a

Φιλῶ τέκν', ἄλλη δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι·

Liberos diligo; sed alia tempestate iactor: Verbum χειμάζεσθαι de corporis etiam animique morbis adhibitum attigit *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Ran. v. 364. νόσοις χειμάζεσθαι *Plato* dixit Theaet. p. 170. A. πάθεσι χειμαζομένους *Porphyrius Homer.* Quaest. V. p. 87, 6.

Vs. 316. Ἁγνὰς μέν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις] In b *Dramate Χρ. Πάσχ.* vers. est 720. Ἁγνὰς γάρ, ἁγνὰς χεῖρας αἱμάτων φέρεις. φορεῖς in *Eurip.* versu duo saltem dant Codd. Paris. in eorum altero *Sophoclis* ex Oed. T. vss. 1328, 9. sic scribuntur,

Καὶ θαῦμά γ' οὐδὲν, ἐν τοσοῖσδε πήμασι
Διπλᾶ σε πενθεῖν, καὶ διπλᾶ φορεῖν κακά.

est illud φορεῖν aliquoties in Sophocleis. c

Vs. 317. Χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.] Μιάσματα legitur apud *Athen.* XII. p. 530. D. Ex Animadv. *Casau-*

boni discere *Barnesius* potuisset versum esse ex Hippolyto, quem retulit inter reliquias incertae Trag. p. 515. v. 435. Recta est lectio *μίασμά τι*. Phaedra *Senecae* v. 668.

d *Respersa labe nulla, et intacta, innocens*
Tibi mutor uni.

Vere dicebat eiusdem Deïanira, Hercule in Oeta v. 964. — *innocens animus mihi, Scelesta manus est*; nec enim illa scelus cogitaverat: *sacerdos* in *Gratii* Cyneg. v. 449. *procul hinc* etc. *Quis Scelus aut manibus sumptum, aut in pectore motum*
e *est.* In *Eurip.* Oreste v. est 1642.

Με. Ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας. Ορ. Ἀλλ' οὐ τὰς φρένας.

— Duo seqq. versus sic adhibet ἡ *Θεοτόκος* in *Dram. X. Π.* v. 705.

Καὶ πῶς ὁρῶ λησταῖς σε συνηρτημένον,
Οὐδ' ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τινὸς,
Φίλος δ' ἀπόλλυσ' οὐκ ἄκονθ' ἑκουσίως.

Sic ista scripsisse videtur *Auctor.*

a Vs. 322. *Τί γὰρ τὸ δεινὸν τοῦθ', ὅ σ' ἐξαίρει θανεῖν*] Apud hos non tantum Poëtas sed quosvis etiam Scriptores *ἐπαίρειν* invenitur, quo modo hic poni videtur *ἐξαίρειν*, et vix alibi positum reperietur: attigit illud hinc *Marklandus* in *Eur.* Suppl. v. 581. *Οὔτοι μ' ἐπαίρεις, ὥστε θυμῶσαι φρένας, Τοῖς σοῖσι κόμποις·* facit is locus ut versus recorder, Euripidei
b procul dubio, quem mihi nusquam alibi lectum, exhibet ex *Chrysippo* Stoïco *Galenus* de Dogm. *Hipp.* et *Platon.* L. III. T. I. p. 265, 38.

Ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἐξῆρ' ἄνω.

vulgatur, *ἐξῆρεν ἄνω.* Optime *Theognis* v. 631. *Ὥιπερ μὴ θυμοῦ κρέσσων νόος, αἰὲν ἐν ἄταις — κεῖται.* Phaedram *ὑπ' ἄτης ὁ θυμὸς, τοῦ νοῦ* sive *τῆς γνώμης κρείσσων, ἐξῆρε θανεῖν.*
c ex Philosophis multa dari possent, quae huius non sunt loci: ex Orat. Lycurgi c. Leocrat. p. 159. senarios tantum adscribam, qui mihi sane videntur etiam *Euripidei*:

Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινὰ,
Τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν,
Τὸν νοῦν τὸν ἐσθλὸν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
Γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὢν ἁμαρτάνει.

d Vs. 324. *Οὐ δῆτ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι.*] *Non equidem volens*, nempe *ἐάσω σ' ἁμαρτεῖν· ἐν δὲ σοὶ* (*κριτῇ*)

λελείψομαι. Phaedra tamen iudice vincar, aut, *victam me dabo;* sive potius *sed acquiescam in tuo iudicio.* Minime mirandum est Interpretibus haud intellecta, quae viris eruditissimis in *οὐδὲ σοῦ λελείψομαι* videbantur mutanda. Multiplex e
usus est in talibus praepositionis. *In quo* uno *salus* alicuius *posita* videtur vel *infortunium, ἐν τούτῳ* quoque dicitur aliquis *σώζεσθαι*, vel *δυστυχεῖν· Soph.* Aj. v. 519. *Aristoph.* Ran. v. 1497. etc. *Meo quidem iudicio*, vel *arbitratu, τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ Callimacho;* plene dicebatur non tantum, *ὥς γ' ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ*, (*Eurip.* Alc. 801.) *ὥς γ' ἐμοὶ κριτῇ*, et contractius adhuc *ὥς γ' ἐμοὶ, Epicharmo, Sophocli, Amphidi;* (hoc Clar. *Toupius* attigit Em. in *Suid.* II. p. 187.) sed et *παρ'* 199
ἐμοίγε κριτῇ· παρ' ἐμοίγε· tandem etiam *ἔν γ' ἐμοί. Euripi-* a
des ap. *Stobaeum* p. 226, 28.

Ὡς ἔν γ' ἐμοὶ κρίνοιτ' ἂν οὐ καλῶς φρονεῖν,

meo quidem iudicio non recte sapere videretur; ἐν σοὶ legitur in Eumen. *Aeschyli* v. 472. ubi Orestes ad Minervam, *κρῖνον δίκην· Πράξας γὰρ ἐν σοὶ πανταχῇ τάδ' αἰνέσω· te enim iudice* b
quodcunque mihi evenerit collaudabo; sive *acquiescam in tuo iudicio*, prout recte cepit Clar. *Abresch. Eurip.* Hippol. v. 1320. *Σὺ δ' ἔν τ' ἐκείνῳ κἀν ἐμοὶ φαίνῃ κακός. Heliodor.* L. I. p. 44. *εἰ δὲ καὶ πρότερον, ἐν σοὶ καταλείψω τὴν σκέψιν.*

Vs. 326. *Καὶ σῶν γε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε.*] Ex duobus enotata Codd. a *Musgravio* lectio mihi prisca videtur, c
Καὶ τῶνδε γονάτων· haecce genua, quae Nutrix in scena, dum ista dicebat, amplectebatur: ad *τῶνδε γονάτων* recte *σῶν γονάτων* adscriptum ut interpretatio, quam absque vocula *γε* praebet in hoc versu lectionem Codex Paris. — Sequentis versus 327. *Κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ τάδ', εἰ πεύσῃ, κακά*, sententiam Myrrhae quoque tribuit *Ovidius* Met. X. quae v. 412. ad Nutricem, *discede aut desine dixit Quaerere quid doleam;* d
scelus est quod scire laboras. Suam Phaedram *Racinius* dicentem facit:

Quel fruit esperes tu de tant de violence?
Tu fremiras d'horreur, si je romps le silence.

Vs. 329. *ΦΑ). Ὀλῇ*] Sibimet illud Phaedra dixisse vi- e
debatur *Brumoco;* mihi vero, Nutrici contribuendum; ut ad illud *Ὀλῇ* mox interiecerit Phaedra, *τὸ μέντοι πρᾶγμ' ἐμοὶ τιμὴν φέρει· atqui vero res ista mihi est gloriosa;* ipsa quidem intelligens *τὸ Ὀλέσθαι·* quum enim ratione vincere non potuerat amorem; sive per inediam, seu alio genere mortis vitam

finire decreverat, ut morte nefas praeverteret, et εὐκλεὴς mo-
a reretur: infra v. 401. *cum non poteram*, inquit, *Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι Κράτιστον·* conf. vss. 419. et seqq. 687. Atque in hunc sensum verbum *Ὀλῇ* cepit et sequentia *Scholiasta* qui quidem ista scripsit: *ἐὰν μή μοι εἴπῃς ἀποθανῇ — εἶτα (Φαίδρα) φησὶν, ἀπολοῦμαι· τὸ δὲ ἀπολέσθαι με τιμήν μοι φέρει.* — Sequentem idem ille versum etiam recte
b mihi videtur interpretatus: *ἡ δὲ Γραῦς, μὴ νοήσασα τὸ πρᾶγμα, φησὶν, εἰ τιμήν σοι φέρει τὸ πρᾶγμα, διατὶ, — κρύπτεις τὰ καλὰ, ἐμοῦ παρακαλούσης σε λέγειν αὐτά.* Propterea mutata interpunctione scripsi — *Κἄπειτα κρύπτεις χρῆσθ', ἱκνουμένης ἐμοῦ.* memorat *Schol.* et alteram lectionem, *Κἄπειτα κρύπτεις, χρῆσθ' ἱκνουμένης ἐμοῦ. ἐμοὶ*, quod dat Cod. Paris. vitiosum esse in hac sede. Nec tamen potuerat non scribi,

c *Κἄπειτα κρύπτεις χρῆσθ' ἱκνουμένην ἐμέ.*

Vs. 331. *Ἐκ τῶν γὰρ ἐσθλῶν αἰσχρὰ μηχανώμεθα.*] Quippeni celarem? *Post honesta namque turpia machinamur.* Ad haec quoque quadrat vetulae responsum, *Οὐκοῦν λέγουσα τιμιωτέρα φανῇ. Atqui mihi, si dixeris ista, magis videberis honoranda.* Hac pertinent in Scholiis, praeter cetera, *σε-*
d *βασμιωτέρα ἐμοὶ φανῇ τὰ οὕτως ἀπόῤῥητά μοι θαῤῥοῦσα·* *Menandri* quoque verba suo modulo restituta a *R. Bentlejo* Em. in *Men.* p. 101. Sed fuit et alia lectio librorum veterum in uno Codicum *Musgravii*, praesertim *Scholiastae* memorata, *Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν ἐσθλὰ μ. — ὅ ἐστιν*, inquit, *πειρῶμαι γὰρ ἀπὸ πορνείας ἐκφυγεῖν, εἰς σωφροσύνην δὲ πηδῆσαι· διὸ ἐν σιωπῇ βούλομαι ἀποθανεῖν.*

e Vs. 333. *Ἄπελθε, π. θ. δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες*] Ex uno Cod. Flor. recepi, pro *δεξιᾶς τ' ἐμῆς μέθες·* neque enim aliorum consensus erat exspectandus in lectione minime dubia, *Heathio* quoque probata, quam satis adfirmabunt *Rich. Dawesio*, mihique, in Phoen. v. 522. notata. *Dawesio* praeluxit *Schol.* in *Aristoph.* Plut. v. 42.

200 Vs. 337. *Ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ, ἠράσθης ἔρον*] Hinc
a Phaedra *Senecae*, Hipp. v. 113. *Fatale miserae matris agnosco malum; — Genitrix tui me miseret: — Venus*, 126. *— probris omne Phoebeum genus Onerat nefandis; nulla Minois levi Defuncta amore est; iungitur semper nefas. Ovidii* Ep. IV. Her. v. 54. *Forsitan — Et Venus e tota gente tributa petat: —*
b *Pasiphaë mater, decepto subdita tauro*, etc. Suum etiam amorem Euripidea velut generi fatalem excusat quodammodo vs. 343. *Ἐκεῖθεν ἡμεῖς οὐ νεωστὶ δυστυχεῖς.* Hic forsan *Tota*

quoque aëriae Minoïa fabula Cretae quae dicitur *Ausonio*, Eid. VI, 28. alicui videri potuerat retractanda; non mihi.

Vs. 338. — ἦ τί φῆς τόδε] Qui hic et ubique φῆς scribendum edicit, Clar. *Heathius* causam nusquam, quantum re- c
cordor, tradit, cur hac in parte dissentiat a veteribus Grammaticis, quorum sententiam enarrat *Etymologus* in V. — Vs. 339. Σὺ δ' ὦ τ. praebet Cod. Flor. hic praestat vulgatum Σύ τ' ὦ τ. — Paulo post recte legitur vs. 341. Τρίτη δ' ἐγὼ δύστηνος ὡς ἀπόλλυμαι· Eadem apud *Ovidium*: *En ego nunc, ne forte parum Minoïa credar, In socias leges ultima gentis eo.* d
Sensu diverso Paris apud Eumdem, *Quartus in exemplis adnumerabor ego.*

Vs. 345. Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἃ μ' ἐχρῆν λέγειν] *Utinam a me dicenda tu eloquereris*; nam *Libet loqui, pigetque;* haec dicit *Senecae* Phaedra Hipp. v. 637.; *Virgilii* Dido

Incipit effari, mediaque in voce resistit; e

Aen. IV, 76. Horum vim qui senserit, naturam hic etiam expressam *Euripidi* fatebitur. — Hoc in versu, ἃ ἂν μ' ἐχρῆν λέγειν, vulgavit *Barnes.* ex margine Editionis, cui viri Docti putant adscriptas emendationes *Scaligeri.* Sunt penes me Viri Maximi correctiones in *Pindarum*, *Aeschylum*, et *Sophoclem*: hinc atque aliunde novi, quae *Scaligero* tribuuntur a *Barne-* a
sio, prorsus esse pleraque hoc ingenio indigna. Illud, ἃ ἂν, saepius ab Editoribus et librariis in ἂν mutatum, hic locum non invenit. — mihi personae convenientissimus versus et indignus videtur, quem sibi sumeret *Aristophanes* irridendum: vere tamen Schol. κεκωμῴδηται, inquit, ὁ στίχος οὗτος ὑπὸ Ἀριστοφάνους· facit enim hic in Equit. v. 16. Imperatorem Demosthenem dicentem ad Niciam, b

Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας, ἃ μὲ χρὴ λέγειν·

ubi primae voculae vim ne *Berglerus* quidem cepit. *Scholiastes Aristoph.* versus sedem indicat, Nutricis etiam exhibet responsum.

Vs. 346. Οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς] Legitur versus in *Schol.* ad *Aristoph.* Eq. v. 16. In *Scholiis* ad *Eurip.* c
Hipp. ad versum adscripta praecedentem, εἰς παροιμίαν μετῆκται, ad hunc potius pertinere videntur, nusquam, ut puto, memoratum Paroemiographis veteribus, *Erasmo* tamen in Adag. *Davus sum non Oedipus.* Theageni Cnemon *Heliodori* II. p. 97. πῶς ταῦτα ἂν εἰδείην, ἀπεκρίνατο· οὐ γὰρ δὴ μαν-

d τικόν με τόδε σπήλαιον ἀνέδειξε. Nostro simile dictum in Hecuba versu legitur 742.

Vs. 347. *Τί τοῦθ' ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾶν;*] *Reiskius* corrigere tentabat, ὃ δὴ λέγουσ' (hoc enim scribi debuit, non λέγουσιν) ἐν ἀνθρώποις ἐρᾶν· Medea *Ovid.* Met. VII, 13. *mirum*, ait, *nisi hoc est*,

Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.

e Ex coniectura nihil mutandum puto; a Codicibus oblatam lectionem meliorem minime spernerem. — Nutricis v. 348. dictum de Amore, Ἥδιστον, — ἀλγεινόν θ' ἅμα, similibus, quae plurima dantur apud Poëtas, frustra confirmaretur, cum horum Lectoribus satis innotuerint et γλυκύπικρον Ἔρωτος κέντρον, et pueri potentissimi Dea mater, *Quae dulcem curis mi-*
201 *scet amaritiem*, *Catullo* Carm. LXIX, 18. Sed ne hic quidem
a displicebunt de duobus ineditis epigrammatis *Meleagri* duo disticha:

Ψυχαπάται δυσέρωτες, ὅσοι φλόγα τὰν φιλόπαιδα
Οἴδατε, τοῦ πικροῦ γευσάμενοι μέλιτος.

Καλὸς γὰρ, ναὶ Κύπριν, ὅλος καλὸς, εἰ δ' ἀνιηρὸς,
Οἶδε τὸ πικρὸν Ἔρως συγκεράσαι μέλιτι.

b Vs. 349. Ἡμεῖς ἂν εἶμεν θατέρῳ κεχρημένοι] Litera posset interseri, Ἡμεῖς δ' ἂν εἶμεν θ. κ. *Nos vero tantum censeamur expertae de his duobus alterum;* solam amoris amaritiem. Gallicum interpretem notat *Heathius*, cuius, si id agerem, multa possent corrigi; plura tamen laudari. Propter Atticam formam εἶμεν attigit hunc versum *R. Dawes.* in Miscell.
c Crit. p. 246. ubi causae nihil habebat cur scriberet θωτερῳ. ὁ ἕτερος scribitur more solemni Ἄτερος· τὸ ἕτερον, Θάτερον· hoc flectitur in θατέρου, θατέρῳ. Ut in Lingua quisque sumus patria, fuerunt et in talibus Graeci nonnunquam minus accurati, τὸν θάτερον vitiose scribentes nonnulli: in Lexico *Pausaniae* Χρύσιππος, λέγων τὸν θάτερον τῶν Διοσκούρων, propterea dicebatur ἐσχάτως βαρβαρίζειν, teste *Eustathio* in
d Od. *H.* p. 276, 37. Auctorem tamen habebat *Chrysippus*, quo delectabatur, *Menandrum*, cuius,

Ὁ θάτερος μὲν τοῖν δυοῖν Διοσκόροιν,

notatur de Barbarismo scribenti *Grammatico* p. 195. Sed satis erat citasse *Jo. Piersonum* in *Herodian.* p. 432. — Cum vs. 351. comparetur Myrrha *Ovidii* Met. X, 420. *conataque saepe*

fateri, Saepe tenet vocem; pudibundaque vestibus ora Texit; e
et, ô, dixit, felicem coniuge matrem.

Vs. 352. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; Φ. σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ κλύεις]

Hippolyte! Grands Dieux! Ph. *C'est toi qui l'as nommé.*

Racinius, scienter usus in Phaedra sua centenis Euripideis. a
Huc spectans in Alcibiade I. *Platonis* Socrates T. II. p. 113. C.
τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα συμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη· σοῦ τάδε κινδυνεύεις, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ ἀκηκοέναι, οὐδ' ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σύ. illic quam urbanum sit dictum monstrat, eius sedem indicans, *M. A. Murctus* V. L. V. c. XX. Haec etiam *Platonis* cogitabat in prima Platonica scribens *Aristides* T. III. p. 27. C. ὥστ' εἰ μὲν βούλει τὸ τοῦ Εὐριπίδου, καὶ τῶν αὐτοῦ b
(leg. puto, καὶ τόγ' ἑαυτοῦ, *tui ipsius*,) νὴ Δία συμβαίνει, σοῦ τάδε, οὐκ ἐμοῦ κλύεις. In Or. II. Platonica T. III. p. 497. A. ὥστε τὸ (τὸ τοῦ) Εὐριπίδου γίγνεται, —

σὺ λέγεις ταῦτ' οὐκ ἐγώ.

haec totidem verba si scripsit etiam *Euripides*, erit illud perditi dramatis habendum fragmentum. *Sophoclis* est Electrae c
v. 626. Σύ τοι λέγεις νιν, (id est αὐτά,) οὐκ ἐγώ. Ab his diversum *Euripidis* locum designavit *Aristides* T. III. p. 56. C. in his, καὶ μὴν οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἔφη ὁ Πλάτων, τὸ τοῦ Εὐριπίδου προσπαίζων. errat enim *Scholiastes* in hunc locum, *Ed. Jebbii* T. II. p. 33. ubi, ἐν τινὶ, inquit, δράματι Εὐριπίδης οὕτως ἔφη, — σοῦ τάδ' οὐκ ἐμοῦ κλύεις· προσπαίζων οὖν ὁ Πλάτων εἰς τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἰαμβεῖον ἔφη, οὐκ ἐμοι (L. Οὐκ d
ἐμὸς) ὁ μῦθος. Nam *Platonis* Eryximachus in Sympos. T. III. p. 177. A. citat nominatim Τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην· nec sane nostrum ex Hippolyto, sed versum alludebat illum nobilem,

Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα·

quo philosopham Orationem suam *Euripidis* sapiens inchoabat Melanippe. *Nec meus hic sermo est; sed quem praecepit Ofellus*, *Horat.* Serm. II. Ecl. II, 2. e

Vs. 353. Οἴ μοι, τί λέξεις; τέκνον, ὥς μ' ἀπώλεσας.]
Est is scribendi modus, pro τί λέγεις, in talibus *Euripidi* peculiaris; in cuius Hecubae v. 509. 1131. Ionis v. 1113. reperientur Οἴμοι, τί λέξεις, Phoen. v. 1280. Οἴ 'γώ, τί λέξεις; ubi velut interpretamentum, λέγεις adscribitur in Cod. Leid. 202
nunc demum ad Edit. a me collato, et ad Hecubae v. 509. ἀν- a

τὶ τοῦ λέγεις. Helenae v. 785. Πῶς φῄς; τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι; Medeae v. 1310. Οἴ μοι τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι· qui versus totidem literis scriptus est in *dramate Χρ. Π.* 108. — Ex his primum liquet, in nostro versu distin-
b ctionem a me recte mutatam; deinde discant hoc etiam exemplo Correctores, quem usum habeat Auctorum formulas loquendi diligenter attendisse: his certe lectis fatebitur Cl. *Reiskius* hunc quoque versum sibi frustra sollicitatum, quo scribendum putabat, *Τί λέγεις, ὦ τέκνον;* aut *Τί λέξω τέκνον.* — Alios ita loquutos non recordor: distat enim *Sophoclis* in Philoct. v. 1227. Ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; ubi mox plura dicturum in-
c terrumpit Ulysses: in Trachin. v. 754. Οἴ μοι, τίν' ἐξήνεγκας, ὦ τέκνον, λόγον. Philoct. v. 914. ad illud Pyrrhi, δεῖ γὰρ ἐς Τροίαν σε πλεῖν Πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ τῶν (L. τὸν cum *Scaligero*, notis *MSS.*) Ἀτρειδῶν στόλον· Philoctetes, Οἴ μοι· τί εἶπας; scripserim potius, τί μ' εἶπας;

Vs. 354. Γυναῖκες, οὐκ ἀνασχετ'· οὐκ ἀνέξομαι Ζῶσ'·]
d In Ζῶσ'· esse subsistendum recte monuit *G. Canterus.* Haec et sequentia sunt certe talia, ut orationis formam omnem dicentis perturbationi Poëta sapienter accommodasse videatur. Dicere voluit, οὐκ ἀνάσχετ' ἔλεξε· vel οὐκ ἀνασχετά ταῦτ' ἐστιν· *Antiphanes*, et *Xenarchus* apud *Athen.* VIII. p. 342. F. XIII. p. 569. A. *Sophoclem* imitantur, sic aliquoties loquutum. — Decet mox vetulam,

e ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος.

ubi non facile credam viro Magno in mentem venire potuisse vel εἰσορῶν vel εἰσορᾷν. — Perplacent hic etiam ista,

Ῥίψω, μεθήσω σῶμ', ἀπαλλαχθήσομαι
Βίου θανοῦσα·

velut vehementi motu concitatae congrua. — Hos quoque ver-
a sus transtulit in suum drama *Conditor* Christi Pat. vs. 369.; haec ibi dixisse fingitur ad Chorum Maria:

Γυναῖκες, οὐκ ἀνέξετ', οὐκ ἀνέξομαι.
Ῥίψω, μεθήσω σῶμ', ἀπαλλαγήσομαι
Βίου θανοῦσα· χαίρετ'· οὐκ ἔτ' εἴμ' ἐγώ.

Illic omissum, nostris saltem in Edd. versum Hippolyti 355. non aliter ac nos legisse monstrat dramatis v. 1009. Νῦν δ'
b ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος. Hinc suavius illud ἀπαλλαγήσομαι nemini probabitur prae forma Euripidea; quas qui cognoverit, in versu, quem dat *Stephanus Byz.* in v. Βοιωτία,

non ῥιφέντα, sed ῥιφθέντα scriptum olim censebit, ut in Androm. v. 10.

Vs. 359. — *Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς, Ἀλλ' εἴ τι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ.*] Vitiosa mihi lectio videtur Cod. Flor. K. *οὐκ ἂν ἦν θεὸς*, significaretur enim, *Venus non esset Dea:* c
Codices Leidd. recte praebent in *Eur.* Or. 1138. *δυσκλεὴς ἂν ἦν φόνος· caedes esset illaudata.* Med. v. 491. v. 541. *οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν.* — Sincerum est quod vulgatur *Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς, Ἀλλ'* etc. *Non igitur tantum Dea est Venus, sed et si quid Dea potentius est aliud; quippe quae hancce Phaedram, et me, et totam domum pessumdedit.* Sententiam d
Poëtae recte ceperunt *P. Victorius* V. L. XIII. c. IV. et *Grotius* in Exc. p. 206. — Inter multa, *Sophoclis* de Venere versus cum hac sententia quodammodo congruunt apud *Stobaeum* p. 386, 40.

Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
Ἀλλ' ἔστι πάντων ὀνομάτων ἐπώνυμος·
Ἔστιν μὲν Ἅιδης, ἔστι δ' ἄφθιτος Βία,
Ἔστιν δὲ Λύσσα μαινὰς, ἔστιν δ' ἵμερος e
Ἄκρατος, ἔστ' οἰμωγμὸς, ἐν ἐκείνῃ τὸ πᾶν
Σπουδαῖον, ἡσυχαῖον, εἰς βίαν ἄγον.

Nostro loco quod dicitur *οὐκ ἄρ' ἦν θ.* idem est ac *οὐκ ἄρ' ἐστὶ θεός·* vid. *H. Stephan.* de Dial. Att. p. 141, 143. — Obtinet hic etiam ellipsis vocis *μόνον* in talibus usitatissima. — Tandem per *εὐφημισμὸν* dixisse suspicor Poëtam, *Ἀλλ' εἴτι* 203
μεῖζον· sed intellexisse Dearum pessimam, quae tot innocentes a
crudelissime tractaret: in *Eur.* Hec. legitur v. 1128. *Ἐκάβη με — Ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως.*

Vs. 362. *Ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ, | Ἀνήκουστα τᾶς τυράννου | Πάθεα μέλεα θρεομένας;*] In his dividendis sequutus sum *Musgravium.* In Codice Paris. primus etiam versus erat ut hic b
Paeonicus dimeter acatal. *Ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ,* sed secundus Dochmaicus, *Ἀνήκουστα τᾶς·* et in eodem Codice respondebant ad hos in Antistrophe (infra v. 669.) *Τάλανες ὦ κακοτυχεῖς | Γυναικῶν πότμοι.* — Hinc sumpta vide quam docte posuerit *Conditor Χρ. Π.* v. 135. *Ἔκλυες ὦ, ἄϊες ὦ, ἤκουσας ὃς Ὃς παῖδα σὸν προὔδωκε τοῖς μιαιφόνοις.* — Ad *θρεομένας* adscriptam dat MS. Paris. interpretationem *λαλούσης.* Quae c
Noster hic, eadem dederat *Aeschylus* Suppl. v. 117. *Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λέγω Λιγέα* etc.

Vs. 364. *Ὀλοίμαν ἔγωγε, πρὶν σὰν φίλαν | Καταλῦσαι φρένα*] Hinc sententiam satis commodam expresserunt inter-

pretes: paulo tamen diversam hic latere suspicor ob Codicum
d dissensum: ut hic editum, erat in Flor. scriptum; in Parisino, πρὶν σὰν φίλαν Κατανῦσαι φρενῶν· eadem apud *Musgrav.* praebent duo Codd. alii duo praeterea φιλίαν. ex sua dedit coniectura vir elegantiss. πρὶν σ' ἂν φίλαν, in hunc, opinor sensum, Ὀλοίμαν ἂν ἔγωγε, πρὶν σὲ φίλαν etc. — Sequentem versum, μοι tantum semel posito, dedi ex Cod. Pa-
e ris. Ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ. in Flor. legebatur ἰώ μοι, φεῦ. Scribi quoque poterit cum *Heathio*, Ἰώ μοι μοι· φεῦ· cuius coniecturam in versum antistrophes sextum recipiam. — Labores quae miseros mortales *tenent* vs. 367. sunt πόνοι τρέφοντες βροτούς· attigit *Musgrav.* Exercit. in *Eurip.* II. c. IV. De usu Sophocleo verbi τρέφειν plurima dedit *Is. Casaub.* Anim. in *Athen.* VII. c. 18. p. 549. quorum tum forte non recordatus
a de eodem egit Clar. *F. L. Abreschius* Anim. ad *Aesch.* L. III. p. 81. ne haec quidem ex *Euripidis* Hipp. *Casaubonus* praetermisit.

Vs. 370. Τελευτήσεται] Τελευτάσεται, genuina scriptio, facile poterit erui ex hac Flor. Cod. vitiosa, τελευτᾶσαι τε· quae prodesse poterit iuvenibus ad emendanda veterum loca:
b exemplo sint in *Stobaei* Ecl. *Canteri* p. 45. v. 54. ἢ τόνδε τὸν κόσμον κατάλιπέ τε scripserat *Aristaeus*, καταλείπεται ἀθάνατον καὶ ἀγήραον εἶμεν. et ibid. p. 81, 21. non δυνάσει τε ἐν τὰ ἐστὼ· sed dederat *Archytas*, ἃ καὶ συναρμόξαι καὶ ἑνῶσαι δυνασεῖται τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων ποττὰν μορφώ. — Vs. 371. Ἄσημα δ' οὐκ ἔτ' ἐστιν — ut v. 269. Ἄσημα δ' ἡμῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ νόσος. Rariora sunt ista talia his in Poëtis Atticis,
c adamata praesertim *Thucydidi*: *Suidas* in Ἀδύνατα εἶναι, ἀντὶ τοῦ ἀδύνατον· πολλάκις, inquit, κέχρηται Θουκυδίδης τοῖς πληθυντικοῖς ἀντὶ ἑνικῶν, μάλιστα ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως. Vtrumque verum est, talia plura reperiri apud *Thucydidem*; praesertim istam vocem: ἀδύνατα ἦν recipi debebat ex Codd. I. c. 1. ut legitur ter minimum alibi III. c. 88. IV. c. 1. VIII. c. 60. atque ita scripsisse *Suidas* potius quam εἶναι videretur, nisi
d ἀδύνατα εἶναι ἐφαίνετο esset V. c. 14. ἀδύνατα ἐδόκει εἶναι, VII. c. 43. in his etiam praciverat *Herodotus*; L. I. P. 46, 80. fatum ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν. VI. P. 444, 73. ἐφαίνετό σφι εἶναι ἀδύνατα, praeter alia non pauca, vel ex uno Cod. debuerat recipi.

Vs. 373. Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ' ἔσχατον Οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον.] Vltimam hinc vocem, nam nus-
e quam sic scriptam alibi legerat, bis attigit *Eustath.* in *Hom.* Il. *A.* p. 62, 14. *B.* p. 236, 14. Προνώπιον contractum indi-

cans ex προενώπιον, nec male comparans cum πρόσχημα, si huius vocis vis prima spectetur; sed verba, quibus in exemplum utitur *Eustathius* de Calydone et Pleurone sunt *Strabonis* L. X. p. 691. B. ubi veteris Graeciae urbes istae fuisse dicuntur πρόσχημα, sicut Athenas πρόσχημα παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ 204
vocat *Aristid.* T. II. p. 309. Ioniae, Miletum *Herodotus* V. a
c. 28. ubi notat *Wesselingius:* iuxta *Eustathium* in talibus aeque προνώπιον poni potuit ac πρόσχημα. Non opinor; nec certe *Pitthéia Troezen* unquam dici potuit Peloponnesi primarium decus et ornamentum, quo sensu πρόσχημα adhibetur in istis, et *Euripidi* simplex σχῆμα in primo versu Andromaches, et in versu Licymnii ap. *Steph. Byz.* V. Τενθρανία. — Sed b
quae Atticae obiecta prominebat in mare regio Troezenia, ab Oriente prima peninsulae particula, hic recte dicitur ἔσχατον — χώρας Πελοπίας προνώπιον. attigit *Jo. Potter.* in *Lycophr.* Cass. v. 610. Corinthus proprie, ut erat, dicebatur Peloponnesi προπύλαιον· *Pindaro* Ἰσθμίου πρόθυρον Ποσειδᾶνος init. Olymp. XIII. Hic in Scholiis, in Cod. Paris. et *Hesychio* Προ- c
νώπιον redditur πρόθυρον. In primis aedibus beatiorum foribus apertis quae spectabantur ornamenta dicta fuerunt ἐνώπια. vid. *Casaub.* in *Theophr.* Char. c. 21. p. 152. et *Hesych.* in Ἐνώπια. Locus ante fores vestibuli προενώπιον et προνώπιον dicebatur. *Hesychius:* Προνώπια, τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν, καθάπερ Ἐνώπια, τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται. Pertinet ista *Hesychii* nota ad *Eurip.* Bacch. v. 639. Ὡς δέ μοι δο- d
κεῖ (ψοφεῖ γοῦν ἀρβύλη δόμων ἔσω) Εἰς προνώπι' αὐτίχ' ἥξει. miror illic paulo post ista v. 644. πῶς προνώπιος Φαίνῃ πρὸς οἴκοις τοῖς ἐμοῖς, ἔξω βεβώς; — Ceterum Atticas forte probabilius Tragicus aut Cressas Phaedrae dare comites potuerat, ut Aëropen e Creta comitatae Chorum in eius Cressis confecerunt. Sed Troezeniis Phaedra mulieribus confidit, et mentis enarrat e
arcana, ut exul Medea Corinthiis in *Euripidis* Medea, quas alloquitur. v. 214. Κορίνθιαι γυναῖκες· Euripideam Medeam Latine vertens *Ennius* isthoc in loco simul haec ex Hippolyto cogitabat: *Quae Corinthum, altam arcem, habetis, matronae opulentae, optimates:* sic ista *Bentlejus* restituit in *Ciceron.* Tusc. I. c. 44.

Vs. 375. Ἤδη πότ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ Θνητῶν a
ἐφρόντισ' ἢ διέφθαρται βίος.] Haec et de seqq. multa *Grotius* in Excerpta retulit p. 207. et seqq. — In Ranis *Aristophanes* haec quoque ridenda sumsit; v. 961. Bacchus, Ἤδη πότ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν, τίς ἐστιν ὄρνις. Schol. illic παρὰ τὰ ἐξ Ἱππολύτου,

b Ἤδη etc. quae *Bergler.* etiam adscripsit. *Eustathio* in *Hom.* Il. *B.* p. 127, 16. proverbium memoratur Ἐν νυκτὶ βουλή, (*Zenob.* Cent. III. Prov. 97.) διὸ καὶ, inquit, Εὐφρόνη λέγεται ἡ νύξ, ὡς φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὅθεν λαβὼν Εὐριπίδης ἔφη τὸ, Ἤδη πότ' ἄλλως etc. ὡς τῶν καιριωτέρων σκέψεων νυκτὸς μάλιστα φροντιζομένων· in hanc sententiam alia dat et Epicharmea *Cornutus* de N. D. p. 161. vocem etiam Εὐφρόνην,
c praeter alios, memorans, velut Poëtis *de nocte* positam: ignorasse videntur, Ionice scribentibus quibusvis adhibitam hoc sensu, *Democrito*, *Heraclito*, *Hippocrati*, *Herodoto*, in huius quidem Musis frequenter repetitam. — Amanti Phaedrae nocte suis etiam curis erat invigilandum: *sub noctem cura recursat*, *Virg.* Aen. I, 666. — Vs. 379. τόδε pro τάδε *Musgravius* accepit ex Codd. oblatum, etiam a Flor. et Paris. in
d quo ad hunc versum in Πολλοῖσιν adscriptum erat τοῖς πᾶσιν.

Vs. 380. Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν, Οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'] Est et alia duorum Codicum et Fl. Edit. lectio, Κοὐκ ἐκπονοῦμεν, οἱ μὲν etc. Melior vulgata mihi quoque videtur. — Phaedra *Senecae* Hipp. v. 177. et 184.

e *Quae memoras, scio*
Vera esse Nutrix: sed furor cogit sequi
Peiora; vadit animus in praeceps sciens.
Quid ratio possit? vicit ac regnat furor.

Sententia satis claret ex nobili Medeae *Euripidis* dicto v. 1078. Vt suo quisque modo δρῶμεν ἀνθρώπινα, saepius istam quoque sententiam eleganter pro personis diversis variavit *Euripi-*
205 *des*: turpis amor, quem damnabat ipsemet, *Euripidis* Laïum
a in Chrysippo dicere coëgit,

Ἀέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ', ὧν σὺ νουθετεῖς,
Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

Senarii sunt ex Antiopa:

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν,
Γνώμη φρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν
Ψυχῇ, τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

b Vbi dictum erat in Oenomao, Φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως, subiungitur verissimum sane dictum, ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν Ἐπιστάμεσθα· δρᾷν δ' ἀμηχάνως ἔχει. Ad Phaedrae mentem, praeter aliorum alia, hoc respondet *Theognidis* v. 305. Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς (οὐ κατὰ γνώμης φύσιν *Euripidis* Phaedrae) γεγόνασιν, Ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς

συνθέμενοι φιλίην. Hanc etiam corruptionis inter alias causas c
in seqq. memorat *Euripides:* cuius hos quinque versus, 380—
384. ad Titulum *περὶ ἀργίας* retulit *Stobaeus*, Ed. *Gesn.* p.
209. f. *Grot.* p. 133. in Editione quoque *Trincavelli* totidem
literis scriptos. — Istorum versuum ultimum, 384. adhibet
Olympiodorus in *Platonis* Alcibiad. *MS. Τὸ δὲ*, (*Hom.* Od. *Δ*,
372.) *τέρπεαι ἄλγεα πάσχων, ἐκφράζων ὁ Εὐριπίδης φησὶ,*
Μικρή τε (L. *Μακρή τε*) *λέσχη καὶ σχολὴ τερπνὸν κακόν.* in d
Edd. et Codd. memorantur, *Μακραί τε λέσχαι.*

Vs. 385. [*Αἰδώς τε*] *δισσαὶ δ' εἰσὶν, ἡ μὲν οὐ κακὴ, Ἡ δ' ἄχθος οἴκων·*] In hunc locum aptissima dedit Clariss. *Musgravius;* cum *Homeri* versu *Clemens Alex.* Strom. VI. p. 741,
20. comparavit *Euripideos* ex Erechtheo, primum emendate e
scriptos *H. Stephano* V. Schediasm. II.

Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι·
Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα.

Haec ex Hippolyto *Plutarchus* quum excitavit T. II. p. 448. F.
hoc, ait, *ὁ εἰπὼν — ἆρ' οὐ δῆλός ἐστι συνηισθημένος ἐν ἑαυτῷ τοῦτο τὸ πάθος, πολλάκις παρὰ τὸν λόγον ὄκνοις καὶ μελλήσεσι καιροὺς καὶ πράγματα λυμαινόμενον.* Haec certe prava a
est verecundia, qua timidi saepe nobis elabi patimur non redituras occasiones rerum bene agendarum. *Homeri* mendico *αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ*, pudor minus convenit, et ubi homines impudentes obtinent imperium: in *Stobaei* Floril. p. 213, 2. versus est forsan *Euripidis*,

Κακὴ γὰρ αἰδὼς ἔνθα τἀναιδὲς κρατεῖ.

sic ibi corrigi debet vulgatum *ἔνθα γ' ἀναιδὲς κ.* cuius loco de- b
dit *Grot.* p. 137. *ἔνθα γ' ἀναιδεία κρατεῖ.* syllaba brevis producitur mea correctione, qua contracte *τὸ ἀναιδὲς* sic dicitur ut *τἀγαθὸν*, et similia; vid. in Phoen. v. 896. Saepe stulta timidorum est verecundia; pravam damnabat Phaedra; qua, vel aetatem vel dignitatem vel potentiam aliorum reveriti, mala suadentibus obsecundamus, quemque nobis ipsis primum c
debemus pudorem violamus.

Vs. 386. *εἰ δ' ὁ καιρὸς ἦν σαφὴς, Οὐκ ἂν δύ' ἤστην ταὔτ' ἔχοντε γράμματα*] Non miror, *πράγματα* scriptum in Parisinis tribus Codicibus; in uno, *ταῦτ' ἔχοντα πράγματα·* sed vocem miror absque Codd. in mentem venisse viro Clarissimo, velut genuinam. Primum *Γράμματα* suis etiam in libris invenit *Eu-* d
stathius, hinc excitans pauca in exemplum moris Attici, quo de feminis articulos praesertim, et participia generis adhibe-

bant masculini, in Il. Θ, 455. p. 613, 23. καὶ Ἡσίοδος δὲ οὕτω φησί, — προλιπόντ' ἀνθρώπους Αἰδὼς καὶ Νέμεσις [Ἔ. κ. Ἡ. v. 197.] καὶ Εὐριπίδης, [h. l.] — ταὐτὰ ἔχοντε γράμματα, ἤγουν ἔχουσαι αἱ δύο αἰδοῖ. καὶ ἡ τοῦ Σοφοκλέους δὲ Ἠλέκ-
e τρα ἐφ' ἑαυτῇ καὶ τῇ ἀδελφῇ λέγει, Ἴδεσθε τώδε τὼ κασιγνήτω, ἤγουν ταύτας τὰς αὐταδέλφας. Τούτω χρὴ (τιμᾶν) Ὦ — Ψυχῆς ἀφειδήσαντε· τουτέστι ταύτας, αἳ — ψυχῆς ἀφειδήσασαι — contraxit in pauca quinque *Sophoclis* ex Electra versus 983 — 987. ad cuius Oed. in Col. leguntur in *Scholiis* similia quaedam *Eustathianis*, partim eadem: sua permulta de
206 his fontibus, quos lectori monstrare potuerat, derivavit *H.*
a *Stephanus* de Dial. Att. etiam de hoc genere notata p. 151, 152. quod, si opus esset, multis posset exemplis adfirmari: his praestiterit nota, quam ex inedito *Lex Sangerm.* mecum Humaniss. *Ruhnkenius* communicavit: Ἀκολουθοῦντε, ἀντὶ τοῦ ἀκολουθοῦσαι, δυϊκῶς· οὕτως Ἕρμιππος· καὶ γὰρ κέχρηνται ταῖς ἀρσενικαῖς μετοχαῖς ἀντὶ θηλυκῶν πολλάκις. — Sed hoc
b in loco studiosissimum *Euripidis Menandrum* idem illud ταὔτ' ἔχοντε γράμματα legisse, mihi quidem ex imitatione liquet. Hos exhibet *Menandri* versus *Athenaeus Casauboni* XIII. p. 571 E.

Πεποιήκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων, νὴ Δία,
Μᾶλλον δ' ἑταιρῶν· ταὐτὰ δ' ὄντα γράμματα
Τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ.

Sunt in Fragm. *Menandri* p. 146. Hic locus, ut equidem puto,
c expressus ex nostro, firmat lectionem receptam, et simul prodest ad Hippolyti locum explanandum, in quo, pro ταῦτ' ἔχοντε γράμματα, scripsi ταὔτ' ἔχ. ex Ed. Flor. prima. Hunc in sensum mihi capienda videntur *Euripidea: si temporis esset oportunitas perspicua*, cui aut haec aut illa verecundia conveniret, *res duae non iisdem literis designarentur;* sed esset in
d vocibus etiam ipsis diversitas, quae rei differentiam declararet.

Vs. 388. *Ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω φρονοῦσ' ἐγώ*] In duobus Codd. Paris. legitur προγνοῦσ' ἐγώ· quod mihi vel vulgatae vocis interpretamentum videbatur, vel adnotatum ex Editione priori. Vir Doctiss. qui τυγχάνω mutandum in τύγχανον putabat, moris Euripidei non recordabatur, neque atten-
e debat ad sequens Οὐκ ἔσθ' ὁποίω — illud ubi praecesserat, sequi debebat Οὐκ ἦν· Miror eidem in mentem venisse Οὐκ οἶδ' ὁποίω — Paulo post Vs. 390. ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν, significat, *ut a sana mente discederem*, sive *bene cogitatis contraria probarem:* ea enim vis est vocis Ἔμπαλιν, *He-*

sychio, *εἰς τὰ ὀπίσω*, *ἐξ ἐναντίας*. adhibentur locutiones *ἔμπαλιν στρέφειν*, *λέγειν*, *ἀΐσσειν* etc. *Eurip.* Hec. v. 342. Med. a
922. *Soph.* Trach. v. 362. *Apollon. Rhod.* IV, 106. In *Phrynichi* Sophist. Appar. MS. haec leguntur: *Αὐτὸ τοὔμπαλιν λέγεις, οἷον αὐτὸ τοὐναντίον λέγεις. τὸ μέν τοι Αὐτὸ πρόσκειται νῦν σημαῖνον τὸ ἀκριβῶς καὶ φανερῶς.* quae fortasse spectant versum *Sophoclis*, sive perditum, seu quem designabam ex Trach. 362. — *Xenoph. K. Π.* VIII. p. 133, 14. *δοκοῦσι τοὔμπαλιν οὗ βούλονται ἐφέλκεσθαι·* *Herodot.* I. p. 98, 53. *γνώμην* b
ἔχω — τὰ ἔμπαλιν ἢ οὗτοι· *aliter* ea de re *sentio atque isti*; cuius *ἐκπλῶσαι τῶν φρενῶν*, P. 276, 43. convenit his *Euripidis:* hoc etiam Medeae apud *Apollon.* Rhod. IV, 1018. *Ὡς ἐμοὶ ἐκ πυκιναὶ ἔπεσον φρένες.* hinc enim non distaret *τοὔμπαλιν ἔπεσον φρενῶν.* eadem structura *Pindarus* posuit *Ἔμπαλιν γνώμας, Πυθ.* Od. XII. fine; sed significatur ibi, quod alibi dixit, *Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν*, *praeter ex-* c
spectationem.

Vs. 395. *Γλώσση γὰρ οὐδὲν πιστὸν, ἡ θυραῖα μὲν Φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται*] Quae prostant in his tentamina suspicor ab ipsis iam Auctoribus reiecta: nam nec *ἀφρόνημα* Graecis in usu est, neque *ἡ γλώσση* usquam reperitur: in hac quoque voce peccatum fuit ad *Eurip.* Med. v. 466. d
Γλώσση satis adfirmabit vel unicus v. ex Iph. in Taur. 1064.

Καλόν τι γλῶσσ', ὅτῳ πίστις παρῇ.

elidi non poterat nisi *α* raptim pronunciatum. — Hos tres versus retulit *Stobaeus* ad Tit. 36. p. 216, 17. *Grotius* p. 142. Latine vertit, *Nam nullam haberi convenit Linguae fidem, Consilia cordi quae scit alieno dare, Suis laboret ipsa cum* e
semper malis. conf. *P. Victorii* V. L. XX. c. XIII. f. Huc spectabat *Seneca*, dum in Hippol. v. 876. ad illud Thesei,

Effare, fido pectore arcana occulam,

Phaedram dicentem facit,

Alium silere quod voles, primus sile.

Euripidis erat in Ione versus, *Ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών.* ex *Euripidis* incerto dramate haec habet *Stobaeus* 207
a
p. 437, 20. *Οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ Δοῦναι χαλινοὺς, — Πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστι*, nempe *γυναικὶ*, sicut hoc loco *Γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστὸν*, *Linguae nulla fides est habenda*, quae, *aliena* vitia corrigere cum possit, plerorumque sibi *suorum* est malorum causa: haec attigit *P. Victorius* V.

b L. XX. c. XIII. f. ob vocem θυραῖα, cuius equidem nescio an vim satis ceperit, ut hic, adhibitam in isthoc egregio dicto, ni fallor, *Sophoclis* apud *Clem. Alex.* Strom. IV. p. 588, 3. —

ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη
Οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει,
Αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.

c *Aesch.* VII. c. Theb. 200.

Τὰ τῶν θύραθεν δ' ὡς ἄριστ' ὀφέλλετε·
Αὐτοὶ δ' ὑφ' αὑτῶν ἔνδοθεν πορθούμεθα.

Vs. 400. Τρίτον δ', ἐπειδὴ τοῖσιν οὐκ ἐξήνυτον Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι Κ.] Illud Τρίτον δ' ostendit paulo ante recte scriptum Τὸ δεύτερον δὲ, ubi legitur in Codd. Flor. et Paris. τὸ δεύτερόν τε. — Pro τοῖσιν οὐκ scribi malim d τοῖσί δ' οὐκ (ut in MS. Cod. Or. v. 1130.) sive, quod frequentius occurrit, τοῖςδέ γ' οὐκ ἐξήνυτον, *quum istis modis*, vel *isthac ratione amorem vincere non poteram. Ovidii* Phaedra Her. Ep. IV, 151. *Et pugnare diu nec me submittere culpae Certa fui.* Sic saepius apud Eumdem loquuntur amantes, Medea, Iphis, *Et luctata diu* (*Luctatusque diu*) *postquam ratione fu-* e *rorem Vincere non poterat.* Myrrha quoque diu *foedo* dicitur *amori repugnavisse:* soror amans fratrem Met. IX, 540. *omnia feci, — ut tandem sanior essem; Pugnavique diu violenta Cupidinis arma Effugere infelix. Antiphanes* in Aeolo apud *Athen.* X. p. 444. C. Macareus, inquit, sororis amore percussus, τέως μὲν ἐπεκράτει τῆς συμφορᾶς Κατεῖχέ θ' αὑτόν. de se Ca- a lasiris *Heliodori* II. p. 104. ἐπὶ πολὺ τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς τοὺς τῆς ψυχῆς ἀντιστήσας ἀπῆλθον τὸ τελευταῖον ἡττηθείς. Et *Euripidis* Phaedrae tandem optimum videbatur mori; Phaedrae quoque *Senecae* Hipp. v. 253. hoc *unicum effugium mali:* 254. *morte*, ait, *praevertam nefas.*

Vs. 405. Τὸ δ' ἔργον ᾔδη] Quod, pro ᾔδειν, duo Codices *Musgravio*, mihi duo quoque praebuerunt Flor. et Pa- b ris. in hoc etiam adscriptum erat ἀντὶ τοῦ ᾔδειν· legitimam hic scripturam docte *Jo.* noster *Piersonus* adfirmavit in *Moer.* Attic. p. 173. qui vidit ex Scholiis, id ipsum *Sophocli* adhibitum Antig. v. 18.; probabiliter idem illud dederat v. 454. et v. 466. θανουμένη γὰρ ἐξῄδη· et alibi: hoc, ex ᾤδεα contractum, ᾤδη, *noveram*, in Sophocleis inventum a Grammaticis c liquet ex *Eustath.* in Il. *A.* p. 38, 13. ubi quod legitur ᾤδη ἐγώ, τουτέστιν ἐγίνωσκον, sive ᾤδη 'γώ, illud ipsum est quod ex Vatic. Cod. restituit Comico *Kusterus* Av. v. 511. probante

R. Dawesio Miscell. Crit. p. 232. qui non animadverterat praeter veteres Grammaticos de hoc Attico more scribendi *H. Stephanum* egisse Anim. in lib. de Dial. p. 44. et Clar. *Hemsterhusium* in *Aristoph.* Plut. p. 231. conf. Eruditiss. *G. Koen.* in d
Gregor. de Dial. p. 50. In *Euripidis* etiam Cyclope v. 645. vidit *Heathius* scribendum, *Πάλαι μὲν ᾔδη* (*ᾔδει* vulgabatur ante *Barnes.*) *σ' ὄντα τοιοῦτον φύσει. Photius* Lex. MS. *Ἤδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδειν.* Alibi *Photius: Κεχήνη, κεχηνὼς ἤμην. ὡς τὸ ᾔδη, ᾔδειν.* — quinimo *ὡς τὸ ᾔδειν, ᾔδη.*

Vs. 406. *Γυνή τε πρὸς τοῖςδ' οὖσ' ἐγίγνωσκον καλῶς, Μίσημα πᾶσιν*] Scholiasten sequitur *Marklandus;* mihi, pace e
venerandi Senis, potior *Grotii* videtur et *Musgravii* sententia; atque istis significari; *Praeterea quoque me probe noveram esse mulierem, rem omnibus odiosam;* sive *omnium odium:* nam eodem modo de hominibus odiosis hoc adhibent Latini, quo Graeci suas voces *μίσημα, μῖσος, στύγημα, στύγος·* gloriosum militem *Populi odium* vocat *Plautus* III. Sc. III, 49. ad 203
maritum uxor in Eius Asinar. V, Sc. II, 77. a

Modo, quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor, eram.

Laudat *Valerius Max.* III. c. VII. ex. d. 5. P. Furii Phili consulis *fiduciam, quae duobus acerrimis odiis latera sua cingere ausa est. Κύπριδος δὲ μίσημ' Ἀρκὰς Ἀταλάντη* dicitur in iis b
versibus quos ex *Euripidis* Meleagro nobis servavit *Macrob.* in Saturn. V. c. 18. p. 508. *Ὦ δύσθεον μίσημα* dixisse videtur ad Electram Clytaemnestra *Soph.* Elec. v. 291. quod me iudice convenisset aptius in eius Ulyssem. *Philoct.* v. 988. ubi tantum legitur *Ὦ μῖσος·* ut in *Eurip.* Heraclid. v. 941. Med. v. 1323.

Ὦ μῖσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι
Θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει. c

Στύγημ' ἐμὸν est in eius Or. v. 480.; quod vehementius altero, *οἶδά σοι στυγουμένη* praefert MS. Flor. in Troasin v. 898. pro *μισουμένη.* — Vt illis *μῖσος, Aeschylo* dicitur *θεῶν στύγος,* Choëph. v. 1028. Eum. v. 647. Cui sunt ad manum *Euripidis* in mulieres dicta, non mirabitur hic dictas *μίσημα πᾶσιν,* ut ait *Aristoph. Λυσ.* v. 283. *τὰς Εὐριπίδῃ θεοῖς τε πᾶσιν ἐχθράς.* — Vitiorum adpellationes vitiosis tributae multae d
poterunt a quovis colligi: hic ego coniecturam periclitabor, amicis illam quibusdam meis facile adprobaturus, in *Sophoclis* Philoct. v. 924.

Ὦ πῦρ σὺ, καὶ πᾶν δεῖμα·

e non nescio quibus illud elegans sit visum; mihi *Sophocles* dedisse videtur:

> Ὦ πῦρ σύ, παιπάλημα, καὶ πανουργίας
> Δεινῆς τέχνημ' ἔχθιστον.

Hesych. Παιπάλημα, ποικίλος ἐν κακίᾳ. *Etymolog.* p. 657, 32. σημαίνει — καὶ τὸν παμπόνηρον σὺν ἀγχινοίᾳ. Hoc sensu vocem παιπάλημα adhibuerunt *Aristoph.* Av. v. 430. *Ae-*
a *schrion Samius* apud *Athen.* VIII. p. 335. D. de *Demosthene Aeschines* de falsa leg. p. 33, 20. *Luciano* T. III. p. 189, 8. iunguntur παιπάλημα καὶ κίναδος.

Vs. 409. — ἐκ δὲ γενναίων δόμων Τόδ' ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν.] In Cod. Paris. ad Γενναίων adscriptum εὐγενῶν, et, pro γίγνεσθαι, hic et alibi satis constanter γίνεσθαι, ut γινώσκειν, pro γιγνώσκειν. differentiam ad Phoen.
b attigi v. 1396. — Differunt quidem ἦρξεν et ἤρξατο. Hic, ubi paulo ante v. 408. legitur ἤρξατ' αἰσχύνειν λέχη, de muliere *quae prima violare coepit castitatem lecti legitimi*, ἦρξε γίγνεσθαι, positum puto pro ἐγένετο. quod dici quoque poterat ἤρξατο γίγνεσθαι. *Andocides* de Red. p. 20, 42. οὐδεὶς ἐμοῦ ἤρχετο γίνεσθαι δυσδαιμονέστερος. *Thucyd.* III. c. 18. ὁ χειμὼν ἤρχετο γίγνεσθαι. Pro ἐπολεμάρχησε, *Pausanias* scribit p. 34.
c f. πολεμαρχεῖν ἤρξατο. — Sententiam *Euripidis* explanavit pluribus *Seneca* Hippol. v. 204 — 214. illic, praeter cetera,

> *Cur in penates rarius tenues subit*
> *Haec delicatas eligens pestis domos?*
> *Cur sancta parvis habitat in tectis Venus,*
> *Mediumque sanos vulgus affectus tenet?*

d Vs. 415. Αἳ πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι, Βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν.] Eleganter *Racinii* Phaedra:

> *Je ne suis point de ses femmes hardies,*
> *Qui, goûtant dans le crime une tranquille paix,*
> *Ont sçû se faire un front qui ne rougit jamais.* —

Vt *Euripidis* et *Sophoclis* plurimos, hos etiam duo versus in-
e seruit suae fabellae, qui dicitur *Eustathius* de Ism. Amor. X. p. 373. mutata prima vocula in Ὦ πῶς ποτ', ὦ — Ex veteribus Euripidea transtulit in adulteros *Xenarchus* in Pentathlo apud *Athen.* XIII. p. 569. C. D. Ἀεὶ δὲ τετρεμαίνοντα καὶ φοβούμενον, Δεδιοτα (τ') ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχον — Τὰ πῶς ποτ' (Leg. ἔχονθ', Οἳ πῶς ποτ',) ὦ δέσποινα ποντία Κύπρις,

Βινεῖν δύνανται, τῶν Δρακοντείων νόμων Ὁπόταν ἀναμνησθῶσι προσκυνούμενοι. ultimum illud *προσκυνούμενοι* dum quis 209
nobis explicet, suspicari liceat scripsisse *Xenarchum* eius loco a
παρατιλούμενοι, depilandi: παρατιλοῦμαι dat *Menander Athen.* IV. p. 166. A. Has literas tractantibus notum est, qua poena vulgo saevierint Athenis in adulteros mariti: *Aristoph.* Plut. v. 168.

Ὁ δ' ἁλούς γε μοιχὸς διὰ σέ που παρατίλλεται,

scripseratne forsan?

διὰ σέ γ' οὐ παρατίλλεται. b

nam turpem istam poenam grandi pecunia redimere poterant divites: *Schol.* *ἔθος ἦν τὸν ἁλόντα μοιχείας παρατίλλεσθαι, ἵνα δοῦς* (legendum arbitror, *ἐὰν μὴ δοῦς*) *ἀργύριον ποινὴν λυθῇ.* — Iunguntur *ἡ ῥαφανίδωσις* et *ὁ παρατιλμὸς* in *Aristoph.* Nub. v. 1079. explicuit *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 41. utramque memorat et *Lucianus* T. III. p. 331, 15. ubi versus latet Comici; c
p. 384, 22. *παρατιλλόμενος τὰ πρῶτα* mutari non debet: hoc intelligitur p. 440, 10. per *τὰ αἴσχιστα ἔπαθες.* apud *Plautum* Poen. IV, II, 40. *Facio, quod manifesto moechi haud ferme solent, — Refero vasa salva.* Marito quidem etiam Athenis impune licebat *moechum*, quem ille vocat *manifestarium, obtruncare;* huius etiam caedis impunitas legibus fuit *concessa;* d
(cum lege ap. *Demosth. c.* Aristocr. p. 410, 70. comparandus est *Plato* de LL. IX. p. 874. C.) non autem, quod vulgo statuitur, mors adulterio publice poena fuit constituta: non omnes hac in parte errores *Sam. Petiti* LL. Att. VI. T. IV. correxit *Jo. Taylor* Lect. Lys. c. XI. Uterque verba *Xenarchi* protulit ut vulgantur.

Vs. 417. *Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην, Τέρεμνά τ' οἴκων μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ.*] *Racinii* Phaedra: e

Il me semble déjaque ces murs, que ces voutes
Vont prendre la parole, etc.

In his *τέραμνα* praebet Ed. prima Flor. utramque in hac voce scriptionem obtinere monuit *G. Arnaldus* in Miscell. Obs. VI. a
p. 595. — Hos duo versus *Lucianus* adhibuit Adversus Indoct. T. III. p. 123. ubi de Phaedra, tanquam dramatis nomine, ne cogitari quidem debebat. *Grotio* cum vicinis eleganter versos in Exc. p. 210. *Muretus* V. L. II. c. 17. cum *Ciceronis* loco comparavit hinc expresso. Praeivit in his *Aeschylus Euripidi;* qui in eius Agam. praefatur speculator, Clytaemnestrae b
verbis obscuris designat adulterium v. 36.

Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
Βέβηκεν· οἶκος δ' αὐτὸς, εἰ φθογγὴν λάβοι,
Σαφέστατ' ἂν λέξειεν.

Vs. 419. *Ἡμᾶς γὰρ αὐτὸ τοῦτ' ἀποκτείνει*] Hoc cum *Musgravio* recepi, et paulo post, Vs. 421. *ἐλεύθεροι*, pro
c vulgatis *ἀποκτενεῖ* et *ἐλευθέρως*· in his accedebant ad alios Codices Flor. et Paris. in illo tamen scriptum erat *ἀποκτεῖναι*. Alterum nisi spectatissimi praeberent Codices, non primus mutassem lectionem vulgatam, *ἀλλ' ἐλευθέρως, Παῤῥησίᾳ θάλλοντες, οἰκοῖεν πόλιν Κλεινῶν Ἀθηνῶν — μητρὸς οὕνεκ' εὐκλεεῖς*, *sed quae decet ingenuos libertate loquendi florentes inco-*
d *lant urbem nobilem Athenarum, materna quoque laude clari.* *μητρὸς οὕνεκ'* est eximie *matrem quod attinet.*

Vs. 424. *Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαχνός τις ᾖ, Ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.*] Quando *Piget paternum nomen maternum pudet Profari*, quod Orestes dicebat *Pacuvii.* Racinii Phaedra:

Le crime d'une Mere est un pesant fardeau.

e Praeter hos, sequentes etiam quatuor exhibet *Stobaeus* in Tit. *περὶ δυσγενείας* p. 501, 12. *Grotius* et in Excerptis et in Florileg. p. 365. — Duo, quos adscripsi, adhibet *Plutarch.* de Educ. p. 1. C. et de Poët. Aud. p. 28. C. eorumque sententiam collaudat. *Diogenis Laërtii Bion*, IV, 51. *τὴν δυσμένειαν πο-*
210 *νηρὸν ἔλεγειν εἶναι σύνοικον τῇ παῤῥησίᾳ· Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα*
a *κἂν θρασύστομός τις ᾖ.* illic viri Docti versum quidem se legisse apud *Plutarchum*, in quo *θρασύσπλαγχνος* scriberetur; ex *Euripidis* sumtum Hippolyto non recordabantur. — Spectat verbum *Δουλοῖ* paulo ante memoratam *παῤῥησίαν.* Civibus omnibus aequalis Athenis *dicendi libertas* inquilinis erat negata: vid *Zenob.* Cent. V. Prov. 95. Servis natura quoque deerat:
b vellem noster scripsisset in Phoeniss. v. 395.

Δούλου τόδ' εἶπας, οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν.

Servi plures evaserunt aliarum etiam rerum peritissimi, et fuere philosophi; servum oratorem fuisse negat *Longinus* in excellenti parte ultima libelli sui *π. Ὕ.* p. 230. propter *τὸ ἀπαῤῥησίαστον*· illic plura sequuntur; de his quaedam, alia
c multa dedit *Th. Gatakerus* ad *M. Antonini* XI, 30. ubi qui prostat senarius videtur *Euripidis*, *Δοῦλος πέφυκας, οὐ μέτεστί σοι λόγου.*

Vs. 426. *Μόνον δὲ τοῦτο φάσ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ, Γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν, ὅτῳ παρῇ.*] Diversissimis haec interpreta-

mentis vexantur in Scholiis, ab illo quidem imperite admodum, qui *Menandri* versus adscripsit, ab hac sententia prorsus alienos: illos praebet sincere scriptos *Gesneri Stobaeus* p. d
565, 48. 9. — Interpretes recentiores mentem mihi videntur *Euripidis* expressisse, quos inter eminens *Grotius* in *Stob.* p. 364.

Unum sed ajunt esse par vitae bonum,
Cum rectus animus nil sibi conscit mali.

egregie quoque *R. P. Brumoy*, *On a raison de le dire, l'honneur solide et fondé sur la vertu est plus précieux que la vie*, — e
Vitiosas aliquot lectiones dat in his Codex Flor. infra ponendas; *Stobaeus Trincavelli*, et Codex *Stobaei* MS. *Μόνον δέ φασι τοῦθ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ* — et *ὅταν παρῇ·* hoc habet Ed. quoque *Gesn.* et *Grotii.* — Paulo insolentior hic verborum structura forte videbitur: sic collocata neminem offenderent: *Γνώμην δὲ δικαίαν κἀγαθὴν, μόνον τοῦτο, φασὶν ἁμιλλᾶσθαι* a
(*τῷ τούτου*) *βίῳ, ὅτῳ παρῇ. Animum vero iustum et bonum, unum hoc* vere *dicunt cum eius, cui adfuerit, vita posse comparari*, vel *certare*: sive dicas in tali sententia *ἁμιλλᾶσθαι*, seu *ἐρίζειν*, nihil interest: sed hoc illo frequentius in talibus adhibetur: *Dionys.* Perieges. v. 757. *Κείνοις οὔτι κεν ἔργον ἀραχνάων ἐρίσειεν.* eam in rem scripta quaedam leguntur ad *Herodot.* P. 395. b

Vs. 428. *Κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην', ὅταν τύχῃ Προσθεὶς κάτοπτρον, ὥστε παρθένος νέα Χρόνος*] *Grotius: Ingenia sed perversa rimatrix dies Detexit, instar virginis speculum admovens.* In hunc ego versum vulgatas ante lectiones revocavi, quas dabat et Florent. Codex: *Προθεὶς* erat in Paris. aliisque *Musgravii;* in illo quoque *παρθένῳ νέᾳ·* In Edit. *Trincavelli* c
Floril. *Stob.* versus sic scribitur, *προσθεὶς κάτοπτρον ὥστε παρθένῳ νέᾳ. Χρόνος* hic mihi cum puella virgine comparari videbatur: ut haec speculum inspiciens formam sibimet ipsa suam indicat, sic tempus, omnia patefaciens, etiam diu sub persona tectos malos tandem omnibus velut in speculo clare manifestat: *ὅταν τύχῃ Προσθεὶς*, sive *ὅταν προσθῇ κάτοπτρον.* d
Athenaeo teste X. p. 427. F. Periandro Pittacus *παρῄνει μὴ μεθύσκεσθαι, — ἵν', ἔφη, μὴ γνωσθῇς οἷος ὢν τυγχάνεις, ἀλλ' οὐχ οἷος προσποιῇ· Κάτοπτρον* (*γὰρ*) *εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.* hic *Aeschyli* senarius est *Stobaei* Florileg. T. XVIII, p. 164, 1. *Aes formae speculum est, Vinum mentis;* ut recte *Gesner.* vid. Ill. *E. Spanhem.* in *Callim.* h. Lav. Pall. v. 21. In hunc sensum *tempus*, malorum veluti *κάτοπτρον*, horum e
certe flagitia dat intuenda velut in speculo:

Οὐκ ἔστιν μείζων βάσανος χρόνου οὐδενὸς ἔργου,
Ὃς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.

incerti (videtur *Theognidis*) dictum dat *Stobaeus* in Eclog. Phys. I. c. XI. *περὶ χρόνου·* ubi plurima sunt in hanc sententiam, quam praesertim Tragici frequentant, *Aeschyl.* Prom.
211 v. 950. *Soph.* Oed. T. v. 622. *Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν*
a *μόνος·* *Euripides* illic apud *Stobaeum*, *Οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν· Ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.* Comparat *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 742, 2. *Euripidis* ex Alexandro versus,

Χρόνος δὲ δείξει σ'· ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
Ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σέ γ' ἢ κακόν·

b cum his ex *Sophoclis* Hipponoo,

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν· ὡς ὁ πανθ' ὁρῶν,
Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

neque omissos *Stobaeo*, *versus istos Sophoclis prudentissimi poëtarum in ore esse habendos dicebat* Peregrinus *A. Gellii* N. A. XII. c. XI. — Euripidea *J. N. Loënsis* Misc. Epiphyll. VII.
c c. 22. spectasse putat *Terentium* ista scribentem, *Inspicere tanquam in speculum vitas omnium Jubeo. Plato* de LL. X. p. 905. B. *ὡς ἐν κατόπτροις, αὐτῶν ταῖς πράξεσιν, ἡγήσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν.* talia dantur *Ciceronis*, et aliorum plura.

Vs. 431. — *τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν, Καὶ δόξαν*
d *ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται*] In duobus Codd. et apud *Stobaeum* est *ἁπανταχῇ*, ut saepius in libris scriptis permutantur *πανταχῇ* et *πανταχοῦ· ἀλλαχῇ* et *ἀλλαχοῦ·* in quiete formae potius in *οῦ* adhibentur; illae in *ῇ* desinentes, ubi motus indicatur. — Sed pro *κομίζεται* speciosam sane lectionem ex Codicibus obtulit *Musgravius καρπίζεται*, quam praebent etiam Flor. et Paris. Duo me retinuerunt, quominus illud in
e contextum receperim; primum, quod alterum in suis Codicibus invenerunt *Stobaeus*, quique habetur *Gregor. Nazianz.* Duo hi versus sunt apud *Stobaeum* T. V. p. 63, 50. *Grot.* p. 37. atque illic est *κομίζεται.* In *dramate Χρ. Π.* ubi sibi Maria laudes contribuit Andromaches ex *Euripidis* Troasin v. 640 — 651. hinc petiti duo versus istis leguntur interiecti 547, 8.

a *Τὸ σωφρονεῖν ἐν πᾶσιν εἰδυῖ' ὡς καλὸν,*
Καὶ δόξαν ἐσθλὴν πανταχοῦ κομίζεται.

Praeterea *Καρποῦσθαι* quibusvis Scriptoribus Atticis etiam sen-

su figurato frequentatur, sed, *Καρπίζεσθαι* qui adhibuerit, ex veteribus unum dederis et alterum. *Pollux* IX, 149. *τὸ καρποῦσθαι καὶ Καρπίσασθαι Θουκυδίδης λέγει.* illud bis minimum, hoc in Thucydideis non inveni: *Aeschylus* VII. C. Theb. v. 607. *Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.* Hoc aptis- b
simum, sed usu minus tritum, si posuerat in Ed. prima Tragicus, potuit ob istam rationem in secunda mutari. Quod Poëtis veteribus erat *κλέος* et *κῦδος ἀρέσθαι*, id recentioribus erat *δόξαν κομίζεσθαι*, *laudem* vel *gloriam reportare:* viri iusti iuxta *Platonem* de Rep. X. p. 613. C. *πρὸς τὸ τέλος — τοῦ βίου τὰ ἆθλα παρὰ τῶν ἀνθρώπων φέρονται. Euripidi τὸ σῶ-* c
φρον, ἁπανταχοῦ καλὸν, Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται. In L. IV. *Maccab.* IX, 8. ubi vulgatur *τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα οἴσομεν*, legitur in Cod. Paris. *νομιζόμεθα.* scribendum videtur *κομισόμεθα.*

Vs. 433. *Δέσποιν', ἐμοί τοι*] Vitiosum est in Cod. Flor. *ἐμοί τε·* quod ne cui videatur in *ἐμοί γε* mutandum, faciet hoc d
Soph. Antig. v. 284. *Ἄναξ ἐμοί τοι, mihi quidem.* — Vs. 435. *Νῦν δ' ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα, Nunc errorem meum agnosco:* sive enim dicatur, meam ego nunc, *φαυλότητα, simplicitatem* et *imperitiam*, *μανθάνω·* seu *φαῦλος οὖσα μανθάνω*, vel *ὁρῶ*, vel *αἰσθάνομαι*, *γιγνώσκω*, vel *ἐννοοῦμαι*, nihil interest; istis enim, aliisque similibus verbis, sic adiungi solent participia.

Vs. 435. — *Κἂν βροτοῖς Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σο-* e
φώτεραι] Non in nobis tantum *fruges consumere natis;* sed et *Homeri Θεοὶ ἄμβροτοι* sic saepe loquuntur, ut *posteriores* eorum *cogitationes* prioribus *sapientiores* videri debeant: vid. *Eustath.* in Il. *B.* p. 124, 31. p. 148, 6. memor huius *Euripidis* versus proverbialis, quem non in Hippolyto tantum sed et in 212
Cressis suis posuisse Tragicum liquet ex *Athen.* XIV. p. 640. a
B. Versus a me possent plurimi proferri, quos, vel totidem literis scriptos, vel leviter immutatos, in diversis Tragoediis adhibuerit *Euripides* eosdem; ut mirari quis possit cur de unico versu *Scholiastes* id adnotaverit in Medea, v. 693. lectum etiam in Peliasin. — Non *Euripidis* hunc senarium, sed eiusdem sententiae proverbium *Δευτέρων ἀμεινόνων*, attingentes *Zenob.* b
Cent. III, 15. et *Diogenianus* IV, 15. a sacris ductum narrant; in quibus, si primis hostiis caesis Deos propitiare non poterant consulentes, in illarum locum succedebant *succidaneae* Romanis dictae; quibus Dii, sacerdotes certe, placabantur: vid. *A. Gellius* N. A. IV. c. VI. et *Erasmus* in Adag. *Posterioribus melioribus.* c

Vs. 438. — *ὀργαὶ δ' εἴς σ' ἐπέσκηψαν θεᾶς*] In Paris. Cod. repertum, *εἴ σ' ἀπέσκηψαν.* mihi *εἴς σ' ἀπέσκηψαν* genuinum videtur. Non quidem negem, alterum etiam adhibitum in similibus dictis, sed hoc arbitror accommodatius. *Fulmen σκηπτὸς* dicebatur: de Clearcho Heracleae tyranno non
d scripserat *Plutarch.* T. II. p. 338. B. *σκῆπτρον*, sed *σκηπτὸν ἐφόρει·* ut igneum Iovis telum gestare videretur; nam et filiorum quemdam dici voluit *Κεραυνόν.* De *Demosthene* dixit *Longinus π. Ὕ.* XII, 6. *καίων τε ἅμα καὶ διαρπάζων σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ' ἄν, ἢ κεραυνῷ·* ubi docte Clar. *Ruhnkenius* corrigit, *ἢ χειμάῤῥῳ.* videri quoque potuerat natum *κεραυνῷ*
e ex interpretamento vocis *σκηπτῷ·* cuius utramque vim respexit *Longinus;* alteram attigit Ill. *Ez. Spanhem.* in *Julian.* Or. I. p. 227. Hinc verba *Ἀποσκῆψαι, Ἐνσκῆψαι, Κατασκῆψαι, Ἐγκατασκῆψαι*, de fulmine emisso proprie adhibita, transferuntur ad mala quaevis graviora divinitus ex improviso fulminis instar immissa, vel in aliquem irruentia cum impetu; duplex enim horum quoque verborum est potestas. *Cornutus* de
a N. D. p. 180. *οἱ κεραυνοὶ ἐκεῖθεν (οὐρανόθεν) κατασκήπτουσι* propriam vim communivit in transcursu *Ti. H.* in *Lucian.* Timon. p. 102. Non Iupiter tantum *ἐγκατασκῆψαι βέλος κεραυνοῦ·* sed et malum ingruens vi neutra dicitur *κατασκῆψαι*, et *ἐγκατασκῆψαι. Thucyd.* II. c. 47. *pestis iam ante ferebatur πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι·* — (c. 48.) *ἐς δὲ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἐξαπιναίως ἐνέπεσε·* *Lucretius* VI, 1141. *Incubuit tandem*
b *populo Pandionis.* ex *Euripide*, *Aristoph. Athenaei* IV. p. 154. E. *Ἐς Οἰδίπου δὲ παῖδε — Ἄρης κατέσκηψ'·* ad ista vid. *Casaubon.* p. 280, 50. activa vi ponitur in *Eurip.* Med. v. 94. Nostrum sic *ἀποσκῆψαι* adhibitum monstrant *Wesselingio* notata in *Diodor. Sic.* I. p. 81, 75. atque ita forsan *Aeschylus* posuerat *ἀπέσκηψεν* Pers. v. 741. ut scripsit v. 514. *Κακῶν,*
c *ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός. Eurip.* Hippol. v. 1418. *non inultae* Veneris *Ὀργαὶ κατασκήπτουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας.* ut nostro versu, *ὀργαὶ δ' εἴς σ' ἀπέσκηψαν θεᾶς· in te Veneris invasit ira.* apud *Herodot.* VII. P. 513, 78. *ἐς — τὰ μέγιστα — τὰ τοιαῦτ' ἀποσκήπτει βέλη·* in aliis erat Codd. *ἐπισκήπτει. Heliodor.* VII. p. 346. *ἡ Ἀρσάκης ἀνία καὶ μανία εἰς ἐμὲ ἀποσκήψει.* II. p. 103. *ὄμμα Κρόνιον εἰς τὸν οἶκον ἐνέσκηψε. Al-*
d *ciphron.* I. Ep. XIII. *πόθεν — εἰς ἁλιέα δύστηνον — ἔρως ἐνέσκηψε.* miseram quoque Phaedram qui invaserat amor *graviter urgebat incumbens.*

Vs. 439. *Ἐρᾶς· τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν. Κἄπειτ' ἔρωτος οὕνεκα ψυχὴν ὀλεῖς;*] In loco perelegante,

quem cum centenis ex Hippolyto *Racinius* in Phaedra sua Gallica expressit imitando, cepit etiam vim vocis ἔπειτα inservientis, aeque ac εἶτα, interrogationi quam exprimit indignatio; e
atque adeone propter amorem vitam tuam pessumdabis? Huc spectabant *Eustathius* de Amor. Ism. III. p. 73. ὁ δ', οὐδὲν καινὸν, φησὶ, πέπονθας· ἐρᾷς· οὐ μόνος, ἀλλὰ σὺν πολλοῖς βροτῶν. et *Heliodori* Calasiris ad Charicleam IV. p. 180. σὺ μὲν ἴσθι μὴ μόνη τὸ πάθος ὑποστᾶσα, ἀλλὰ σὺν πολλαῖς — τῶν τὰ ἄλλα σωφρόνων· μέγιστος γὰρ θεῶν ὁ Ἔρως. Elegan- 213
tia certat cum Euripideis hoc *Herodotei* Demarati ad matrem a
VI. c. 68. οὐ — γὰρ, εἰ πεποίηκάς τι τῶν λεγομένων, μούνη δὴ πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ. quae *usitata consolatio* saepe prodesse videbatur *Ciceroni* Tusc. III. c. 33. — In Hippol. *Senecae* Nutrix v. 256. — *dignam ob hoc vita reor, Quod esse temet autumas dignam nece.*

Vs. 441. Οὐκ ἆρά γ' οὐ δεῖ τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας Ὅσοι τε b
μέλλουσ', εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.] Versum sine controversia vitiosum emendare conabatur vir Doctus legendo, Οὐκ ἆρα νοῦ δεῖ· quo sensu hoc accipi voluerit latet: suam *Reiskius* coniecturam, ni fallor, dudum reiecit: nihil dicam de *Heathii* lectione, Οὐκ ἆρά γ' εὖ ἔχει τοῖς· nec de Latinis adiectis. Οὐκ ἆρα δεινὸν venit in mentem Clar. *Musgravio*, cui meam me c
spero coniecturam adprobaturum. Primum illius praebent Codd. Flor. etiam et Paris. Οὔτ' ἆρα· Rectum est Οὔ τε — Ὅσοι τε. Deinde ad vitiosas literas in Scholiis adscriptae sunt interpretationes, οὐ λυσιτελεῖ, οὐ συμφέρει, (τοῖς τῶν πλησίον ἐρῶσι καὶ ὅσοι μέλλουσιν ἐρᾷν.) Nemo diffitebitur sententiam ista praebere valde commodam, si verbum detur Euripideum, ad quod respondeant. Illud mihi videor detexisse; *Sophocli* d
adhibitum et *Euripidi*, Λύει. Sic itaque versum corrigo:

Οὔ τ' ἆρα λύει τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας
Ὅσοι τε μέλλουσ' εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.

Non profecto conducit amor *et nunc alios amantibus et olim amaturis, si vitae mercede sit ipsis redimendus.* Antequam de- e
claretur aliunde sententia, verbum Λύει adfirmandum est: *Sophocles* Oed. T. v. 324. φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη Λύει φρονοῦντι· sic semel dixit διαλελυμένως, pro λυσιτελεῖ, (*Photius* Lex. MS. Λύειν τέλη, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖν.) alibi simplex Λύει, *Hesychio* quoque per λυσιτελεῖ redditum, in Elec. v. 1011. ubi in Scholiis etiam est οὐ λυσιτελεῖ ἡμῖν. *Euripides* Medeae v. 565.

σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ, a

Ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
Τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι.

ibid. v. 1362. *Σάφ' ἴσθι, λύει δ'* (L. *λύειν*) *ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς.* In Scholiis legitur *λυσιτελεῖ μοι τὸ ἄλγος.* in Alcest. v. 627.

φημὶ τοιούτους γάμνους
Λύειν βροτοῖσιν.

b Ex *Diphili* Mercatore haec habet *Athenaeus* VI. p. 227. F. — *κἂν μὲν οὐσίαν ἔχῃ Ἧς αἱ πρόσοδοι λύουσι τἀναλώματα. Grotius* in Exc. p. 786. *si reditus habet Qui possint tantis suppeditare sumtibus:* hinc et aliunde monstrari posset, qua via *Λύειν* venerit in eam alteram significandi vim, nisi iam egregia
c quaedam notasset *Andr. Dounaeus* Praelect. in *Demosth.* p. 43, 44. — Iam vero sententia subtilis Euripidea non uno mihi modo videtur explanari posse; sive sic illam efferas, *Nimia profecto mercede,* vel, *nimis magno constabit amantibus, si morte sit amor redimendus:* seu hac illam exprimas ratione; *Non est amor profecto tanti, ut pretiosae vitae dispendio cuiquam placere,* vel *emendus videri queat;* res eodem redibit.
d Haec *Euripidis* cogitabat, opinor, *Ovidius* ista scribens Amor. II, El. V. 1.

Nullus amor tanti est; (abeas pharetrate Cupido,)
Ut mihi sint toties maxima vota mori.

Οὐκ ἄρα λύει γ' εἰ θανεῖν ἐμὲ χρεὼν Ἐρῶντ'. Et apud illum et apud alios Poëtas Latinos reperitur illud *non tanti est,* *οὐ*
e *λύει,* sive *οὐ λυσιτελεῖ· Non tamen hoc tanti est.* — *non est, clamabat, tibia tanti.* — *Virgil.* Aen. III, 453. — *ne qua morae fuerint dispendia tanti,* — (456) *Quin adeas vatem. Calpurn.* Ecl. V, 36. — *nec sint compendia tanti, Destruat ut niveos* etc. *Claudian.* in Ruffin. II, 249. — *non est victoria tanti, Ut videar vicisse mihi.* — In ipso calore non mirum est
214 aliter saepe loquutos amentes: *Propertius:* III. El. XIV, 21.
a *Quod si certa meos sequerentur funera casus, Talis* (scribi malim, *Tali*) *mors pretio vel sit emenda mihi: Pausanias* VII. p. 572. init. *μόνῳ* (imo *μόνον*) *γὰρ δὴ ἀνθρώπῳ ψυχῆς ἐστιν ἀντάξιον κατορθῶσαί τινα ἐρασθέντα.*

Vs. 443. *Κύπρις γὰρ οὐ φορητόν, ἢν πολλὴ δυῇ.*] Quod,
b oblatum a *Stobaeo, multo elegantius* vulgato *φορητὸς Marklando* videbatur, hoc, omnibus elegantiarum spectatoribus quia sic visum iri iudicabam, in contextum recepi. In quem *tota ruit Venus,* huic illa videtur *intolerandum* quid, *ἀφόρητον*

sive ἀνυπομόνητον. *Euripidei* versus memor *Horatius* Carm. I. Od. XIX, 9.

In me tota ruens Venus
Cypron deseruit.

In illum tota Venus ruebat; qui dici quoque potuit in amorem, c
sive venerem Glycerae totus ruere: ut

puer Idas et puer Alcon,
In Donaces venerem furiata mente ruebant,

Nemesiano Ecl. II, 3. *Μήδ' ἐς ἔρωτα γυναικὸς ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον*, *Phocylides* v. 181. Sed in quem tota ruit Venus,
hunc Veneris etiam puer ex omni parte premit: d

ex omni me premit ille Deus,

Propert. III. El. XX, 6. Amator ap. *Achill. Tat.* I. p. 33. *οὐ φέρω τὴν ἀνίαν· ὅλος γάρ μοι προσέπεσεν ὁ Ἔρως. Xenoph. Ephes.* p. 6. *ὁ θεὸς σφοδρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο. Tibullus* II. El. I, 79.

Ah miseri, quos hic graviter Deus urget; at ille e
Felix, cui placidus leniter afflat Amor.

hic amorum Deam experitur *moderatam*, *μετρίαν Ἀφροδίταν*,
illi *πολλὴν*, *multam*, *totam*, *nimiam*, atque ex omni parte
prementem: sic opponuntur ista: *Eurip.* Helenae v. 1111.
Κούρη Διώνης Κύπρι, — Εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἄλλα γ' ἡδίστη a
θεῶν Πέφυκας ἀνθρώποισιν. Iphig. in Aul. v. 542. *Μάκαρες, οἳ μετρίας θεοῦ — μετέσχον.* paulo post v. 556. *Καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας, Πολλάν τ' ἀποθείμαν.* conf. Med. v. 627 — 632.
In *Aristoph.* Ranis v. 1077. neganti *Euripidi* quicquam in *Aeschylo* fuisse Veneris, respondet ille:

Μηδέ γ' ἐπείη,
Ἀλλ' ἐπὶ σοί τοι καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πι- b
καθοῖτο.

Animantibus, quibus vehemens inest procreandi libido, dicitur *Oppiano* inesse *Τρηχὺς ἔρως, πολλή τ' Ἀφροδίτη*, sive
πολλὴ Κυθέρεια, *K.* II. 187. III. 146. *Ἁ.* I. 499. *πολλὴ γὰρ ἐν ἰχθύσιν ἔστ' Ἀφροδίτη.* Quae de hoc usu vocis *πολὺς* dici
possent mitto, ne me nimis diu detineat ille *multus fluens* ora-
tor Philippi *Python* Byzantius, cui solus Athenis obloqui po- c
terat *Demosthenes θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι*, ipso teste *Demosthene* p. 162. §. 246. *Πύθωνος* nomen in *τυφῶνος* male mutatum est in *Schol.* in *Aristoph.* Eq. v. 523. *Bentlejo* in *Horat.* Serm. I. Ecl. VII, 28. praeivit *Lambinus.*

Vs. 444. *Ἦ τὸν μὲν εἴκονθ' ἡσυχῇ μετέρχεται, Ὃν δ' ἂν*
d *περισσὸν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα, Τοῦτον — καθύβρισε*] Haec et vicina *Stobaeus* praebet Tit. LXI. p. 386, 36. *Grot.* 239. quamque lectionem Ed. *Trincavelli*, *ἥκονθ' ἡσυχῇ* μετ. eamdem hic dant Codd. Paris. et Flor. hic vitiosam in sequente quoque v. lectionem, *καὶ σωφρονοῦνθ' εὕρῃ* μ. cui suam *Is. Vossius* adiecerat coniecturam legentis, *Ὃν δ' ἂν περισσὸν σωφρονεῖν θ' εὕρῃ μέγα.* frustra quoque *Gesner.* *αὖ* posuerat in
e margine *Stobaei:* bene iunguntur, *Ὃν δ' ἂν εὕρῃ·* qui verbi modus voculam istam monstrat legitimam: ceterae quoque vulgatae lectiones sunt sincerae, in isto quoque versu, *Ὃν δ' ἂν περισσὸν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα· quem vero supra modum invenerit illa superbum sibique reluctantem:* hic *περισσὰ* legitur apud *Stobaeum*, et *περισσὰ φρονεῖν* et *περισσὰ πράσσειν* sunt
215 usitatae phrases: sed hic illud minus convenit; ubi *περισσὸς*,
a ut infra positum v. 948. illum notat qui in amoris contemtu modum excedit: *μέγα φρονεῖν*, *superbire*, Tragicis etiam est in usu. Superbe sibi reluctantem trahit Venus nolentem; benigna prosequitur *ἡσυχῇ*, *leniter*, *τὸν εἴκοντα*, *cedentem sibi:* hominibus non indignum *εἴκειν βελέεσσιν ἐρώτων* iudicabat in Antholog. *Philippus* IV. c. XII. ep. 64. Huius ego verbi par-
b ticipium *Εἴκοντα* pro *Νικῶντα* restituendum suspicor in *Euripidis* Suppl. v. 694. ubi humani quid passus est vir Eximius; neque enim Graece dixeris *Νικέντα* pro *νικηθέντα.* — Partim nostrae similis *Euripidis* est ex Dictye sententia ap. *Stobaeum* p. 399, 12.

Κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾷ,
Ἂν τ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ.

c eadem dedit ex *Chrysippo* cum simili dicto ex *Euripidis* Stenebοea *Galenus* de Dogm. Hipp. et Platon. V. p. 282, 45. conf. *Gataker.* A. M. P. c. X. p. 524. de amore vehementi vere *Heliodor.* I. p. 48, 33. *ὁρμὴν κρατούσης ἐπιθυμίας μάχῃ μὲν ἀντίτυπος ἐπιτείνει, λόγος δὲ εἴκων — τὴν ζέουσαν φορὰν ἀνέστειλε.* Hoc ad similia quaevis translatum fuit: pulcherrimam torrentis imaginem pinxit *Sophocles* Antig. v. 723.

d *Ὁρᾷς παραῤῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα*
Δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται·
Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Furentis populi rabiem cedendo saepe sedarunt sapientiores.

Vs. 446. *Τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισεν;*] In Edit. prima *Stobaei*, et in duobus Codd. *Stobaeani* Floril. Pa-

risinis, versus sic scripti, *Τοῦτον λαβοῦσα, οὕτω πως καθύ-* e
βρισεν, omnis erat elegantia sublata, quam his usus in *Aristoph.* Nub. v. 879. ne *Berglerus* quidem expressit; dedit enim Latina, *Hunc arreptum quam duriter tractat?* significant autem, *Hunc correptum quibus illam censes contumeliis vexare solitam?* *Δοκεῖς· δοκεῖτε· οἴει· οἴεσθε·* cum *πῶς* vel *πόσος* iuncta, sic solent *orationis animandae causa interponi*, iudice a
viro Summo ad *Lucian.* T. I. p. 475. nonnulla dedit *Bergler.* ad *Aristoph.* Plut. v. 742. egregie Latine redditum *Budaeo* C. L. Gr. p. 1100. Conf. praeterea *Euripid.* Hec. v. 1167. *Aristoph.* Ran. v. 54. Nub. 1371. Eccles. v. 399. Huc non pertinet ejus versus in Acharn. 12.

Πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μοι δοκεῖς τὴν καρδίαν;

corrigendus, opinor, b

Πῶς τοῦτο σεῖσαι —.

apud *Athenaeum Araros* IV. p. 175. F. *Ἁρπάσας* (corrige, sodes, versum *Ὁ δ' ἁρπάσας*) *μόναυλον εὐθὺς πῶς δοκεῖς Κούφως ἀνήλλετ'·* a veteribus formulam hanc quoque sumsere Sophistae: hinc explicandum quod in *Alciphronis* legitur epistola nondum edita: *ἔτι μέν τοι, ὃ μάλιστα ἡδέως ἐφάγομεν,* c
θριδακῖναι καὶ σέλινα, ἡλίκαι δοκεῖς θριδακῖναι.

Vs. 447. *Φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ', ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ Κλύδωνι Κύπρις*] Hinc in Hippol. *Seneca* v. 331. *qua terra salo Cingitur alto, quaque aetherio Candida mundo sidera currunt, Haec regna* (imo leg. *Hic regna*) *tenet Puer immitis* etc. Non huc congeram exquisita Poëtarum dicta de Veneris omnipoten- d
tia, deque vi Amoris superos etiam domantis, quem Orphici vere canebant H. LVII. *πάντων κληῖδας ἔχοντα, Αἰθέρος οὐρανίου, πόντου, χθονός.* De multis quoque *Sophoclis* unicum ex eius Phaedra locum adponam, illius quoque Nutrici, ni fallor, in scena tributum:

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
Οὐδ' αὖ γυναῖκας· ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω e
Ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται.
Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει, καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

mihi quidem omnino Sophoclei coloris esse versus videntur, quos *Sophocli* dat *Stobaeus* p. 380, 23. *Grot.* in suo Floril. *Stob.* p. 245. qui tamen in Excerptis tres primos adscribit *Euripidi* p. 435. hunc non dubitanter sequutus *Barnes.* p. 500.

216 quinque versus retulit ad *Euripidis* Phaedram: cuius hoc no-
a mine diversum ad Hippolyto veterum nemini lectum fuit drama. In nomine Tragici *Clementem Alex.* errasse suspicor Strom. VI. p. 745, 20. Illic, et in vetustis Edd. *Stobaei*, quod monuit etiam *D'Orvillius* in *Charit.* p. 526. recte legitur in istorum versuum tertio *ταράσσει*, non *χαράσσει*. Cupidinem
b XII. Deorum suffragiis coelo narrat eiectum *Aristophon Athenaei* XII. p. 563. B. hac addita ratione: *Ἐτάραττε κἀκείνους γὰρ ἐμβάλλων στάσεις, Ὅτ' ἦν μετ' αὐτῶν.*

Vs. 449. *Ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα, καὶ διδοῦσ' ἔρον*] Hic versus cum sequente legitur in Erotico *Plutarchi* p. 756. D. huic proxime subiectus, *Τὴν δ' Ἀφροδίτην οὐχ ὁρῶ* (L. *ὁρᾷς*)
c *ὅση θεός·* sed quos huic subiecerat Euripideos *Plutarchus*, illic eorum aliquot excidisse putem, quos plures dant ex perdito dramate continuos *Athenaeus* XIII. p. 599, 600. *Stobaeus* Ecl. *Grot.* p. 149. — Non hodie hercle credam, *Scaligerum* hoc in versu corrigi voluisse *διδοῦσα ῥοῦν*. *Homeri* nobis auctoritate *Barnesius* tuetur *ἔρον*. dixisse debuerat *ῥοῦν* in tali-
d bus prorsus esse Tragicis inusitatum; deinde veterem formam vocis *ἔρον*, quam Aeolicam esse monent Grammatici, in Atticis quidem Poëtis valde insolentem; in senariis tamen Euripideis sic aliquoties *amorem* dictum *ἔρον*, Hippol. v. 337. Iphig. in Taur. v. 1172. Ion. v. 1237. Elec. v. 297. Sed ista talia perdiscere *Barnesii*, quique metrum didicere nonnulli negligunt.

e Vs. 451. *Ὅσοι μὲν οὖν — αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαις ἀεί.*] Huc respicit *Eustath.* in *Hom.* Il. *B.* p. 198, 30. *ἐν τῷ, Μῆνιν ἄειδε θεὰ, προσυπακουστέον τὸ, δι' ἐμοῦ, ὃς ἀεὶ ἐν μούσαις εἰμί. ὃ δὴ περὶ τῶν ποιητῶν, ἢ τῶν ἁπλῶς λογίων Εὐριπίδης φησί.* Hinc flosculum decerpsit *Aelianus* V. H. IX. c. IV. *Polycrates Samius ἐν μούσαις ἦν.* hominum literatorum vitam *τὸν*
a *ἐν μούσαις βίον* dixit XII. c. 2. — Proximos de Deorum amoribus versus adhibuerunt *Jos. Scaliger.* in *Propert.* p. 231. et *Steph. Bergler.* in *Aristoph.* Nub. v. 1076. *Euripideis* v. 456. *ἀλλ' ὅμως ἐν οὐρανῷ Ναίουσιν* etc. apte quadrant illa *Propertii* II. El. XXIII, 90.

Ipsa Venus, quamvis corrupta libidine Martis,
Num minus in coelo semper honesta fuit?

b sed et Euripideae nutricis mentem explanant Eiusdem v. 111, 112.

Dic mihi quis potuit lectum servare pudicum?
Quae Dea cum solo vivere sola Deo?

haec etiam in Herc. Fur. Thesei v. 1326. de Diis narrata Poëtis,

Οὐ λέκτρα γ' ἀλλήλοισιν, ὧν οὐδεὶς νόμος, c
Συνῆψαν; — ἀλλ' οἰκοῦσ' ὅμως
Ὄλυμπον, ἠνέσχοντό θ' ἡμαρτηκότες.
Καί τοι τί φήσεις; εἰ σὺ μὲν, θνητὸς γεγὼς,
Φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας, θεοὶ δὲ μή;

sic Nutrix de suis Diis Deabusque hoc in loco v. 458. *Στέργουσι — ξυμφορᾷ νικώμενοι·* tum ad Phaedram, *Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ;* — Pleraque Nutricis Euripideae facit Oenonen suam dicentem *Racinius*, haec etiam aptiora: d

Les Dieux même, les Dieux de l'Olympe habitans,
Qui d'un bruit si terrible épouvantent les crimes,
Ont brulé quelquefois de feux illegitimes.

Vs. 458. *Στέργουσι δ', οἶμαι, ξυμφορᾷ νικώμενοι· Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ;*] *Amore* Dii *victi sua sunt*, *opinor*, *sorte contenti; Tu vero victa Deos imitari recusabis?* nam in *Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ;* supplendum relinquitur *νικωμένη*. In *Eur.* Phoen. v. 550. *Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ* etc. quaedam adscripta sunt. — In Cod. Flor. pro *ξυμφορᾷ*, legitur *ξυμφορᾶς νικώμενοι·* et est in *Aeschyli* Suppl. v. 1013. *ἱμέρου νικώμενος·* in *Eurip.* Heraclid. v. 234. *τῆς τύχης νικωμένην. Χρημάτων νικωμένῳ* in *Euri-* 217
pidis versu apud *Stobaeum* p. 511, 43. sed alterum hic prae- a
stat, lectumque apud *conditori* fuisse dramatis *Χρ. Π.* monstrant verss. 722, 739, 1064. Hic vero *ξυμφορᾷ* posuit Tragicus, ut et ad *στέργουσι* referri posset, et ad *νικώμενοι*. Praeterea libentius in talibus istum Tragici casum mihi videntur adhibuisse; secundum, quum ab hoc illove victos dicerent. Dice- b
retur Phaedra *Ἱππολύτου νικωμένη* suppressa praepositione *ὑπὸ*, sed *νικωμένη ἔρωτι· κακοῖς· ξυμφορᾷ· ἡδονῇ*. Huius exempla constructionis praebebunt *Euripides* Hec. 332. Med. 1077. 1195. And. 917. Auges v. 8. *Soph.* Elec. 1284. Illius *Eurip.* Hec. v. 1259. *γυναικὸς ἡσσώμενος·* Alc. 697. Med. 315. *κρεισσόνων νικώμενοι.* Troas. 23. *νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεοῦ* (*θεᾶς* MS.) *Ἥρας. Soph.* Aj. v. 1370. apud *Stobaeum* p. 240, 9. c
Huius etiam utriusque structurae praebent exempla Historici et Oratores Attici.

Vs. 461. *εἰ μὴ τούσδέ γε στέρξεις νόμους*] Ex uno Codice receptum *στέρξεις*, pro *στέργεις*, adfirmabit Flor. — Paulo ante vs. 459. pro *ἐπὶ ῥητοῖς, ἐπιῤῥήτης* erat in Flor. Scriptum forte fuit in aliis Codd. *ἐπὶρ ῥητοῖς·* ut certe pronunciatum d
videtur: *παραῤῥείθροισι* remansit huc usque in Edd. *Sophoclis* Antig. v. 723. *περιῤῥεθέεσσιν* in carmine *Gregor. Nazianz.* *πα-*

ῥαῤῥόον exhibet Cod. *D'Orvill.* MS. in *Etymol. M.* p. 135. 30. vid. *I. D. Lennepius*, vir mihi amicissimus, quae scripsit valde juvenis in *Coluthi* v. 208. — Huc spectans *Eustath.* in *Hom.* Il. *B.* p. 177, 6. *ταυτὸν*, ait, *τὸ ἐπὶ διακειμένοις μάχεσθαι*,
e *καὶ τὸ ἐπὶ συνθεσίαις, ἤτοι ὡρισμέναις συμφωνίαις· Εὐριπίδης δὲ ἐπὶ ῥητοῖς εἵλετο τοῦτο εἰπεῖν.* nonnunquam aliud, hic formula *ἐπὶ ῥητοῖς* notat *certa pactaque conditione:* in *Platonis* Symp. p. 213. A. Alcibiades, *ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω, ἢ μή; συμπίεσθε, ἢ οὔ;* *L. Kuster.* in *Aristoph.* Acharn. v. 61. formulam attigit *ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι· certis praerogativis.* Hic nutrix, *hasce*, ait, *leges si non adprobabis, debuerat te pater certis gene-*
a *rasse conditionibus.* Sapienter profecto senex *Eur.* Iphig. in Aul. v. 29.

Οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς·
Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι,
Θνητὸς γὰρ ἔφυς.

Cum vicinis v. 460. — *ἢ ἐπὶ δεσπόταις θεοῖς Ἀλλοισιν· Euri-*
b *pidis* ista Medeae comparanda sunt in Iasonem, qui iuratam fidem violaverat, v. 493. *Ἢ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι, Ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμι' ἀνθρώπυις τανῦν;*

Vs. 462. *Πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν;*] In Flor. Cod. legitur *ἔχοντας εὖ φρονεῖν·* in Paris. *μὴ δοκεῖν θ' ὁρᾶν·* hic litera sententiae nocet; illic *φρονεῖν* tollit elegantiam sermonis, qua
c *τοὺς φρονιμωτάτους* dixit *κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν. τὸ, φρενῶν εὖ ἥκει, Thomas M.* attigit in v. *Ἔχω·* idem est in talibus *ἥκει*, ac *ἔχει*, *Herodoto* aliisque adhibitum: vid. in *Herod.* P. 73. et P. 577. Quam hic dixerit *χώρην ὡρέων εὖ ἥκουσαν, γῆν εὖ τῶν ὡρῶν ἔχουσαν* vocat *Pausan.* VIII. p. 658. ult. Baeticam *πόλεων εὖ ἔχειν καὶ νόμων* scribit *Philostrat.* V. A. L. V. c. VI. *ἄριστα γνώμης ἔχειν Juncus Stobaei* p. 587, 3. et huius
d *Dionysius* p. 531, 14. *μακαρίως ἔχεις φρενῶν.* — Quod sequitur, *Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα μὴ δοκεῖν ὁρᾶν·* veteris mihi videtur elegantiae dictum: vere *R. P. Brumocus* reddidit, *Combien de sages, — voyant l'opprobre de leur lit, font semblant de n'en rien voir?* nam in talibus dictis *Δοκεῖν* idem est ac *προσποιεῖσθαι, faire semblant; simulare: Herodot.* I. c. 10. Candaulis uxor *μαθοῦσα τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς οὔτε ἀνέρω-*
e *σεν — οὔτε ἔδοξε μαθέειν, animadvertisse se dissimulavit. Xenophon Ἑλλ.* IV. p. 308, 30. *Ἀγησίλαος μάλα μεγαλοφρόνως τούτους μὲν οὐδ' ὁρᾶν ἐδόκει.* rem eamdem narrans *Plutarchus*

in Agesilao p. 607. F. προσεποιεῖτο, inquit, μήτε ὁρᾷν αὐτοὺς, μήτε ἀκούειν ἐντυγχανόντων. In *Aristoph.* Eq. v. 1143. Οὐδὲ δοκῶν ὁρᾷν redditur a *Scholiaste*, οὐδὲ προσποιούμενος εἰδέναι. similiter in Pacis v. 1051. Μὴ νῦν ὁρᾷν δοκῶμεν αὐτόν. 218
hinc explicandus in Lysistr. v. 179. *Athenaeo* IV. p. 163. E. a
Diodorus memoratur Aspendius Πυθαγορικὸς δόξας εἶναι· *qui videri voluit P. Timaeo* dicitur ibid. F. τοῖς Πυθαγορείοις πεπλησιακέναι προσποιηθείς. *Xenarchus* Comicus, VI. p. 225. D. καιρίαν δ' εἰληφέναι Δόξας καταπίπτει καὶ λιποψυχεῖν δοκῶν. ibid. p. 236. F. *Eupolidis* adulator dicitur divitis δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν. et εἴρων Theophrasti c. 1. ἀκούσας τὶ δόξει μὴ b
ἀκηκοέναι· nam sic mihi quoque scripsisse videtur, et ex glossa προσποιήσεται natum quod vulgatur. vid. illic *Duportus*, et *Casaubonus* p. 17. Orestes in *Eurip.* Iphig. Taur. v. 956, Ἤλγουν δὲ σιγῇ, κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι. conf. Rhesi v. 638. *Aeschyli* Promethei dictum est, in vita saepius utile,

Κέρδιστον εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν. c

Vs. 464. Πόσους δὲ παισὶ πατέρας ἡμαρτηκόσι Συνεκκομίζειν Κύπριν;] Quem sententia dicti minime latuit, Scholiastes tamen etiam legisse videtur ἡμαρτηκότας· quam, me iudice, perversam scriptionem exhibet in *Euripidis* versu Cod. Flor. — Vim verbi συνεκκομίζειν in his *Victorius* tradidit V. L. XI. c. VI. commodum *Is. Vossius* adscripsit *adiutare Terentii.* Συνεκφέρειν dixit *Eurip.* in eiusdem sententiae dicto, quod d
ex eius Dictye servavit *Stobaeus Gesn.* p. 474, 14. *Grot.* p. 347.

Πατέρα τε παισὶν ἡδέως συνεκφέρειν
Φίλους ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν,
Παῖδάς τε πατρί· καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
Βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἑκουσία νόσος

— Cum proximis, ἐν σοφοῖσι γὰρ Τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά· locus ex Cressis comparari poterit apud *Stobaeum* p. 579, 13. *Grot.* p. 458. e

Vs. 467. Οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρὴν βίον λίαν βροτοὺς,] In Cod. Flor. legitur βροτοὺς λίαν· et est λίαν apud Tragicos iambus; sed hic ordo vocum vulgatus praestat: pro χρὴ quum praeter Flor. daret et Paris. χρῆν, hoc recepi tanquam aptius altero, probatum iam in nota ad Phoen. v. 965. vid. *Herodianum Piersoni* p. 468. Quae supra Phaedrae nutrix dicebat a
v. 261. et seqq. quodam modo cum his conveniunt; sed hic pessima conciliatrix diversum quid tamen significatum voluit; hoc opinor: *Nec certe debebant adeo mortales elaborare in vita sua ad virtutis normam dirigenda.*

b Vs. 468. *Οὐδὲ στέγην γὰρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι, Καλῶς ἀκριβώσειαν.*] Corrigere tentabat *Reiskius Οὐδὲ στολὴν γὰρ, ἣ κατηρεφεῖς δόμους Καλῶς ἁ.* Legere se solitum scribit *Marklandus*, *Κανόνες ἀκριβώσειαν*, *Normae*, seu *Regulae exquisite faciunt*, vel *facere solent;* seque minime dubitare *cum ex sensu tum ex Scholiaste, sub voce Καλῶς delitescere vel Κανό-*
c *νες, vel Κανὼν vel Κανόσιν.* Alter quidem *Scholiasta* vulgatas nobis easdem voces invenit; ad has enim pertinent in Scholiis ista: *οὐδὲ στέγην γὰρ, ὑφ' ἧς οἱ δόμοι κατηρεφεῖς γίνονται, ἀκριβώσειαν, οἱ τέκτονες δηλονότι.* Aliam lectionem haec spectasse videntur, *εἶτα πρὸς μὲν ξύλων συνθέσεις κατὰ κανόνας εὐσυνθέτους οὐκ ἐφίκετο τῆς ἀκριβείας ἡ τέχνη· σὺ δὲ* etc. Certe mihi quoque placet una de *Marklandi* coniecturis, ut
d pro *Καλῶς* legatur *Κανὼν*, sequenti tum verbo *ἀκριβώσειαν* mutato in *ἀκριβώσει' ἄν.* id est *ἀκριβώσειε ἄν.* Sed praeterea vitiosum *ἧς* mutandum arbitror in *ἢ κατηρεφεῖς δόμοι·* sic itaque haec legenda:

Οὐδὲ στέγην γὰρ, ἢ κατηρεφεῖς δόμοι,
Κανὼν ἀκριβώσει' ἄν.

Neque enim tecti ligna, quibus domus sunt opertae, Regula
e *accurate coagmentaverit.* Sic accepta apte mihi videntur ad proxima respondere. *Lucretius* IV, 516. *in fabrica, si prava 'st Regula prima, Normaque si fallax etc. — Omnia mendose fieri, atque obstipa necessum 'st, Prava, cubantia, prona, supina, atque absona tecta.* Pallas navis Argoae *κανόνεσσι δάε ζυγὰ μετρήσασθαι*, *Apollon. Rhod.* I, 724. ubi vid. Schol. *Aeschines* c. Ctesiph. p. 82, 25. *ἐν τῇ τεκτονικῇ, ὅταν εἰδέναι*
219 *βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μὴ, τὸν κανόνα προσφέρομεν ᾧ*
a *διαγινώσκεται.* *Xenophon* qui dicitur in Agesilao edit. *Hutch.* p. 78. *καλὸν εὕρημα ἀνθρώποις στάθμη καὶ κανὼν πρὸς τὸ ἀγαθὰ* (leg. puto *πρὸς τὸ ὀρθὰ*) *ἐργάζεσθαι.* Ut *Ciceroni* iunguntur *perpendicula*, *normae*, et *regulae*, *Platonis* in Philebo Socrates T. II. p. 56. B. *ἡ τεκτονικὴ*, inquit, *κανόνι χρῆται καὶ διαβήτῃ καὶ στάθμῃ.* de Pelope *Sophoclis* Hippodamia,

b *ἐξοπτᾷ δέ με*
Ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος
Παρὰ στάθμην ἰσοῦντος ὀρθοῦται κανών.

sic corrigenda putem apud *Athen* XII. p. 564. B. vulgata, *ὡς τέκτονος παρὰ Στάθμην ἰόντος.* Quod in Sophocleis praecedit apud *Athenaeum*,

Εἶθ' ἅλλεται μὲν αὐτὸς, —

saepius a me tentatum, feliciter emendat Clar. Noster *D. Ruhnkenius*, c

Ἐνθάλπεται μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δέ με·

excitans ad firmandam egregiam correctionem ex Apparatu Sophist. *Phrynichi*, Sophoclea saepius in isthoc opere nondum edito explicantis, hanc notam: *Ἐνθάλπεσθαι ἔρωτι, οἷον καίεσθαι ὑπ' ἔρωτος. uri amore.* Sed fragmenti Sophocleae Tra- d
goediae primus me quoque versus offendit,

Τοίαν δ' ἐν ὄψει ἴϋγγα θηρατηρίαν
Ἔρωτος ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει.

satis enim erat dixisse de Pelope *ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει·* versum quoque vitiat hians molossus | *ψεῖ ῖυγγ* | Nihil vetat hoc quoque vitium sustulisse, atque integritati sic pristinae e
restituisse *Sophoclis* Hippodamiae de suo Pelope loquentis verba:

Τοίαν Πέλοψ, ἴϋγγα θηρατηρίαν
Ἔρωτος, ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει·
Ἐνθάλπεται μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δέ με,
Ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος
Παρὰ στάθμην ἰσοῦντος ὀρθοῦται κανών.

— Quod apud *Euripidem* vulgatur *ἧς κατηρεφεῖς δόμοι*, nemi- a
nem arbitror comparaturum cum *Athen.* I. p. 12. A. ubi *quarumvis rerum bonarum refertae mensae*, *τράπεζαι* dicuntur eleganter *Anacreonti κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν·* vid. *L. Kuster.* in *Aristoph. Ἀχ.* v. 874. — meum, *ἧ κατηρεφεῖς δόμοι*, satis, opinor, tueri poterunt *Homeri σπέος — δάφνησι κατηρεφὲς*, Od. *I*, 183; *Hesiodi δώματα — Μακρῇσι πέτρῃσι κατηρεφέα*, Theogon. v. 777; *Theocriti Αἴγειροι πτελέαι* b
τε, Χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι, Eid. VII, 9. — Dicitur et *συνηρεφής*. In *Alciphronis* Epistola nondum edita: *πέτρα τις ἦν συνηρεφὴς κατὰ τὴν κορυφὴν δάφναις καὶ πλατανίστοις.* eadem epistola scripta praebet: *σκενηρεφῆ τινα λόχμην.* ubi scribi debuerat, *συνηρεφῆ.*

Vs. 469. — *εἰς δὲ τὴν τύχην Πεσοῦσ', ὅσην σύ, πῶς ἂν* c
ἐκνεῦσαι δοκοῖς;] Una litera detracta legerem *δοκοῖ; In tantam vero lapsa calamitatem, in quantam tu cecidisti, quomodo se tandem evasuram illinc speraret.* *δοκοῖς* legitur in optimis Codd. in aliis *δοκεῖς·* in Flor. *δοκῆς·* *δοκεῖς* viro nollem placuisset Elegantissimo, quod cum *πῶς ἂν* stare nequit. Sed *πῶς Marklando* mutandum in *σῶς* videbatur: certe *qui peri-*

d *culum evasit enatando* Attico more loquendi dici potuit σῶς ἐκνεῦσαι· estque σῶς *Euripidi* quoque aliquoties usurpatum. Hic vero servandum alterum censeo. Graecis minus convenit interpretatio *P. Victorii: Heathio* non miror incidisse coniecturam, legendum forte Πεσουσας, ἦν συ, πως αν ἐκνευσαι δοκοις; quod evitare voluit incommodum *H.* mea fatebitur le-
e vissima correctione sublatum. — Ἐκνεῦσαι, recte redditum in *Scholiis* ἐκκολυμβῆσαι, *enatare*, eleganter infra Tragicus adhibuit v. 823.

Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ
Τοσοῦτον, ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν·

sed illud Ἐκνεῦσαι *Barnesius* tractavit et praesertim *Ti. Hemsterhusius* in *Lucian.* p. 306. qui nostrum etiam attigit ex Hip-
220 pol. versum 470. quo Πῶς ἂν ἐ. δοκοῖς, vel δοκοῖ, satis firma-
a bunt notata *R. Dawesio* Miscell. p. 207. — Sed hîc meum δοκοῖ vereri possem ne in eamdem caderet vituperationem, in quam venit Phoeniss. v. 963. οἰωνοσκοποῖ· Attico quidem more οἰωνοσκοποίην, οιης, οιη, scribi potest, ut εὐτυχοίην· εὐδαιμονοίην· ξυνοικοίην, etc. nec minus tamen formae vulgares huiusmodi Poëtis sunt Atticis in usu: *Sophocles* quidem sat
b multa praebebit exempla: νοσοῖ Trach. v. 1251. δοκοῖμ' ἂν, Phil. v. 1041. ὅστις ἂν βλαστοῖ, Antig. v. 924. ὅσ' ἂν δηλοῖ, Oed. T. v. 77. ὠφελοῖμ' ἐγώ, Ant. 558. χωροῖμ' ἂν, Oed. C. 499. Adscribam ex Rheso v. 626.

Χρὴ δ' ἄνδρα τάσσειν οὗ μάλιστ' ἂν ὠφελοῖ.

ex Atticista veteri haec sua hausit *Photius* quae praebet in Lex.
c MS. Εὐδοκιμοῖ καὶ εὐδοκιμοίη· τὸ εὐκτικὸν ῥῆμα. καὶ ποιοῖ καὶ ποιοίη, καὶ τἄλλα τὰ ὅμοια σὺν τῷ η καὶ ἄνευ τούτου. Horum similiumque vir accuratissimus *Marklandus* non recordabatur.

Vs. 471. Ἀλλ', εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχοις, Ἄνθρωπος οὖσα κάρταγ' εὖ πράξειας ἄν] Ad Codices *Musgravii*, ἔχεις exhibentes, accedunt Flor. et Paris. illud tamen il-
d line nollem repetitum. In ceteris inventum ἔχοις hic praestat: Codicum est in talibus auctoritas perexigua. Non εἰ tantum apud quosvis scriptores saepe iungitur optativis, sed inprimis ubi in eadem adest periodo vocula ἄν· ut hic, εἰ ἔχοις, — εὖ πράξειας ἄν· in *Euripidis* Bacch. v. 945. Λύναι' ἂν, εἰ βούλοιο. Or. v. 778. Phoen. 1023. Iphig. in Aul. v. 806. Elec. 669. *Sophoclis* Aj. v. 455. εἰ δέ τις θεῶν Βλάπτοι, φύγοι γ' ἂν
e χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα· Elec. v. 349, 50, 415, 585. Antig. v. 68. Oed. in Col. v. 915. etc.

Vs. 474. *Λῆξόν θ' ὑβρίζουσ'·*] *Λῆξον δ' ὕβρ.* est in Flor. Paris. aliisque Codd. Hic tamen mihi quoque placet copula *τε·* nam ad illud *μὲν* respondet in v. 476. *Τόλμα δ' ἐρῶσα·* et bene iunguntur, *λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν, Λῆξόν θ' ὑβρίζουσ'·* Nutrix ad Deïaniram in *Senecae* Herc. in Oeta v. 927. a

Depone tumidas pectoris laesi minas,
Mortisque dirae expelle decretum horridum.

— Sincera sunt seqq. *οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις Τάδ' ἐστὶ, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν.* in Flor. est *θέλεις·* et magis esset oratio animosa, si scriberetur, — *κρείσσων δαιμόνων εἶναι* b *θέλεις; vin' tu Diis esse superior?* In *Eurip.* Troasin v. 964. *εἰ δὲ τῶν θεῶν κρατεῖν Βούλει, τὸ χρῆζειν ἀμαθές ἐστι καὶ τόδε.* — In hac oratione Nutricis suspicor Editionem Hippolyti primam, prudenter omissos in secunda, hos duo versus obtulisse, quos ex Hippolyto citat *Euripidis Stobaeus* p. 140, 18. *Grot.* p. 78.

Ἔγωγε φημὶ καὶ Νόμον γε μὴ σέβειν c
Ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

— Ad proximos versus 477, 478, 479. *Horatianos*, ante *Barnesium*, compararunt *Muretus* V. L. I. c. IV. *Lambinus* in *Horat.* Epist. I, I, 33. et *Gatakerus* A. M. P. c. VIII. p. 488.

Vs. 480. *Ἦτ' ἆρά γ' ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἂν, Εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν·*] Quod est in Iphig. Taur. v. 1032. d *Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες ἐξευρεῖν τέχνας·* verum esse monstrant historia et experientia cuique quotidiana. — In Codd. Paris. et Flor. voculae priores sic depravatae sunt, *ἦ γὰρ ἂν [ὀψέγ'.]* *Reiskii* coniectura legentis, *Ἦ παῦρά γ' ὀψέ τ' ἄνδρες, Sane pauca et ea ipsa tarde invenient viri,* videri poterit speciosa formulas *Euripidis* ignoranti. Nostro Tragico *ἦτοι*, sive *ἦτ'*, e elisa diphthongo, diversum ab *ἤτοι* coniunctione disiungente, saepius idem est ac *ἦ δὴ*, *certe*: *ἦτ' ἆρα*, etiam sequente *εἰ*, plus semel *Euripidi* restituendum, ut hic, recte scriptum legitur in eius Alcest. v. 732.

Ἦτ' ἆρ' Ἄκαστος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἐν ἀνδράσιν,
Εἰ μή σ' ἀδελφῆς αἷμα τιμωρήσεται.

hoc in versu perperam legitur; *Ἢ μῆς ἀδελφῆς* apud *Etymol.* 221 p. 45, 32. In Heraclid. v. 651. a

Ἦτ' ἆρ' ἐκείνου μὴ νομιζοίμην ἐγὼ
Μήτηρ ἔτ', εἴ γε τῶνδε προσθίξεις χερί.

Alcest. v. 642. Ἦτ' ἄρα πάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ Ὀθ' ἡλίκος τ' ὢν — scribendum,

Εἰ τηλικόσδ' ὢν οὐκ ἐτόλμησας θανεῖν
b *Τοῦ σοῦ πρὸ παιδός.*

Alia quaedam dari poterunt infra in Hippol. v. 1028.

Vs. 490. *Τί σεμνομυθεῖς; οὐ λόγων εὐσχημόνων Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός.*] *Quid adeo magnifice loqueris?* (*Τί σεμνομυθεῖς;* est in Androm. v. 233. Hermiones,) *Non verbis ad speciem decoris tibi opus est, sed viro, τἀνδρὸς*, id est *νεύρῳ*, si-
c ve *φάλητι Παιδογόνῳ δυνατοῦ Κύπριδος ἔργα τελεῖν*, ut est in epigrammate *Theocriti.* Tragici sententiam hic pervertit *G. Ratallerus.* Hippolytum prima *virum facere* Phaedra desiderabat: ut Achillem Deïdamia *prima virum collato pectore fecit*, in *Anthol.* Latinae T. I. p. 75. *ἄνδρα πεποίηκε Longo.* Similia dedit *Gataker.* Diss. de Stylo N. I. c. XII. vid. *Martialis* XI.
d Ep. 23, 6. Ep. 79, 12. Ep. 82, 6. In *Senecae* Hippol. Theseus v. 925.

a meo primum toro
Et scelere tanto placuit ordiri virum.

In Agamemnone ad Aegisthum Clytaemnestra, *Quem venere tantum scimus illicita virum.* Ad Euripideum *ἄνδρα* propius accedit *Ausonii* epigr. CI. *Salmacis, Felix virgo, sibi si scit*
e *inesse virum;* illud etiam *Catulli* Carm. LXII, 6. *Itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro;* quaedam illic apta notavit *Scaliger.* Latinis mihi Poëtis frequentius *vir* in hunc sensum videtur memoratus, quam Graecis *ἀνὴρ*, quibus *corpus evirare*, quod est in eodem carmine *Catulli* v. 17. potius *emasculare*, *οὐκ ἄρσενα τιθέναι, τέμνειν ἄρσενα κοῦρον*, similibusque mo-
a dis dicebatur: *Eunuchus ἀνήρ τε κοὐκ ἀνὴρ*, in gripho, quem ex *Clearcho* exhibent *Athen.* X. p. 452. C. *Eustath.* in Il. Θ. p. 599, 27. *οὐκ ἐν ἀνδράσιν ὤν* in *Eurip.* Orest. v. 1560. non tantum *ἐκτμηθεὶς, ἀποκεκομμένος τὰ γεννητικὰ*, sed et *τὸν ἄνδρα· infelix ferro mollita iuventus, Atque exsecta virum, Lu-*
b *cano* X, 134. *male pubescentibus annis subripuere viros, Petronio* c. 119. v. 21. Scripsisse *Clemens Alex.* videtur Strom. I. p. 349. *ὅσαι μὴ — ἐξετμήθησαν τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, καθάπερ τὸν ἄνδρα αἱ γυναικωνίτιδες, ἀποκοψάμεναι τὸν λόγον· exsecta sibi ratione:* illic, alienissimo loco; posuerant *τὸν Χριστὸν*, alibi memores hunc per *τὸν λόγον Clementi* quoque designatum. Dantur horum similia apud *Philonem Judaeum* p. 821. A. 932. E. 1071. E. praesertim p. 1133. D. E. Ab *ἀνὴρ*

ducta hunc in sensum adhibentur nonnulla. *Cuius obscoenius* c
excitata natura traditur, ut ait *Cicero* de N. D. III. c. 22. πέρα
τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸς dicitur *Luciano* I. p. 273. τὸ ἀνδρεῖον
quoque memoranti p. 447. τὰ ἀνδρῶν dicuntur in *Apostolorum*
Canone XVII. *Quinctiliano* p. 455, 7. aliisque dicta *virilitas*
recentioribus Graecis est Ἀνδρεία. Puella, ἥτις ἀνδρὸς ἢ γε-
γενμένη, prout in *Aeschyli* dicebatur Τοξότισιν, dicitur et
veteribus ἀνδρωθεῖσα· *virum* experta, ἄνδρα, vel ἀνδριζόμε- d
νον· hoc etiam in istum adhibuere sensum *Philostratus*, *He-*
liodorus, aliique.

Vs. 491. — ὡς τάχος διϊστέον, Τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας
ἀμφὶ σοῦ λόγον] *Quam celerrime dispiciendi sunt*, *qui absque*
circuitu tuum amorem enuncient Hippolyto. In his miror cla-
rorum virorum iudicia. Διϊστέον, mihi nusquam alibi lectum, e
et hic suspectum est; neque placet *Aldina* lectio διοιστέον, in
Parisino Cod. reperta; ex quo ὡς τάχος cum *Musgravio* recepi
pro εἰς τάχος· *Sophocli* frequentantur ὡς τάχος et ὡς τάχιστα·
quorum loco ὅσον τάχος et ὅσον τάχιστα· ὁτιτάχος et ὁτιτάχιστα
eidem etiam adhibentur. Aliquando mihi venerunt in mentem
ὡς τάχος ἀνοιστέον vel ἀνυστέον Τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας etc. sed 222
horum quoque neutrum satisfacit. In Attica structura verbalis a
in τέον nemo haerebit. *Sermonibus perplexis* Hippolyto poterat
amor indicari Phaedrae, vel *palam.* perplexo noluit vetula, sed
εὐθὺν λόγον, ut res suo appellaretur nomine: *simpliciter* et *abs-*
que circuitu dicta Thucydidi sunt ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα III.
c. 43. *Dion. Chrys.* Or. XI. p. 158. C. οὐκ — εἴρηκεν ἐκ τοῦ b
εὐθέος. *Clemens Alex.* Strom. III. p. 528, 21. λέξεις, — κατ'
ἀλληγορίαν εἰρημένας, ἐξ εὐθείας λαβόντες. De se Rhesus in
dramate cognomine v. 422.

εὐθεῖαν λόγων
Τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.

V. 493. Εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος Τοιαῖσδε, c
σώφρων δ' οὖσ' ἐτύγχανες γυνή,] Hic quoque literam copulan-
tem σώφρων τ' οὖσ' ἔ. praetulerim; quia his respondent v. 469.
νῦν δ' ἀγὼν μέγας etc. Nam non dubito quin recte *Marklan-*
dus haec fuerit interpretatus, *et nisi esses pudica mulier*, ex
praecedente versu vere monens εἰ μὴ supplendum in his relin-
qui. Si hic esset, quam *Heathius* putabat, oppositio, scribi
potius debuerat ab *Euripide*, Τοιαῖσδέ γ', ἄφρων δ' οὖσ' ἐτύγ-
χανες γυνή, vel simile quidpiam. Quam vero tribuit vim voci d
σώφρων illa hic certe non conveniret; ubi paulo post non ab-
surda viri Docti, quem *Scaligerum* vocant, est coniectura le-

gentis, *Οὐκ ἂν — Προῆγον ἄν σε δεῦρο, Non huc te pellicerem verborum meorum lenociniis:* vid. *A. Dounaeus* in *Demosth.* p. 121. Poterat se mulier, ut erat *lena*, considerare tanquam
e *προαγωγόν. Theopompus Athenaei* X. p. 443. E. memorat *μαστροποὺς τὰς εἰθισμένας προαγωγεύειν τὰς ἐλευθέρας γυναῖκας.*

Vs. 498. *Ὦ δεινὰ λέξασ' οὐχὶ συγκλείσεις στόμα;*] Hoc scribatur, an *συγκλήσεις*, ut est in Parisinis duobus, (*συγκλείσαις* dat Flor.) nihil interest: vid. not. in *Eurip.* Phoen. v. 268. — Bis nostro versu legitur usa Maria in *Χρ. Π.* v. 438.
a et v. 110. ubi sequentis etiam partem dat v. 111. Euripideis congruunt ista *Senecae* in Agam. v. 289. *quid voce blandiloquâ mala Consilia dictas?*

Vs. 501. *Κρεῖσσον δὲ τοὔργον, εἴπερ ἐκσώσει γέ σε, Ἢ τοὔνομ', ᾧ σὺ κατθανῇ γαυρουμένη*] *Praestat autem turpe factum, dummodo te servabit, prae honesto nomine, quo superba*
b *morieris.* Pro vulgata huc usque lectione *εἴπερ ἐκσώσειέ σε*, recepi, quam dabant Codd. Flor. et Paris. *εἴπερ ἐκσώσει γέ σε.* indicativi futuro iungitur saepius *εἴπερ·* in una serie *εἴπέρ γε* poni monstrabit *Xenophon.* *Ἑλλ.* I. p. 263, 11. Oecon. p. 488, 9.

Vs. 507. *Εἴ τοι 'δόκει σοι, χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν· Εἰ δ' οὖν, πιθοῦ μοι*] *Siquidem hoc erat decretum*, nempe
c *τὸ σωφρονεῖν*, sive *μὴ πέρα προβαίνειν, peccare non debebas,* sed amori reluctari: *si tamen sic stat sententia, aliud meum* nunc *sequere consilium; hoc enim erit secundi beneficii loco.* Ob *χρῆν, oportebat*, hic mihi praestare videbatur *Εἴ τοι 'δόκει σοι*, prae vulgato *δοκεῖ*, et prior opinio clar. *Musgravii*, prae altera explicatione: *Εἴ τοι δοκεῖ σφῷν*, et *εἴ τοι δοκεῖ σοι*,
d quo sensu posuerint Attici Poëtae docebit *R. Dawesius* Misc. Crit. p. 303, 304. *Χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν* dicitur, ut in Medea, *οὐ χρῆν σ' εἰς ἔμ' ἐξαμαρτάνειν.* — Sive dicatur *Εἰ δ' οὖν*, seu *εἰ δὲ*, nempe *δοκεῖ·* nihil interest: vid. *G. Budaei* Comm. L. G. p. 398. Euripidea nostra *J. F. Gronovius* admovit Hippolyto *Senecae* v. 140.

e Vs. 509. *Ἔστιν κατ' οἴκους φίλτρα μοι θελκτήρια Ἔρωτος*] Huius forte loci *Broukhusius* non recordabatur, quo spectare potuit *Propertius* II. El. I, 53. *Seu mihi sint tangenda novercae pocula Phaedrae, Pocula privigno non nocitura suo.* Sed neque a noverca legitur amatorio poculo tentatus Hippolytus, et *φίλτρ' ἐπῳδῶν* in Phoenissis dicta, v. 1266. Nutrix potius intellexisse videtur, qualibus usa fuit ad Delphida flectendum
223 *Theocriti* Simaetha. Satis hic fuerat *φίλτρα* dixisse *τὰ ἔρωτος*
a *θελκτήρια φάρμακα*, sicut *θελκτήρια φάρμακα ταύρων* dixit

Apollon. Rhod. III, 738. χρειὼ θελκτήριον πόθοιο III, 83. πόθων θέλγητρα *Athenaeus* V. p. 220. F. olus, διεγερτικὸν πρὸς ἀφροδίσια, nonnullis φίλτρον dictum memorans IX. p. 371. B. A Nesso datum Deïanirae venenum velut φίλτρον *Soph.* Trach. v. 1158. *irritamen amoris* dixit *Ovidius* Met. IX, 133. Quia b saepe φίλτρα solent ἀποσκήπτειν εἰς ὄλεθρον, ut ait *Alciphron.* I. Ep. XXXVII. f. in foro quaesitum, *an amatorium, venenum sit nec ne, Quinctil.* I. O. VII. c. 3. et c. VIII. init. veneficii rea facta poculum se dedisse aiebat οὐκ ἐπὶ θανάτῳ, ἀλλ' ἐπὶ φίλτροις apud *Antiphontem* Orat. I. p. 112, 27.

Vs. 510. — ἦλθε δ' ἄρτί μοι γνώμης ἔσω] In sequenti c versu φρενῶν βλάβῃ scriptum in Cod. Flor. Hic in Edit. Hippolyti prima Flor. γνώμην ἔσω. quod, si firmaretur a Codicibus, tanquam rarius, alicui forte placere poterat. Apud alios quidem Poëtas ἔσω vel εἴσω sic nonnunquam adhibetur pro εἰς· sed non apud Atticos, ut equidem arbitror, nisi forte metro coactos in carminibus Choricis.

Vs. 513. Δεῖ δ' ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου Σημεῖον, d ἢ λόγον τιν', ἢ πέπλων ἄπο Λαβεῖν, *Reiskii* prostat coniectura legentis, ἢ πλόκον τιν', ἢ πέπλων λάκος. Ad locum *Euripidis* illustrandum sanequam aptissimum citat *Luciani Marklandus,* quo *D. Heinsius* etiam usus est ad *Theocriti* carmen Magicum p. 309. Exstant verba *Luciani* T. III. p. 288. ubi, quibus indigeret ad iuvenem Magicis incantamentis flectendum venefica, e Melissae Bacchis enarrat: δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τῶν τοιούτων. In his pro οἷον ἱμάτια scribendum suspicor, οἷον ᾤαν ἱματίου, *fimbriam pallii:* τὰς τῶν ἱματίων ᾤας veteres vocasse Λέγνα scribit *Erotianus;* sed vocem ᾤαν satis adfirmavit *H. Stephanus* Thes. L. G. II. p. 1252. Ὀάς τῶν ἱματίων exhibet ex *Aristophanis* perdito dramate *Photius* in Lex. *MS.* In rem a Pharmaceutria *Theocriti* Eid. II. v. 53.

> Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
> Ὥ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.

Hanc ex veste sua laciniam amisit Delphis, quam ego nunc minutatim discerptam in ignem saevum coniicio. torto concita b *rhombo Licia* sunt apud *Ovid.* I. Amor. VIII, 7. *Virgilii* Pharmaceutria, Ecl. VIII, 91. *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, Pignora chara sui.* velut magicas artes tractatura Dido Aen. IV, 494. ad sororem: *Tu secreta pyram — Erige, et arma viri, thalamo quae fixa reliquit Impius, exuviasque* c *omnes — superimponas.*

Vs. 516. *Πότερα δὲ χριστὸν, ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον;*] Insignem ex *Euripidis* Inone *ῥῆσιν* in invidiam apud *Stobaeum* p. 222, 20. una et altera menda deformat: haec fragmenti sunt ultima, *ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας,*

Τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖς ἢ φαρμάκοις
Πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

d Nemo corrigere mecum dubitabit,

ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις.

Schol. in *Aristoph.* Plut. v. 717. *Τῶν φαρμάκων*, ait, *τὰ μέν ἐστι καταπλαστὰ, τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ποτά.* de vino *Mnesitheus* apud *Athen.* II. p. 36. A. *Καὶ τοῖς ποτοῖς γὰρ φαρμάκοις κεράνυυται, Aeschyli* Prometheus v. 478. ante quam ipse inve-
e nisset remedia, mortalibus aegrotis ait fuisse

ἀλέξημ' οὐδὲν, οὐδὲ βρώσιμον,
Οὐ χριστὸν, οὐδὲ πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων
Χρείᾳ κατεσκέλλοντο.

ubi recte contra *Gaulminum πιστὸν* tuetur *Stanlejus:* ter *Eustathius* profert ex *Aeschylo πιστὸν*, vel *πιστὰ φάρμακα* in Il. *Δ.* p. 353, 53. *T.* p. 1263, 40. in Od. *Z.* p. 251, 27.

224 Vs. 518. *Δέδοικ' ὅπως μοι μὴ λίαν φανῇς σοφή.*] Si ce-
a teri Codices exhibent *φανῇς*, nihil adeo est cur ex Flor. Cod. *φανῇ*, futurum tempus, reciperemus; cum *ὅπως μὴ*, secundum aoristum subj. aeque ac futurum indicat. admittat, docente *Dawesio* Miscell. Crit. p. 229. Quia tamen duplex adest ratio, propter quam *φανῇ* hic in *φανῇς* mutari potuerit, *φανῇ*
b scriptum arbitror ab *Euripide:* cuius sunt ex. gr. in Medea *λυπρὸς φανῇ· videberis: αἰσχίων φανῇ· σοφωτέρα φανή*, vss. 301, 501, 600.

Vs. 522. *Μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι Συνεργὸς εἴης*] Forsan in Editione prima similia quaedam dixerit Nutrix his in Hipp. *Senecae* v. 271.

Tentemus animum tristem et intractabilem:
c *Meus iste labor est, aggredi iuvenem ferum,*
Mentemque saevam flectere immitis viri.

qualibus satis apte responderent versus, quos exhibet ex Edit. prima Hippolyti *Stobaeus* p. 388, 17. Ed. *Grot.* p. 245.

Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον,
Ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον,
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεῶν.

Verba Nutricis, intractabilem flectere laborantis, in hac Dramatis Editione praetermissa, forsan dederat in priori; dedit illa *Seneca* v. 435 — 483. d

Vs. 525. *Ἔρως, Ἔρως, ὃς κατ' ὀμμάτων Στάζεις πόθον,*] *Homericum* ὅ, pro ὃς, quia nusquam Atticis Poëtis videtur adhibitum, ne hic quidem probandum censui, quodque Ed. prima Flor. et duo tresve Codices dabant *Musgravii*, Flor. etiam et Paris. recepi; legitur in Flor. *ἔρον, ἔρον, ὃς κατ' ὀμμάτων.* *Scholiastae* quoque lectum, ὃς exhibet in his Euripideis *Eustathius* in Il. *Γ.* p. 328, 17. — Respondent in *Euripidis* Troasin ista Chori v. 840. *Ἔρως, Ἔρως, ὃς παρὰ Λαρδάνια μέλαθρά ποτ' ἦλθες, Οὐρανίδαισι μέλων.* in *Sophoclis* Antig. v. 791. e

Ἔρως ἀνίκατε μάχαν, a
Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,
Ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
Νεάνιδος ἐννυχεύεις, —

eleganter emendabat (quod me monuit Doctiss. iuvenis Leidensis *Joann. Luzacius*,) vir Summus *T. Hemsterhuis*,

Ἔρως ἀνίκατ', ἀμάχαν' | *Ἔρως —*

ut designetur *ὁ ἀμήχανος, cui resisti nequeat: Cupido* dicitur *Γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον Sapphoni* ap. *Hephaest.* p. 24. De amore per oculos in viscera penetrante multi multa notarunt hic non retractanda: praeivit et in his *Euripidi Aeschylus* Agam. v. 750. Suppl. 1017. *Sophoclis* versus et alia dat *Athenaeus* XIII. p. 564. causam tradit *Plutarch.* T. II. p. 281. A. B. b
In epigrammasi nondum opinor editis *Meleagri* haec leguntur: c

Τόν με πόθοις ἄτρωτον ὑπὸ στέρνοισι Μυΐσκος,
Ὄμμασι τοξεύσας, τοῦτ' ἐβόησεν ἔπος,
Τὸν θρασὺν εἷλον ἐγώ. —
Διπλαῖ δ' ἀκτῖνές με κατέφλεγον, αἱ μὲν ἔρωτος
Παιδὸς ἀπ' ὀφθαλμῶν —.

in *Asclepiadis* epigr. *Δόρκιον ἡ φιλέφηβος* dicitur *Ἵμερον ἀστράπτουσα κατ' ὀμμάτων.* — In his Euripideis dicitur Cupido vs 526. — *εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχᾷ χάριν οὓς* [*ἐπιστραστεύσῃ*] d
In duobus *Musgravii* Codicibus lectio prostat vulgatà non deterior, *Ψυχαῖς χάριν, οἷς ἐπιστρατεύσῃ·* in quibus *τούτων* supplendum relinquitur; nisi figuram quis statui malit *πρὸς τὸ νοητὸν* vel *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, *Homero*, Tragicis, et quibusvis frequentatam. Sive autem scribatur *οὓς*, seu *οἷς ἐπι-*

e στρατεύσῃ, nihil interest, cum utroque modo verbum *Euripidis* ceterisque scriptoribus construatur: vid. *Duker.* in *Thucyd.* p. 272. et notata in *Eurip.* Phoen. v. 292.

Vs. 530. *Οὔτε γὰρ πυρὸς οὔτ' Ἄστρων ὑπέρτερον βέλος, Οἷον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας Ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως ὁ Διὸς παῖς.*] Hinc ista fecit Latina *Grotius*,

225 *Non trucis flammae, neque tanta virtus*
a *Siderum, quantos meditatur ictus*
Cypridos divae puer et Tonantis.

Fingamus fuisse; quaero num hic dicatur Cupido Veneris et Iovis filius: dicitur *Ἔρως ὁ Διὸς παῖς·* ut alibi nusquam apud Poëtas veteres Graecos, quibus ubique vocatur, ut Latinis
b *Puer Veneris*, *ὁ τῆς Ἀφροδίτης· παῖς Κυθήρης.* etc. Hic vero *τὸ τῆς Ἀφροδίτης* non ad Amorem referri potest, sed ad eius *βέλος·* Prorsus vero insolens est loquendi modus, *τὸ τᾶς Ἀφροδίτας* (*βέλος*) *ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως.* Sententia satis est perspicua, *Neque tantam esse vim ignis, nec teli coelestis,* sive *fulminis, quanta sit illius* teli, *quod certa manu Puer Veneris emittit.* Obversabantur ista, ni fallor, *Senecae*, dum in Me-
c dea Chorum dicentem faciebat v. 579.

Nulla vis flammae, tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti;
Quanta cum coniux viduata tedis
Ardet et odit.

Πυρὸς βέλος est *vis flammae;* per *ἄστρων βέλος fulminis telum* vel *fulmen* intelligo, saepe *βέλος*, et *βέλος κεραυνοῦ Sophocli*
d dictum, *πυρπάλαμον βέλος Διὸς Pindaro* Ol. X, 96. In haec *Euripidis* convenit epigramma in Amorem *Anthol.* IV. c. XII, 108.

Ὁ πτανὸς τὸν πτανὸν ἰδὼν ἄγνυσι κεραυνὸν,
Δεικνὺς ὡς κρεῖσσον πῦρ πυρός ἐστιν Ἔρως.

Quae quidem in his *Euripidae* apparent incommoda literarum aliquot mutatione videntur evitari posse, si sic illa scribantur,

e *Οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ'*
Ἄστρων, ὑπέρτατον βέλος
Οἷόν γ' ὁ τᾶς Ἀφροδίτας
Ἵησιν ἐκ χερῶν
Ἔρως ὀλίγος παῖς.

hunc autem in modum capiantur, *Οὔτε γὰρ πυρὸς οὔτ' ἄστρων* [nempe *τοῖον βέλος ἐστὶ,*] *οἷόν γε βέλος ὑπέρτατον ἵησιν ἐκ χε-*

ρῶν Ἔρως, ὁ τᾶς Ἀφροδίτας ὀλίγος παῖς· *Neque enim aut* a
ignis, aut tale fulminis telum, quale potentissimum manibus suis eiaculatur Amor, parvulus puer Veneris: idem ille tamen τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατος secundum *Euripid.* ap. *Stob.* p. 387, 29. Hanc vero sententiam commodam fatebuntur, qui hic Cupidini patrem et avum eumdem dare non recusant. *Jovis filium* docte tuetur *S. Musgravius* Exercit. in *Eurip.* II. c. IV. quicum alibi pluribus ea de re licebit φιλολογεῖν. Hic b
satis erit dixisse ex veteribus Poëtis Graecis, qui toties Amorem cecinere, neminem, quem quidem ego noverim, Διὸς παῖδα dixisse, Veneris filium plurimos; nec solitum in talibus *Euripidem* ab opinionibus secedere vulgo receptis. Iam vero hic quoque venusta mihi videbatur oppositio futura inter ὀλίγον huncce παῖδα Ἀφροδίτας, et tela, quae parvulis ille ma- c
nibus emittit violentissima; qualis certe Poëtis saepe placuit: *Theocr.* XIX, 8. mater ad filium, Χὠ τυτθὸς μὲν ἔῃς, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς. *Moschus* Eid. I, 13.

Μικκύλα μὲν τήνῳ τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει.

Naevius apud *Nonium* in v. *Cupidinem*,

Aedepol Cupido, quum tam pusillus sis, nimis multum vales. d

Varronis sunt apud *Nonium* in *Agere* in eamdem sententiam verba. Praeter ceteros tela Cupidinis *Seneca* celebrat in Hippol. v. 193, 200, 278, *iste Puer*

Tela quam certo moderatur arcu!

Herc. in Oeta v. 540.

Qui certa tenerâ tela dimittit manu. e

Nonno Βαιὸς ἔρως dicitur, et eius βαιῷ Ὤμῳ pendere πανδαμάτειρα φαρέτρη· alibi τόξον ὑπέρτερον, ᾧ γόνυ κάμπτει Ζεὺς ὕπατος. Saepe παιδάριον, μικρὸν παιδίον vocatur, βαιὸς in *Anthol.* IV. c. XVIII. ep. 44.

Βαιὸς καὶ Παφίης ἔπλετο κοῦρος Ἔρως.

Hic ex coniectura mea diceretur Veneris ὀλίγος παῖς. pro μικρὸς 226
sic ὀλίγος usurpatur *Homero, Hesiodo, Nicandro, Callimacho,* a
Apollonio Rhod. saepius in *Anthologia.* ὀλίγος τις κῶρος est in *Theocriti* Eid. I, 47. *Homerus h.* in Mercur. v. 245. dixit

Παῖδ' ὀλίγον δολίῃσ' εἰλυμένον ἐντροπίῃσιν,

ubi v. 455. ὀλίγος περ ἐὼν κλυτὰ μήδεα οἶδας. Extra chorum vocem non usurpasset *Euripides.* b

Vs. 535. *Ἄλλως ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ*] In Paris. Cod. scribitur *Ἀλφειῷ*· sic versus esset anapaesticus, antithetico non respondens. Paulo post in *Βούταν φόνον Ἑλλὰς ἀέξει δή*· ultima vocula abest a Paris. aliisque Codd. apud *Musgravium*, et videbatur illa velut adsumentum reiicienda *Heathio*, corri-
c genti, *Βούταν φόνον Ἑλλὰς ἄρ' ἀέξει.* Hinc *Βούταν φόνον* attigit *Eustath.* in *Hom.* Il. *A.* p. 36, 51. Il. *Z.* p. 481, 35. — *Ἔρωτα δὲ* (vs. 538.) *τὸν τύραννον ἀνδρῶν, Τὸν τᾶς Ἀφροδίτας Φιλτάτων θαλάμων Κληδοῦχον* (*Κλειδοῦχον* Cod. dat Paris. ut scripserat *Euripides*) *οὐ σεβίζομεν· non colimus,* publico certe cultu non dignamur Amorem; cui primus fertur Charmus aetate Pisistrati altare statuisse in Academia. In *Euripi-*
d *dis* Andromeda *ῥῆσιν* insignem Perseo datam, cuius hic primus erat versus,

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως,

liquet ex *Luciano* T. II. p. 2. Illum *Orphici* canunt, h. LVII. *πάντων κληΐδας ἔχοντα*· ut nimirum non sit thalami Veneris, *illi Semper haerentem puerum* quem dicit *Horatius* Carm. I.
e Od. 32, 9. hic dici *Κληδοῦχον.* sacerdotes non tantum Tragicis *Κληδοῦχοι* Deorum Dearumve dicuntur, observante *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. in Cerer. v. 45. sed et Dii ipsi vario respectu. Noster thalami materni *κληδοῦχος* dici potuit, ut Iuno iugalis *κλῆδας γάμου φυλάττειν* dicitur *Aristophani* Thesm. v. 985. conf. *P. Wesselingi* Obs. I. c. 3. — Quae paucis dixit in Amorem *Euripides*, in Hippolyto *Senecae* Chorus explicatius
a et copiose persequitur v. 283. et seqq.

Vs. 545. *Τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ Πῶλον ἄζυγα λέκτρων*] His adscripta *παρθένον ἄπειρον γάμων* praebet Cod. Paris. et *Οἰχαλίᾳ*· quod ex primis Edd. et 2 Codd. recepit *Musgravius:* hoc altero nonnihil elegantius, positum pro *ἐν Οἰχαλίᾳ*· ut in Phoen. v. 611. *Μυκήναις*· Androm. *Τροίᾳ* v. 438, 461, 704.
b *Αὐλίδι*, Iph. Taur. 538. vid. *Bentlej.* in *Callim.* h. in L. P. v. 18. — Paulo post, *οἴκῳ* Codicis auctoritate firmato, *Musgravius* versum 550. *Τὰν ναΐδ' ὅπως τε βάκχαν*, eleganter et vere mihi quoque correxisse videtur, *Τιν' ἄϊδος ὥστε βάκχαν.* Quod si vicinorum mihi sensus aeque constitisset, emendata in contextum intromisissem. Docte suam *Musgravius* emendationem
c adfirmavit. Nihil in his Codices iuvabant: *Τὰν* omittitur in Paris. ut in aliis: *ἄϊδαν* et *βάκχαι* erant in Flor. *Is. Vossius* adscripserat „*Τὰν ναΐδ' id est nympham.*" Hic Eruditissimo *Musgravio* si *δεύτερος πλοῦς* instituatur, in versu forsan praecedenti 549. nobis etiam vulgata meliorem eruet lectionem. Ad

sententiam commodum arbitror, quod est in Scholiis: *τὴν ἐν* d
Οἰχαλίᾳ παρθένον — ἄνυμφον οὖσαν τὸ πρότερον, ἀποζεύξα-
σα καὶ ἀποχωρίσασα τῶν οἴκων — ἡ Ἀφροδίτη τῷ Ἡρακλεῖ
ἐπὶ — πορθήσεσι τῆς πατρίδος — ἔδωκεν. Sed vulgata no-
bis, *οἴκων Ζεύξασ' ἀπειρεσίαν*, istam non admittunt interpre-
tationem. Clar. Editor Hippolyti censuit duo hic diversa tra-
di, primum, *Iolen* Herculi Venerem *inter caedes et incendia*
dedisse ducendam: deinde *Oechaliae et Euryti familiae* (*οἴκῳ*) e
Furiam quandam incitatissimam coniunxisse. Sed, nulla cum
adsit particula, quae velut diversa disiungat, neque ista *ἄϊδος*
ὥστε βάκχαν, velut Orci Baccham, ulli conveniant nisi soli
Iolae, cuius amore Hercules incensus non Euryti tantum do-
mum, sed suam quoque, quin semet ipsum pessumdedit; una
mihi serie sic videntur omnia cohaerere: *Puellam Oechaliam*
virginem domi innuptam (*Ἄνυμφον οἴκῳ* iungamus) *Ζεύξασα,* 227
coniugem Ἀλκμήνης τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν, Herculi dedit Ve- a
nus; qualem vero puellam, et quibus illam dedit auspiciis
Herculi? Iolen illi dedit *ὥστε τινα βάκχαν ἄϊδος ἀπειρεσίαν δρο-*
μάδα· dedit illam coniugem *σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ, φονίοις*
θ' ὑμεναίοις. Ob Iolen quidem *Καθηρέθη πατρῶος Οἰχαλία δο-*
ρὶ, quod est in *Sophoclis* Trach. v. 485. *Cecidit Oechalia in-*
clyta; — causa bellandi est amor, Seneca Herc. in Oeta, 422, b
24. Sed et Iole, quamvis innocens, causa fuit pereuntis Her-
culis et Deïanirae: chorus in Trach. v. 910. *Ἔτεκεν μεγάλαν*
Ἀνέορτος (*Ἁ νέορτος*) *ἅδε νύμφα Δόμοισι τοῖσδ' ἐριννύν.*
Herculis utique *δόμοισιν. Athenaeus* XIII. p. 560. C. *ἀνετρά-*
πησαν καὶ ὅλοι οἶκοι διὰ γυναῖκας· — ὁ Ἡρακλέους διὰ τὴν
Ἰόλης ἐπιγαμίαν τῆς Εὐρύτου θυγατρός· ὁ Θησέως διὰ τὴν
Φαίδρας τῆς Μίνωος. — In huius strophes paene ultimo versu c
ἔδωκεν est in Cod. Paris. in ultimo *τλάμων* ob metrum corrigit
Heathius.

Vs. 555. *Ὦ Θήβας ἱερὸν Τεῖχος*] In hac antistrophe nihil
est adeo ad quod quis offendat. vs. 557. deterior est vulgatâ
lectio Flor. *Συνείπετ' ἂν οἷον Ἁ Κύπρις ἕρπει.* ultimum in *ἕρ-*
δει viro cuidam docto mutandum videbatur: mihi quoque *οἷον* d
ἕρδει aptius videtur quam *οἷον ἕρπει*, quod Tragicis non fuit
usitatum, quo sensu Dorice scribentibus quibusvis frequenta-
tur pro *ἔρχεσθαι.* Idem ille frustra paulo post correxisse vi-
detur *διγόνοιο Βάκχου·* ut dixerit Poëta more vulgato *δίγονον,*
iterum patrio nascentem corpore Bacchum, Manilio II, 17.
Vicina non egent interprete; nam *quis non Semelen, ignemque* e
iugalem, Lethalemque simul novit de pellicis astu? ut canit
Nemesianus Cyneg. v. 17. Semelen amor, sive Venus — vs.

562. πότμῳ Φονίῳ κατεύνασε. Vir Clarissimus, ut strophes versui conveniat, scribendum statuit κατένασσεν, *admovit.* Κατένασσε significat κατῴκισε, *locum habitandum dedit:* qui staret a poculis, Phryga Iupiter Οὐρανῷ ἐγκατένασσεν, *Apol-*
a *lon. Rhod.* III, 116. de aquila eadem scribit *Moero* ap. *Athen.* XI. p. 491. B. πότμῳ Φονίῳ κατένασσε vereor ut Graece dici possit. Sensui vero plane satisfacit κατεύνασε· igne lethali *consopivit:* vid. Hipp. v. 1377. viva sepulcro includenda *Sophoclis* Antigone v. 844. *Niobae*, inquit, με δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει. In eiusdem Oed. T. versus est 971.

Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.

b sic Latine redditus in Oedipo *Senecae* v. 787.

Animam senilem mollis exsolvit sopor.

— Vs. 563. in Flor. Cod. scribitur Δεινὸς γὰρ πάντα γε πιτνεῖ μ. in Paris. Δεινὰ γὰρ πάντα γε ἐπιπίτνει· supra scriptum γρ. πιτνεῖ, in duobus inventum Δεινὰ recepit *Musgravius* in con-
c textum, recte servato, quod erat in plerisque, verbo ἐπιπνεῖ. Perparum interest, δεινὸν probetur an Δεινὰ, quia tamen ratio liquet cur illud in Δεινὸν ab illis sit mutatum qui non animadvertebant Δεινὰ hic Doricum esse pro δεινή· hic quoque sequutus sum *Musgravium.* Δεινὰ γὰρ τὰ πάντ' ἐπιπνεῖ· *Solet enim illa plerosque vehemens,* vel *amore adflare vehementi.* Leniter illa quidem placidum potest amorem adflare, sicut
d Venus *dictis divinum adspirat amorem* in *Virg.* Aen. VIII, 373. Quos vero odit, vehementis amoris adspiramine graviter urget, ut apud *Valer. Flacc.* VII, 255. *furialia figit Oscula, permixtumque odiis inspirat amorem.* Verba tamen Graeca de lenis amoris adflatu frequentius adhibentur: In amoribus *Luciani* T. II. p. 438. honestus Amor ἥπια ταῖς ἑκάστου διανοίαις
e ἐμπνέει. Auctor Aïtis inter *Theocritea* XII, 10. Εἴθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἔρωτες.

Vs. 565. Σιγήσατ', ὦ γυναῖκες, ἐξειργάσμεθα] Idem versus est in *Χρ. Πάσχ.* 847. ubi sequitur, Ἐπίσχετ' αὐδὴν, παῖδ' ἐρωτῆσαι θέλω· hemistichium est ex *Euripidis* versu sequente.
228 In Paris Cod. ἐξειργάσμεθα recte redditur per ἀπολώλαμεν·
a Μενέλαε, διαπεπράγμεθ' in Helenae v. 864. alibi plura dantur similia. — Paulo post Ἐπίσχετ'· αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω· melior mihi lectio videtur illà, quam in uno Cod. *Musgravius* invenit, ὡς μάθω· quantumvis in his rarior inveniatur apud Tragicos, concitatae tamen Phaedrae convenit ellipsis voculae
b ὡς· estque accommodatius ἐκμάθω, quam simplex: ὡς ἂν ἐκμάθω est in *Eurip.* Androm. v. 715. Ion. v. 77. *Soph.* Oed. Col.

v. 568. idem quod alibi, ὡς μᾶλλον μάθω· τρανῶς ὡς μάθω· vel ὡς μάθω σαφέστερον. In Paraphrasi prologi Philoctetae *Euripidis*, quam dedit *Dion Chrys.* leguntur ista: Πόθεν, εἰπὲ πάλιν, ὡς εἰδῶ σαφέστερον. Quis dubitet versum *Euripidis* fuisse?

Πόθεν; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον. c

totidem paene verba dedit *Aeschylus* Choëph. v. 765. Πῶς φῄς; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον· sic ibi corrigendum dixi in Phoen. p. 340. Pro ἦ πῶς vulgatis illic scribi quoque poterit Τί φῄς; utrumque saepissime legerat *Heathius* apud Tragicos, πῶς φῄς; minimum decies: quod ipsi non deterius videbatur, Τί πῶς, ne semel quidem.

Vs. 511. Τίνα θροεῖς αὐδάν;] Hinc in Χρ. Πάσχ. v. 133. d

Τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾷς λόγον;
Ἄγ', εἰπὲ, τίς φοβεῖ σε φῆμ' αὖθις νέα;

Horum loco Tragicus, Ἔννεπε (formam *Homericam* extra choros etiam adhibent Tragici:) τίς φοβεῖ σε φήμα, γύναι, φρένας, ἐπίσσυτος. Non iungenda sunt φρένας ἐπίσσυτος· sed τίς ἐπίσσυτος φήμα φοβεῖ σε φρένας. ut in *Aeschyli* Agam. v. e
896. Ἐμοί γε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι Πηγαὶ κατεσβήκασιν. — Dixit autem usitato more φοβεῖ σε φρένας· quo, sequutus *Homerum*, *Aesch.* Eum. v. 88. μὴ φόβός σὲ νικάτω φρένας. Suppl. v. 284. φόβος μ' ἔχει φρένας· et, praeter ceteros, loquuntur *Sophocles* et *Euripides*. — In his ore hiante pronunciari scribique voluit *Heathius*, φῆμα, ὦ γύναι, φρένας ἐπίσσυτος: a
Musgravius Exercit. in *Eurip.* II. c. IV. haec eleganti coniectura disposuit, quem in his etiam sequi placuit.

Vs. 577. Σὺ παρὰ κλῇθρα] Non ianitorem, sed Phaedram alloqui Chorus videtur: *Tu foribus adstas propior; tibi curae sonus est aedibus emissus; dic tu quaeso* (forte enim scriptum fuerit, Ἔννεπε δή, ἔννεπέ μοι) *dic mihi, quid tandem evenenerit mali.* Poterat alicui melior videri scriptio Codicis Flor. Σὺ περὶ κλῇθρα· mihi potius alterum, ut vulgo minus usitatum, Atticum videtur: vid. *Thomas M.* in Παρὰ, ne nunc alios testes advocem hic non necessarios. b

Vs. 584. Ἰαχὰν μὲν κλύω] *Sonum quidem audio:* sed c
proxima, Σαφὲς δ' οὐκ ἔχω Γεγωνεῖν ὄπα· quomodo tandem significabunt, *clare tamen non possum percipere vocem?* quale quid sententia postulare videtur. Si Γεγωνεῖν notaret *percipere* vel *intelligere*, placeret Viri D. coniectura legentis, οἵα,

qualis aures tuas per fores, quibus adstas, *vox acciderit.* Sed
d *γεγωνεῖν* significat *clamare*, sive *clara voce sic eloqui, ut ab aliis intelligi possis.* *τὸ φθέγγεσθαι ἐξάκουστον*, ut recte explicat *Eustathius* in Il. *M.* p. 870, 46. cui memoratur etiam ex veteribus *Γεγωνὸν φθέγμα, τὸ λαμπρόν.* *Hesychius: Γεγωνὸν, τὸ ἐξάκουστον, μεγαλόφωνον.* conf. *Eustath.* in Od. *E.* p. 230, 23. velut *Sapphús* idem habet in Il. *Z.* p. 488, 18. *βοὴν ἵστησι γεγανόν·* et hinc *Wolfius* in *Sapph.* Carm. §. 183.
e quae praebet alibi recte scripta, *βοὴν ἵστησι γεγωνὸν*, ex *Antiphanis* loco apud *Athen.* X. p. 450. F. Sed hoc adiectivum satis adfirmavit *F. L. Abresch.* V. C. Diluc. *Thucyd.* p. 732. — Atque id ipsum hic *Euripidi* positum arbitror hoc modo, *Σαφὲς δ' οὔτ' ἔχω Γεγωνόν τ' ὅπα* [*Sonum quidem audio*] *οὔτε δ' ἔχω τὸ σαφὲς, οὔτε ὅπα γεγωνὸν, sed* neque perspi-
f cuum, nec *vocem claram exaudio*; quae *tibi fores adstanti*
229 *propior accidit.* *Vocem*, *ὅπα* quoque dixit *Euripides* paulo
a post v. 602. *Οἴων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ' ὅπα. ὅπα ἀξύνετον* in Ionis v. 1204. *τὴν ἐναντίαν ὅπα*, Helenae v. 1613. — Si quis alterum *ὅπα* sententiae poterit adaptare, exemplis hoc quoque Tragicorum confirmari poterit.

b Vs. 589. — *τὴν κακῶν προμνήστριαν*] Adscriptum in
c Cod. Paris. *ἑρμηνεύτριαν· malorum conciliatricem* et *lenam* anum vocabat Hippolytus. Quae vere bona collaudarent, *ἀγαθὰς προμνηστρίας* (*bona conciliatrix* dicitur *Lucilio*) dixit *Aspasia* Socratis in *Xenoph.* *Ἀπομν.* II. p. 439, 10. non enim illic *προμνηστρίδας* sed *προμνηστρίας* scripsisse videtur: obstetrices Socrati *Platonis* in Theaet. p. 149. D. *προμνήστριαι*
c esse dicuntur *δεινόταται.* eamdem formam praebent *Aristoph.* Nub. v. 41. *Thomas M.* in *Νυμφεύτρια*, et bis terve *Pollux*, qui III, 31. *Καὶ Προμνήστριαι μὲν, αἱ συνάγουσαι τὸν γάμον· Σικελιῶται δ' αὐτὰς καλοῦσι προμηθικτρίας.* ubi miror non vidisse *Salmasium* legitimam esse formam Doricam; quam praebet Codex *Jungerm.* *προμυθικτρίας*, a verbo ductam *προμυθί-*
d *ξαι.* Neminem arbitror abusurum observatis *Moeridis* in *Μαθητρὶς* et *Ὀρχηστρὶς*, ad formam in *Xenophonte* vulgatam defendendam, cui quidem hoc genus probe fuerit perspectum: formas istas vocum in *τρια* praebent, praeter Grammaticos et recentiores, *Xenophon*, *Platon*, *Aeschylus*, *Euripides*, et *Aristophanes.* — Paulo post in versum 594. voculam *τὰ* retraxi Codicis auctoritate Paris. — Quam memorat vs. 597.
e lectionem ex duobus Codd. et Ed. Flor. *Musgravius*, illam genuinam arbitror: *Φίλως μὲν, οὐ καλῶς δ', ἰωμένη νόσον.*

Vs. 598. *Πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ' ἀμήχανα·*] Elegans *Piersoni* videbitur coniectura legentis,

Οἶσθ' οὖν τι δράσεις, ὦ π. ἀμήχανα;

quia Phaedra respondet,

Οὐκ οἶδα πλὴν ἓν, κατθανεῖν ὅσον τάχος, a
Τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον·

Hoc modo sibi respondent in *Euripideis* ista, *Οἶσθ' οὖν;* — *Οὐκ οἶδα·* Hipp. v. 91, 2. Hec. v. 997, 8. Troas. v. 69, 70. Frequentissimum *Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον.* — Nostris conveniunt in Suppl. v. 932, 33.

Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾷν σε βούλομαι τούτων πέρι;
Θ. Οὐκ οἶδα, πλὴν ἓν, σοῖσι πείθεσθαι λόγοις. b

conf. Elec. 752. — Hic tamen vulgata, *Πῶς οὖν; τί δράσεις;* leguntur totidem literis in Hecubae v. 875. in Medeae v. 1376. *Πῶς οὖν; τί δράσω;* et saepius senarios inchoat illud *Πῶς οὖν;* Nihilominus ob responsum, *Οὐκ οἶδα,* videbitur alterum, *Οἶσθ' οὖν,* accommodatius. Non absurdam praebet in his lectionem, *Τί γοῦν,* Auctor dramatis *Χρ. Πάσχ.* qui sic leviter c immutatos versus nostros adhibet 609—11.

Τί γοῦν, τί δράσεις, ὦ παθοῦσ' ἀμήχανα;
Θ. Οὐκ οἶδα πλὴν τοῦ κατθανεῖν, εἰ μὴ τάχει
Τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος λάβω.

versus illic est 1836. *Τί γοῦν, τί δράσω; φεῦ παθοῦσ' ἀμήχανα.* — Euripideae Phaedrae similis illa *Senecae* v. 1188.

O mors amoris una sedamen mali! d
O mors pudoris maximum laesi decus!

Vs. 601. *Ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ' ἀναπτυγαὶ, Οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ' ὄπα*] Hos duo versus Mariam, audita Judae proditione, dicentem facit *Scriptor Χρ. Π.* 266, 7. Hippolytus *Senecae* v. 671.

Magne regnator Deûm, e
Tam lentus audis scelera? tam lentus vides?

ubi plura satis aliena sequuntur in hanc sententiam. Octav. v. 247. *In tam nocentem dextra cur cessat tua? Statius* Theb. I, 79. *videt ista Deorum Ignavus genitor?* Euripidea propius accedunt verba Chori in Medea v. 1250. et seqq. ubi Cl. *Reiskii* coniecturam *Enniana* p. 208. forte commendabunt. Hic in 230
Editione nostri dramatis prima sedem invenire potuerunt duo a
versus quos ex Hippolyto servavit *Stobaeus* p. 211, 52.

Ὦ πότνι' Αἰδὼς, εἴθε, τοῖς πᾶσιν βροτοῖς
Ξυνοῦσα, τἀναίσχυντον ἐξῄρου φρενῶν.

Vs. 604. *Οὐκ ἔστ' ἀκούσας δεῖν' ὅπως σιγήσομαι.*] In
b *Aristoph.* Pacem v. 101. *Οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομ',* ista *Bergler.* attulit; plura huius generis *Dawes.* Misc. Crit. p. 281. In *Sophocleis* ex Thyeste apud *Stobaeum* p. 198, 21. *Grot.* p. 124.

οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως
Σπουδῆς δικαίας μῶμος ἅπτεταί ποτε,

non *ἅπτηται* cum *Heathio*, sed scribendum *ἅψεται.* — Sequenti versu 606. quia *δεξιᾶς τ' εὐωλένου* dabat Ed. *Ald.* (ut
c invenit in duobus Codd. *Musgravius* et in Ed. prima) suspicabatur *Marklandus*, scripsisse forsan *Euripidem*,

Ναὶ πρὸς σὲ γένυος δεξιᾶς τ' εὐωλένου·

sed hanc vocem in tali formula nusquam legerat vir Clariss. aptiorem aliam non reiicerem: *σῆς* saltem adiectum arbitror ad implendum defectum duarum literarum, quas sequens syllaba
d eliserat. Monstrat Hippolyti, ni fallor, responsum, dextram iuvenis adprehendere voluisse vetulam: dixerit itaque,

Ναὶ πρὸς σὲ τῆσδε δεξιᾶς εὐωλένου.

Sic vero loquebantur: Phoen. v. 1659. *Ναὶ πρὸς σὲ τῆσδε μητρὸς,* cuius aderat in scena cadaver. Iph. in Taur. v. 701. *Πρὸς δεξιᾶς σὲ τῆσδ' ἐπισκήπτω.* — Helen. v. 1253. *Πρὸς νῦν σὲ*
e *γονάτων τῶνδ', ἐπείπερ εἶ φίλος.* Med. v. 707. *Ἀλλ' ἄντομαι σὲ τῆσδε πρὸς γενειάδος.* Sed in his *ἄντομαι· ἱκνοῦμαι·* vel *ἱκετεύω*, nonnunquam additum, saepe supplendum relinquebatur; illinc recto pronomine sic posito, ut legitur nostro versu, et paulo post, *Ὦ πρὸς σὲ γονάτων.* vid. epigramma *Meleagri*, Clar. *D'Orvillio* vulgatum in *Chariton.* p. 201. in versum ex Phoenissis nonnulla notata sunt. *Per te Deos oro*, di-
a xit et *Terentius* And. III, 3, 6. V. Sc. I, 15. Ut in Herc. Fur. *Seneca* v. 1183. scripsisse quoque videtur Herc. in Oeta v. 475.

Per te sed omne coelitum numen precor.

Vs. 607. *Οὐ μὴ προσοίσῃ χεῖρα, μήδ' ἅψῃ πέπλων.*] Oblatum ex duobus Codd. recepi *προσοίσῃ*, pro *προσοίσῃς.* Putat *Heathius*, ex observatione *R. Dawesii* versum corrigendum,

Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, μήδ' ἅψεις πέπλων·

Neutrum, opinor, admisisset accuratus formularum Atticarum spectator; non certe, quod ne Graecum quidem, *ἅψεις πέπλων·* Atticis aliisque *ἅπτειν*, *ligare*, significabat et *accendere*,
b prout in versu *Diphili* apud *Athen.* XV. p. 700. D.

— ἅψαντες λύχνον
Λυγνεῖον ἐζητοῦμεν.

Tangere non utique ἅπτειν, sed ἅπτεσθαι dicebatur: hinc ἅψῃ· ut a προσοίσομαι, προσοίσῃ· congruit utrumque *Dawesii* observato p. 222. Scribi tamen etiam poterat προσοίσεις. ut legitur in Bacch. v. 343. Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα — Μήδ' d
ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. nisi hic quoque προσοίσῃ posuerit, vel sui temporis more προσοίσει. Supra Hipp. v. 213. Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ. Nostro v. 607. vulgata legit *Auctor Χρ. Πάσχ.* dramatis enim versus est 1283.

Μὴ μὴ προσοίσῃς χεῖρα, μήδ' ἅψῃ πέπλων.

— *ne me attiga atque aufer manum*, ex *Turpilii* Leucadia dat e
Nonius Marcell. in v. *Attigat*, et ex Epigonis *Attii*, *cave vestem attiges*. Ad Phaedram *Senecae* Hippolytus v. 704. *Procul impudicos corpore a casto amove Tactus.* — Cuius formae sunt προσοίσῃ· ἅψῃ· γηρύσῃ· eiusdem est in sequenti vs. 608. μηδαμῶς μ' ἐξεργάσῃ. et in Helenae v. 1104. μή μ' ἐξεργάσῃ. *Hesychius* veterem praebet Atticam, Ἐξεργάσει, quam reddi- 231
dit per διαφθερεῖς· nostrum ibi versum commodum adscripsit a
L. Kusterus.

Vs. 612. Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.] Haec *Euripidis* sententia diversa hominum iudicia fuit experta. Quam aequales et cives vexarunt, posteri quoque vituperandam censuerunt, illam unus instar omnium laude quadam sua dignatus *Cicero* de Off. II. c. 29. *scite enim*, inquit, *Euripides*, b

Juravit lingua; mentem iniuratam gero.

Haec ubi verba posuerat *A. Turnebus* Advers. XXVI. c. IV. „At hunc, ait, Euripidis versum omnes Graeci Scriptores, „imprimisque Aristophanes in Ranis exagitant et vexant." Qui versum excitarint, Auctores quosdam Graecos indicat *Jo. Davisius* ad *Maximum Tyr.* p. 639. dederat et nonnulla *Barnesius.* — Sententiam primum quod attinet; eximia mihi videtur et vera haec Lucretiae, prout illam suis verbis *Livius* expressit I. c. 58. *corpus est tantum violatum, animus insons.* — infra hanc dicendi maiestatem longe iacent, si vel essent vera, mentiantis ista Phaedrae in *Senecae* Hippol. v. 891. c

Tentata precibus restiti; ferro ac minis
Non cessit animus; vim tamen corpus tulit. d

Est procul dubio dictum pessimum in *Plauti* Rudente V. Sc. I, 68.

Meus arbitratus est, lingua quid iuret mea.

Sed Cydippen hanc decere sententiam,

e *Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος,*

sapienter iudicavit *Ovidius*, dum Latinis illam facit verbis dicentem Her. Ep. XXI, 135.

Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris,
Linguaque praesentem testificata Deam?
Quae iurat mens est; nil coniuravimus illa.

a Vere etiam *Cicero*, l. c. *Quod ita*, scribit, *iuratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter; id si non feceris, nullum est periurium. quod aliter*, nempe vi coactus, iuraveris, id iurato quoque licet non facere: atque in istum sensum *Ciceroni* prolatus *Euripidis* versus laudari potuit; si scilicet ab illo adhiberetur, qui praestare recusaret,
b quod facturum se coactus praedonibus aliisve iurasset. — Quod si quis quaerat deceatne haec *Euripidis* Hippolytum sententia, mihi quidem illum hoc inprimis in loco maxime dedecere videtur; neque id, opinor, negasset *Cicero*. Iuratus nutrici promiserat Hippolytus, quodcunque fidei suae committeret, arcano se silentio celaturum; intellecto scelere novercae, quod
c abominabatur, suam ille poterat damnare temeritatem; nec mentem tamen gerebat iniuratam, quippe quae concepisset servandum promissum. Sed qui hanc in scena profert sententiam, a verbis ipse suis adeo dissidet, ut atrocissimis se calumniis lacerari maluerit Hippolytus Tragicus, quam lingua iuratam fidem ullo pacto violare: quin imo ab hoc uno vinculo religioso, quo pius se iuvenis obstrictum credidit, pendet
d totum drama. Neque est ut quis dicat, verba excidisse indignatione prima commoto, postea mutatum; nam in hac ipsa scena v. 657. iuratum se silentio fatetur obstrictum Hippolytus. Praeterea, ut erant tum mores Atheniensium, vereri debuerat Tragicus, ne ipsi, quos oderat, sycophantae, rabulaeque forenses hac sententia sua saepius abuterentur. Minime
e itaque miror censuram, qua *Comicus* illam saepius exagitavit Ran. v. 102. v. 1519. Thesm. v. 282; ad utrumque locum Ranarum in Scholiis versus legitur *Euripidis*, et loco satis alieno in Acharn. v. 397. excitatus etiam *Suidae* in v. *Ἀνώμοτος*, et in v. *Μῶρος* ab auctore incerto. — Ob hunc versum a cive quodam suo Tragicus in iudicio impietatis accusatus, tanquam
232 suasor periurii, exceptione fori videtur hac elapsus crimina-
a tione: *Aristoteles* Rhetor. III. p. 146, 25. *Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ Ἀντιδόσει* (scribendum puto, *πρὸς Ὑγιαίνετον· adv. Hygiaenetum in Or. de bonorum permutatione*,)

κατηγοροῦντα ὡς ἀσεβὴς (f. ἀσεβῆ) ὅς γ' ἐποίησε κελεύων ἐπιορκεῖν·

Ἦ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος·

ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν, τὰς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶνος κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν εἰ βούλεται κατηγορεῖν. quae hic dici possent nihil facerent ad *Euripidis* versum: vid. *H. Vales.* in *Maussaci* Dissert. p. 204. *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Ran. v. 102. et v. 797. — In *Menagianis* T. I. p. 148. confunduntur de hoc *Euripidis* versu *Aristoteli* narrata cum iis, quae de *Euripidis* Ixione *Plutarchus* tradidit T. II. p. 19. E. — Quid de hac sententia *Plato* censuerit non obscure colligas ex urbano loco quo facit utentem Socratem in Theaeteto p. 154. D. ἐὰν ἀποκρίνῃ ὅτι ἐστὶν, Εὐριπίδειόν τι ξυμβήσεται· ἡ μὲν γὰρ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος. Huc respicit etiam ista scribens *Plato* in Sympos. p 199. A. ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ. et vocibus φρὴν et γλῶσσα inversis, *Diogenes* in *Luciani* Vit. Auct. T. I. p. 549. ἡ φρὴν σοι ἀλγήσει, ἡ δὲ γλῶσσα ἔσται ἀνάλγητος. *Isocratis* discipulum *Cephisodorum* hunc quoque versum inter improba Poëtarum dicta retulisse liquet ex *Athen.* III. p. 122. B. cuius iudicium alii sequuti sunt; *Justinus M.* Apolog. I. p. 67. B. *Basilius M.* II. p. 178. D. *Eustath.* in Π. *T.* p. 1239, 16. qui tamen alibi ex Homerico, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, dictum *Euripidis* quodammodo tueri voluit in Π. *Δ.* p. 337, 28.

Vs. 615. ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώπους, τέκνον.] Literam non spernerem, ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἀνθρώπους· quam praebet interiectam versus in dramate Χρ. Π. Σύγγνωθ'· ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἄνθρωπον, τέκνον· quo firmatur in hoc versu lectio recepta, cuius loco dat ἀνθρώποις Cod. Flor. ut infra legitur Hipp. v. 1434.

ἀνθρώποισι δὲ,
Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.

alterum Atticis est usitatius: *Aristoph.* Nub. v. 1420. Εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ νέους τι κλάειν. 1441. vid. *Antiphon* p. 138, 2. *Andocides* p. 1, 33. *Lycurgus* p. 153, 29. emendatus *Jo. Tayloro.* — Quod est in vs. 614. Ἀπέπτυσ'· *Euripidi* frequens *Steph. Bergler.* attigit in *Aristoph.* Pacem v. 527.

Vs. 616. Ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν, Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;] Florilegii sui caput *Stobaeus*, cui titulus Ῥόγος γυναικῶν, ut multis Euripideis, his

proximis quoque septem versibus ornavit p. 432, 33. Ed. *Grotii* p. 309. In his quidem *Euripidis* Hippolytus modum omnem
c exsuperat, hac tamen in re more hominum facit, ut, ab impudica muliere tentatus, atque affectus iniuria gravissima, non illam tantum, sed totum genus muliebre odio dignum censeat. Ubi monet *Dion Chrys.* illud unicuique maxime ōdiosum esse, a quo laesus sit, Or. LXXIII. p. 642. A. τὸ αὐτὸ δὴ
d τοῦτο, inquit, καὶ πρὸς ἀνθρώπους πεπόνθασιν οἱ πολλοί. τῷ μὲν (corrigendum, οἱ πολλοί· Ἱππολύτῳ μὲν) ἐκ γυναικὸς τὶ συνέβη δεινὸν, οὕτω δὲ κέκραγεν,

Ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν,
Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας,

versuum sedes si fuerat *Casaubono* nota, facile fuisset ea ratione, qua dixi, *Hippolyti* nomen restitutum. — Sententias
e versusque Tragicus adhibuit simillimos in Hippol. et Medea: Medeae ῥῆσις est v. 516.

Ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ᾖ,
Τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ἅπασας σαφῆ, etc.

Sententiae, ex Theognidea v. 119. etc. ductae, similis est in Hippol. v. 925. etc. — Versibus qui sequuntur,

233 Εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος,
a Οὐκ ἐκ γυναικῶν χρὴ παρασχέσθαι τόδε·

similes sunt in Med. v. 573, 4.

Χρῆν γὰρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς
Παῖδας τεκνοῦσθαι· θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος

In hoc genus *Euripides* etiam *Stobaei*,

εἰ δέ του θεῶν
Τόδ' ἔστι πλάσμα, δημιουργὸς ὢν κακῶν
b Μέγιστος ἴστω, καὶ βροτοῖσι δυσμενής.

Vs. 620. Ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς Ἢ χρυσὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χαλκοῦ βάρος, Παίδων πρίασθαι σπέρμα,] Non multum referebat, hoc ordine voces collocarentur, an, quo vulgantur, Ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος· quia tamen χαλκοῦ βάρος paulo aptius cohaerebant, ordinem praetuli, quo haec
c exhibebant Codices Flor. et Paris. ex suorum etiam uno sic positas voces enotavit *Musgravius*. Vitiosas dat in his lectiones Editio *Stobaei* prima, Ἀλλ' ἐντιθέντας — et Πόσιν πρίασθαι· quarum haec orta fuit ex vicino quodam versu. — Huc spectant ista *Luciani* in Amoribus T. II. p. 439. ζηλωτὸν μὲν ἦν

κατὰ τὸν σοφώτατον Εὐριπίδην, εἰ, δίχα τῆς πρὸς γυναῖκας συνόδου, φοιτῶντες ἐπὶ ἱερὰ καὶ ναοὺς, ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τέκνα ὑπὲρ τῆς διαδοχῆς ἐωνούμεθα. — Sequentia *Euripidis*, d
τοῦ τιμήματος Τῆς ἀξίας ἕκαστον, *pro census amplitudine, pro bonorum cuiusque ac facultatum aestimatione*, *Jo. Brodaeus* interpretatus est Miscellan. IV. c. 15.

Vs. 626. — ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν] Paulo post maritus v. 633. dicitur Δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών· qui versus illic forsan omitti potuerat. Nostro vs. *Jo. Piersonus* e
corrigendum suspicabatur

ὄλβον δωμάτων ἐκπίνομεν·

Frequens quidem verbum ἐκτίνειν, etiam apud Tragicos, nusquam significat *expendere*, semper *solvere:* hic vero sententia poscit *effundimus, exhaurimus*, vel quid simile: πατρῴαν κτῆσιν Αἴγισθος δόμων Ἀντλεῖ· τὰ δ' ἐκχεῖ, *Soph.* El. v. 1304. a
Usitata sunt optimis scriptoribus, τὸν πατρικὸν πλοῦτον ἐξέχεεν. Λύσωνος οἶκος ἐξήντλητο· χύσιν ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας πολλήν. Ut *exedere* et *ebibere;* Graecis in talibus καταφαγεῖν, καταπίνειν et ἐκπίνειν adhibentur: *Terent.* Heaut. III, 1, 53. *Quid te futurum censes, quem assidue exedent; Varro* apud *Nonium* in v. *Occupatus, Crede mihi, plures dominos servi* b
comederunt, quam canes: ad *Catulli* XXIX, 23. *devorare patrimonia,* multa notat *Vulpius. Horatius* Serm. II. Ecl. III, 122.

Filius aut etiam haec libertus ut ebibat haeres.

Aeschines c. Tim. p. 13, 38. τὴν πατρῴαν οὐσίαν οὐ μόνον κατέφαγεν, ἀλλ', εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν, καὶ κατέπιεν. quod hinc adnotavit *Pollux* VI, 20. *Platonis* Comici versus est apud *Athen.* c
X. p. 446. E.

Οὐδ' ὅστις αὐτῆς ἐκπίεται τὰ χρήματα.

Ad huius ista tamen loci sententiam non apte respondent.

Vs. 628. Προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε καὶ θρέψας πατὴρ Φερνὰς, ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ] Hoc quidem argu- d
mentum levissimum esse monstrat *P. Victorius* V. L. IX. c. XI. — *Musgravius* in duobus invenit Codd. σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ, et legitur in Medea, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην· alterum vero frequentius occurrit in talibus Tragicorum dictis. — Ubi muliebris sexus mala lamentatur *Eurip.* Med. v. 232.

Ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
Πόσιν πρίασθαι. e

conf. *G. D'Arnaud* Var. Coniect. I. c. 26. Pater in *Diphili* comoedia,

Κόρης ἀπαλλαττόμεθα ταμιείου πικροῦ·

versum dat *Stobaeus Grotii* p. 333. et p. 283. insignem ῥῆσιν ex *Sophoclis* Tereo similem querelae in *Eurip.* Medea:

234 a *Ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' εὔφρονες*
Ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολώμεθα *),
Θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο·
Αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους,
Αἱ δ' εἰς ἀληθῆ δώμαθ', αἱ δ' ἐπίῤῥοθα.

Ultimum illud, significans *ἐπίψογα*, hinc *Hesychio* reddi poterit pro *Ἐπίῤῥόθητα·* his opposita dicta videntur *ἀληθῆ δώμαθ'·*
b aut, quod suspicor, alia vox ibi latet: neque enim hic *Sophocles* dedisse videbitur:

Αἱ δ' εἰς ἀήθη δώμαθ', αἱ δ' ἐπίῤῥοθα.

Medea dixit *Eurip.* v. 238. *Εἰς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην.*

Vs. 630. *Ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν*] *φυτὸν* ex Codd. (ad quos, praeter *Scholiasten*, accedit Paris.) rece-
c pit *Musgravius*, pro *κακόν*. hoc mihi videtur in prima dramatis Ed. positum; *φυτὸν* in secunda, tanquam hic melius, ubi iam quater in vicinia mulieres dixerat *κακόν·* quo Comicum putabat respexisse *Bergler.* in Thesm. v. 796. Utrumvis auctoritate poterit *Euripidis* adfirmari; nam in Androm. versus est 353.

d *Οὐδ', εἰ γυναῖκες ἐσμὲν ἀτηρὸν κακόν·*

Huc spectant ista in *Phrynichi* Apparatu Soph. *MS.* penes Clar. *Ruhnken.* *Ἀτηρὸν κακόν, οἷον ἰταμὸν καὶ βλαβερόν.* In *Eurip.* Med. v. 230.

Πάντων, ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.

e Hoc non alibi reperietur in Euripideis isto sensu: illinc itaque sumsit, ut *Euripidis* multa, *Theodectes* Tragicus, cuius cum Euripideis ista comparat *Porphyrius Eusebii* Praep. Ev. X. p. 466. D.

[*) Vid. Porson. ad Xenoph. Anab. p. LVIII. ED. LIPS.]

Σαφὴς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος,
Ὡς οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον φυτὸν
Γυναικός·

eleganter amicum suum Niciam *Theocritus* vocat *Χαρίτων ἱμε-*
ροφώνων ἱερὸν φυτὸν, Carm. XXVIII, 7. *Alexis Athenaei* III. a
p. 123. F.

Εἶτ' οὐ περίεργόν ἐστιν ἄνθρωπος φυτόν;

optime *Grotius: Fastidiosa nonne res vere est homo?* vera enim
est *D. Heinsii* observatio in Lect. *Theocr.* c. V. p. 310. In
Athenaei locum *Casaubonus*, Anim. III. c. 36. meminit *Plato-*
nis hominem esse dicentis *φυτὸν οὐράνιον οὐκ ἔγγειον·* quod b
Platonis amatoribus placuit, ridet Poëta in *Anthol.* I. c. 81.
ep. 1. — Non alibi, quantum recorder, nisi l. c. mulieres vo-
cantur *ἀτηρὸν* (id est *βλαβερὸν*) *κακὸν*, sed *Euripidi* saepe
κακὸν, et in Phoenice *πάντων ἀγριώτατον κακόν*. Non absur-
de *Susarion*, Comicorum primus,

Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ. c

Vs. 632. — *πέπλοισιν ἐκπονεῖ*] Hinc excitat *Eustath.* in
Il. *B.* p. 128, 48. — ex vs. 634. nonnulla in Il. *E.* p. 435, 19.
ἡ Τραγῳδία ἐν τῷ, κηδεύσας καλοῖς Γαμβροῖς, τοὺς πενθεροὺς
δηλοῖ. Dicitur autem hic *κηδεύσας καλοῖς Γαμβροῖσι*, quem
generum decorant uxoris egregii *parentes*, ut loquitur *Horatius*
Carm. II. Od. IV, 14. — In v. 637. *πιέζει*, *comprimit*, adhi- d
betur quo ferme sensu *Livius* dixit IX. c. 38, 14. *insignem do-*
lorem ingenti comprimi animo.

Vs. 640. *Σοφὴν δὲ μισῶ*] Praeter *Grotium* haec et se-
quentia Latinis numeris reddidit *M. A. Muretus* V. L. VIII.
c. 21. — vs. 641. pro *χρῆν*, recte *χρὴ Musgrav.* ex uno Cod.
recepit. — vs. 642. pro *πανοῦργον*, hic forte *κακοῦργον* po- e
suerat, quod est in Flor. Paris. aliisque Codd. ap. *Musgrav.*
ne vocem adhiberet interdum in laude positam: *Ὅσια πανουρ-*
γήσασ' est in *Soph.* Antig. v. 74. — vs. 643. *ἀμήχανος γυνὴ*
quae dicatur monuit *P. Victorius* V. L. IX. c. X. *Eustath.* in
Il. *Z.* p. 507, 52. *Εὐριπίδης ἀμήχανον γυναῖκα τὴν εὐήθη λέ-*
γει, καὶ ἐναντίαν τῇ πολυμηχάνῳ. Talis, a sexu suo diversa, 235
prorsus nescit *εὑρεῖν ἐξ ἀμηχάνων πόρον·* quae *Aeschyli* phra- a
sis est in Prom. v. 59. *Aristoph.* Eq. v. 756. Ex *Euripidis*
Androm. v. 85.

Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανὰς, γυνὴ γὰρ εἶ·

ad Hecyram *Terentii Donatus* adhibet II. Sc. I, 17. ex *Attii*
servatum Aegistho, — *melius quam viri Callent mulieres.*

b Vs. 645. *Χρῆν δ' εἰς γυναῖκας πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν*] In Cod. Paris. legitur *χρὴ δ' εἰς γυναῖκα*· quorum illud deterius altero; *γυναῖκα* si darent alii Codd. non reiicerem, etsi sequatur *αὐταῖς*. Qualem maritus debeat uxori concedere *πρόσπολον* dixit in Inone *Tragicus* ap. *Stobaeum* p. 483, 31. Cum
c his comparari poterunt in *Eurip.* Androm. v. 930. v. 944.

οὔποτε
Χρὴ τούγε νῦν ἔχοντας, οἷς ἐστὶν γυνή,
Πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον εἰςφοιτᾶν ἐᾷν
Γυναῖκας· αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.

Ex *Dramate Χρ. Π.* v. 543, 4. Andromaches in Troasin verba paulo scribi melius poterunt, quam vulgantur v. 645, 6.

d *Τούτου πόθον παρεῖσ' ἔμιμνον ἐν δόμοις*
Εἴσω μελάθρων· κομψὰ θηλειῶν δ' ἔπη
Οὐκ εἰσεφρούμην.

Vs. 646. *Ἄφθογγα δ' αὐταῖς συγκατοικίζειν δάκη Θηρῶν,*] Miror *δάκη Θήρει'* hic potius viro Clar. placuisse, quam *δάκη Θηρῶν*, prout nobiscum legit *Eustath.* in *Hom.* Il. *Γ.* p. 324, 36. *Δάκος καὶ Δάκετον τὸ θηρίον, οὗ τὸ πλῆρες Δά-*
e *κετον θηρίον, ὡς δηλοῖ Εὐριπίδης ἐν τῷ, ἄφθογγα δάκη θηρῶν.* Quum quaevis etiam *θηρία* dicantur *δάκη*, per periphrasin *θῆρες ἄφθογγοι* hic dicuntur *ἄφθογγα δάκη θηρῶν*. vid. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Dian. v. 84. et *D. Ruhnken.* Epist. Crit. II. p. 17.

Vs. 647. — *ἵν' εἶχον μηδὲ προσφωνεῖν τινὰ Μήτ' ἐξ ἐκείνου φθέγμα δέξασθαι πάλιν.*] In Cod. Paris. legitur *ἵν' εἶ-*
a *χον μήτε π. τ.* in Flor. *μήποτε*· in utroque praeterea, nec non in aliis apud *Musgravium*, *Μήτ' ἐξ ἐκείνων*· atque ita scripsisse mihi videtur Noster, *μήτε* — *Μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι π.* saltem alibi domi manentibus *λόγον* concesserat *παρ' οἰκέταις*·

Ἔνδον γυναικῶν καὶ παρ' οἰκέταις λόγος·

quem versum *Euripidis* alibi nusquam arbitror legi praeter-
b quam apud *Eustath.* in Il. *E.* p. 429, 52. — Est illud *ἵν' εἶχον* ex Attico more, quo dicebantur *ἵν' ἦν*· *ἵν' ἀνέσπων*· *ἵν' ἐδόκουν.* et similia.

Vs. 653. *Ἀ'γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι,*] In *Dramate Χρ. Π.* v. 222. *Ἄς, ἢν θέλητε κἀντανῦν (καὶ τανῦν) ξυνιέναι, Αὐτὸς ῥυτοῖς νάμασι ἀπομόρξεται*· scriptum olim ex hoc versu, *ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξεται.* Hac structura verbum,

Clariss. *Ruhnkenio* aliisque tractatum, *Euripides* adhibuit: c
τρύχει τῷδ' ἐμῶν πέπλων κόρας Δακρύοισι τέγξας ἐξομόρξασθαι θέλω, in Elec. 502. in Herc. v. 1399. et in Bacch. v. 344. Hic notat *abluendo expurgare*, atque ita *scelus expiare:* Hippolytus *Senecae* v. 715.

Quis eluet me Tanaïs? —
Non ipse toto magnus Oceano pater
Tantum expiarit sceleris.

Sophocles Oed. T. v. 1236. d

Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον, οὔτε Φᾶσιν ἂν
Νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην ὅσα
Κεύθει.

— In proximis, — *πῶς ἂν οὖν εἴην κακὸς*, vulgatam voculam recte tuetur *Barnes.* quam nemo mihi facile persuadebit mutatam voluisse *Scaligerum:* est haec formula loquendi de e
isto genere, quod attigit *R. Dawes.* Miscell. Crit. p. 207. — Optime *Grotius* in Exc. p. 216. *Qui fiam malus, Qui nec, quod audivi ista, me purum puto.*

Vs. 656. *Εὖ δ' ἴσθι, τοὐμόν σ' εὐσεβὲς σώζει, γύναι*] *Euripidi* familiare vitium σιγματισμοῦ hoc etiam apparet in versu, quem cum duobus seqq. sic immutavit *Auctor* drama- 236
tis *Χρ. Π.* v. 200. a

Εὖ γ' ἴσθι, πατρὸς εὐσεβὲς θάλπει γένος·
Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις Ἀβραὰμ ὑπεσχέθη·
Οὐκ ἄν ποτ' ἔσχε μὴ τάδ' ὑπεξιέναι.

in quibus, pro *ὑπεσχέθη*, forte posuerat *ὑπέσχετο· nisi iureiurando promisisset A.* scribi quoque potuit, *κατεσχέθη·* dici certe, *ὅρκοις κατασχεθεὶς*, vel *ἐνσχεθείς· ἐνίσχεται ὅρκοις* est apud *Apollon. Rhod.* IV, 1084. b

Vs. 657. *Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος, εὑρέθην*] *ἡρέθην* corrigenti *Jo. Piersono*, Verisim. p. 63. adstipulantur *Marklandus*, *Musgravius*, *Reiskius.* Vellem nobis aliquot excitassent ex Atticis scriptoribus loca, quibus *ἡρέθην* isto sensu legeretur: neque tamen viris obloquar Eruditissimis: *ἐλήφθην* in Scholiis aeque ad *εὑρέθην* scribi potuit, quam ad c
ἡρέθην. Vocem *ἄφρακτος* a vicinis separavi, ne iuvenes in eumdem errorem relaberentur, in quem lapsi sunt nonnulli. Unus illam *Reiskius* recte cepisse videtur, dum haec interpretatur, *Nam si iureiurando circumventus non fuissem, haud armatus adversus insidias.* In *ἄφρακτος λείπει τὸ ὤν*, ut apud

d *Thucyd.* III. c. 83. f. in ἄφρακτοι μᾶλλον διεφθείροντο· *Schol.* ἄφρακτοι] λείπει τὸ ὄντες. apud eumdem III. c. 82. legitur v. 75. εἰ ἴδοι ἄφρακτον — ἐτιμωρεῖτο· *Schol.* ἀσφαλὲς ἐνόμιζε τὸ ἐπιτίθεσθαι διὰ τὸ ἄφρακτον εὑρεῖν τὸν ἐναντίον τοῦ ὅρκου τῷ θάρρει. Saepius vox ista recurrit apud *Thucyd.* sed in istis locis ponitur eodem ferme sensu, quo hic ab *Euripide:* sunt enim illic ἄφρακτοι, qui, dum nihil ab hoste mali suspicantur,
e sibi non cavent sive armorum munimine, seu alterius rei fiducia. Hippolytus, sua simplicitate fretus et virtute, nihil sibi metuebat; nihilque mali suspicatus, *incaute* Diis testibus fidem suam obstrinxit Phaedrae Nutrici; atque ita ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος (ὤν,) ἡρέθη. *dum sibi non cavebat* a vetula, *iure-iurando captus est,* tanquam laqueo: nec minus tamen agnovit pius iuvenis,

Esse suam vinctam, numine teste, fidem.

a Vs. 659. Νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἕς τ' ἂν ᾖ Ἄκδημος χθονὸς Θησεὺς, ἄπειμι.] In unius literae mutatione non videbatur mihi consensus Codicum exspectandus, quibus Linguae ratio certa semper praevalet: hic itaque pro ἔστ' ἂν ἔκδημος recepi lectionem indicatam *R. Dawesio* Miscell. Crit. p. 340. ἕς τ' ἂν ᾖ Ἄκδημος· Illud vulgo diceretur ἕως οὗ ἂν ᾖ· vel ἕως ἂν ᾖ·
b usque *dum fuerit absens Theseus.* Pro ἕως οὗ, *donec,* ἐς ὅ, Ionice scribentibus ἐς τὸ, Atticis ἕς τε dicebatur: hoc iungi solet indicativi temporibus: ἕς τ' ἂν postulant subiunctivum. *Xenophanes Athen.* IX. p. 368. F.

Ἕς τ' ἂν ἀοιδάων ᾖ γένος Ἑλλαδικῶν.

apud *Philostr.* V. A. VII. c. XL. v. 6. ἕς τ' ἂν ᾖ (scribendum
c ᾖ ἢ) ἀπολογία. *Xenoph.* Ἑλλ. III. p. 283, 10. ἕς τ' ἂν — λάβῃ τὰ δῶρα· optime *Polyaeno* restituit *Koenius,* ἔστ' ἂν ἴδωσιν, ad *Gregor.* de Dialect. p. 223. *Eurip.* Alc. v. 357. *Aesch.* Prom. V. v. 376. Ἕς τ' ἂν — λωφήσῃ. *Sophocles* El. v. 104. *non desinam querelarum,* ἕς τ' ἂν Λεύσσω παμφεγγεῖς ἄστρων Ῥιπάς. Pro ὡς ἂν cum *Scaligero* in eius Philoctete scribendum v. 1324.

d ἕως ἂν αὐτὸς ἥλιος
Ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν.

ut in Oed. in Col. v. 114. Tria diversa confudit *Hesychius* in Ἔστ' ἂν. *Photius* Lex. *MS.* Ἔς ἂν (Ἕς τ' ἂν) ἕως ἄν.

Vs. 660. — σῖγα δ' ἕξομεν στόμα] Ex uno Cod. vitiosum enotatur ἕξομαι· Corrigerem libenter σῖγα δ' ἕξω μὲν στό-
e μα· propter sequentia, Θεάσομαι δὲ σὺν πατρὸς μολὼν ποδί· —

Pertinet enim τὸ σῖγα non tantum ad proxima, sed et ad Θεάσομαι. Lectionem egregiam σὺν πατρὸς — ποδὶ, pro vulgata σὺν πατρὶ — ποδὶ, debemus *Musgravio*, qui illam in quatuor invenit Codd. et Ed. prima, repertam in Paris. a *T. H.* secundum morem scribendi Euripideum σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ significat *quando cum patre reverso huc rediero*; docente *Marklando* in *Eurip.* Suppl. v. 90. *Reiskio* ποδὶ visum fuit in τόθι 237
vel in πάλιν mutandum; πατρὶ tum debuerat in πατέρι conver- a
ti: reperiuntur quidem apud Tragicos πατέρι· et τόθι· sed neutrum in senariis. — Est in iisdem Suppl. v. 513. Σῖγ', Ἄδραστ', ἔχε στόμα· ut hoc loco, σῖγα δ' ἔξω μὲν στόμα, legiturque σῖγ' ἔχειν, pro σιγᾷν, in *Eurip.* Or. v. 1572. et in *Soph.* Phil. v. 258. — Qui hic sequuntur duo versus sunt in *Dramate Χρ. Π.* 217. et 223. videturque illic etiam, non Πῶς b
γοῦν, sed scriptum fuisse, Πῶς νιν προσόψει σύ τε καὶ μιαιφόνοι. Hic Πῶς notat *quo vultu*, ut supra v. 415. *Ovid.* Her. Ep. VI, 145. *Quo vultu natos, quo me, scelerate videres?* Quae Hippolytus *Euripidis*, Phaedram dicentem facit *Racinius:*

Je verrai le témoin de ma flâme adultere, c
Observer de quel front j'ose aborder son Pere.

Vs. 664. Ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι Γυναῖκας·] Hos quinque ultimos huius scenae senarios velut ex Hippolyto *Stobaeus* retulit ad Tit. 71. p. 431, 37. in Ed. *Grot.* d
leguntur T. 73. Hac in sede lectos dum non recordabatur, *Barnesius* illos referri passus est ad Hippolyti Καλυπτομένου reliquias p. 475. Ad has referre non absurde potuerat duo versus, qui versibus ex Hippolyto proxime subiiciuntur apud *Stobaeum* p. 433, 4.

Μισῶ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δέ σε πλέον,
Ἥτις πονηρὰ τἄργ' ἔχουσά γ' εὖ λέγεις. e

Parum dubito, quin in Editione prima priores quinque locum invenerint; et rectius, me iudice fuissent in editione dramatis correcta praetermissi. Forsan etiam omissi fuerunt a Poëta; ab histrionibus autem, vel φιλευριπιδείοις, illinc repetiti. Quidquid dici poterat, et multo plura quam dici debuerant, iam dixerat *Euripides* sub persona Hippolyti, quem decebat e scena abire, dum hunc versum pronunciabat, Τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος. Quod enim ait apud *Senecam* a
v. 566.

Detestor omnes, horreo, fugio, exsecror:
Sit ratio, sit natura, sit dirus furor;
Odisse placuit:

illud omne iam noveramus ex praecedentibus; ad odium, quo
b mulieres prosequebatur, significandum nihil versus addunt se-
quentes; qui mihi saltem hoc in loco valde frigidi videntur:
Oresten non dedecet in Or. v. 1628. *Οὐκ ἂν κάμοιμι τὰς κα-*
κὰς κτείνων ἀεί. Sed quale tandem illud Hippolyti, *Nun-*
quam desinam odisse mulieres, οὐδ' εἴ φησί τις μ' ἀεὶ λέγειν·
quae tribus diversis coniecturis sibi sumsit tentanda vir Cla-
riss. mihi cum *Marklando κακῶς* tantum illic videtur supplen-
c dum: *Bergler.* ista comparat ad *Aristoph.* Eq. v. 250. *Καὶ πα-*
νοῦργον, καὶ πανοῦργον· πολλάκις γὰρ αὖτ' ἐρῶ· Καὶ γὰρ οὗ-
τος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας. — vicina, *Μισῶν δ'*
οὔ ποτ' ἐμπλησθήσομαι· ad *Aristoph.* Ach. v. 235.

Ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις·

quae recte cepit *L. Kuster.* formam illic legitimam posuit *R.*
d *Dawes.* Miscell. Crit. p. 338. Eadem forma loquendi scripsit
Pausanias IV. p. 290. f. *οὔποτε ἐσχήκασι κόρον ἀποτεμνόμενοι*
τῆς χώρας αἰεί τε ἑκατέρων. Hic eodem sensu scribi potuerat,
μισῶν δ' οὔποτε παύσομαι· sive *λήξω·* seu *διαλείψω·* id est
μισῶν διατελέσω. Ista talia, non Atticis tantum, sed quibus-
vis usitata, reperiuntur etiam in scriptis Iudaeorum Alexan-
drinorum: *Jeremiae* XXVIII, 63. recipi debebat ex Alex. Cod.
e *ὅταν παύσῃ ἀναγινώσκων*: quia sic praeter ceteros amat loqui
Jeremiae interpres, XVII, 8. XX, 7. L, 1. LI, 18. Centenis
vicibus sinceram sui Codicis lectionem *Grabius* in marginem
reiecit. Sed ista me abducerent ab *Euripide*, — cuius vs. 664.
Ὄλλυσθε praebet *Stobaeus*, et versu 666. *Ἀεὶ γὰρ οὕτως·* sed
recta est vulgata, *Ἀεὶ γὰρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί·* iun-
238 guntur *ἀεί πως εἰσὶ*, ut in *Aristoph.* Pluto v. 256. *Ἐγὼ δὲ τού-*
a *του τοῦ τρόπου πως εἴμ' ἀεί.*

Vs. 669, 1. *Τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς*] Haec antistrophe,
respondens strophae v. 362. et seqq. in Cod. Paris. uni Phae-
drae tribuitur: versus etiam huius antistrophes 5 et 6. in isto
Cod. leguntur, prout ante uno ductu posita separavit *Musgra-*
b *vius;* sic autem tres primi, *Τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς* | *Γυναι-*
κῶν πότμοι | *Τίνα νῦν τέχναν ἔχομεν, ἢ λόγους,* | ut in eodem
tres primi Strophes: *Ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ* | *Ἀκήκουστα τᾶς* | *Τυ-*
ράννου πάθεα μέλεα θρεομένας. — In vs. 3. *λόγους* in aliis
quoque duobus Codd. invenit *Musgrav.* quod ob *τίνα* forte
fuit a sciolo mutatum: *Eurip.* Phoen. v. 1265. *Ἀλλ' εἴτιν' ἀλ-*
κὴν ἢ σοφοὺς ἔχεις λόγους. — In vs. 4. ut *Aldus* edidit, exhi-
c bet MS. Paris. *Σφαλεῖσαι καθ' ἅμμα λύσειν λόγον.* quod quam-
vis et in *Schol.* legatur, et infra v. 781. revocare non debebat

Barnesius, cum *Κάθαμμα* aeque dicatur ac *Περίαμμα*· illud etiam praebeant in hoc proverbio *Suidas*, et *Zenobius* Cent. IV. Pr. 46. *Κάθαμμα λύεις*] *Παροιμία ἐπὶ τῶν δύσλυτόν τι λύειν ἐπιχειρούντων*· attigit uterque nodum Gordium, sive *inexplicabile vinculum*, quod qui solvisset Asia ferebatur poti- d
turus; de illo nodo multa hic prostant in Scholiis, ex quibus unius additione literae tolli poterit, quem adeo *Barnesius* insectatur, error, *γέγονε δὲ Ἀλέξανδρος οὐ* (pro *ὁ*) *κατὰ τοὺς Εὐριπίδου χρόνους*. Potuit dudum ante Tragicus phrasin adhibere, quam vim illa proverbii adipisceretur.

Vs. 672, 5. *Ἐτύχομεν δίκας* (6) *Ἰὼ γᾶ καὶ φῶς,*] Pro e
ὦ scripsi cum *Heathio*, *Ἰὼ γᾶ*· versus 6 est in Strophe *Ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ*. — Versum 8. dedi, qualis legitur in Cod. Paris. *Πῶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι;* quam scripturam *Marklandus* coniectura fuit adsequutus: ante vulgabatur, *Πῶς δὲ κρύψω φίλαι πῆμα*. nunc versus suo respondet Strophes 8. — In sequenti 9. pro *τίς ἂν βροτῶν* perperam scriptum in Flor. et Paris. *τίς ἀνθρώπων*. — In v. 12. *δυσεκπέρατον* etiam erat a
in Paris. ut ex aliis edidit Codd. *Musgravius*, pro *δυσεκπέραντον*. *Ἀπέραντον* multo frequentius legitur apud Atticos scriptores quam *ἀπέρατον*· hoc in *Aristoph.* Nub. v. 3. illud v. 393. *δυσπέρατον* in *Eurip.* Med. v. 648. *ἀπέραντον* v. 213.

Vs. 680. *Φεῦ, φεῦ, πέπρακται, κοὐ κατώρθωνται τέχναι*] b
Ista, *προϊούσης τῆς τροφοῦ κατηφοῦς, ὁ Χορὸς φησὶν*, ut recte *Schol.* admonet; nihilque adeo est, cur Nutrici cum viro Doctissimo tribueremus. — Ex iisdem *Scholiis* adfirmari potest lectio Cod. Paris. *κοὐ κατώρθωται τέχνη, Δέσποινα, τῆς σῆς προσπόλου*· quae genuina videri poterit, altera ex interpretamento orta; nam *Scholiasta*, *τὸ δὲ*, ait, *καὶ οὐ κατώρθωται τέχνη, ἀντὶ τοῦ οὐδὲν τοῦ πράγματος κατώρθωσαν αἱ* c
τέχναι τῆς δούλης.

Vs. 682. *Ὦ παγκακίστη, καὶ φίλων διαφθορεῦ,*] Quae dominam perdiderat, anus scelerata dici Phaedrae poterat, usitatissimo more, *φίλων διαφθορά*, *corruptela:* sed exquisitius videbatur, et rarius, *διαφθορεῦ*, quod hic praebebant duo Codices Flor. (in quo *διαφθορεῖ φίλων*) et Paris. et hinc sumptum *Conditor* dramatis *Χρ. Π.* ubi Maria in Iudam v. 347. d

Ἐρῷ' αἰσχροποιὲ, φιλίας διαφθορεῦ.

prius hemistichium est *Eurip.* Med. v. 1346. irrisum Laïdi *Machonis* apud *Athen.* XIII. p. 582. D. alterum ex hoc Hippolyti loco, quo vicina quoque derivata sunt. In virilis audaciae feminam Attico quoque more convenit masculinum *διαφθορεύς*, e

adhibitum *Platoni*; et *Dioni Chrys.* Or. 37. p. 463. B. διαβολῆς μὲν ἕνεκα καὶ Σωκράτης εἴη τῶν νέων διαφθορεὺς, καὶ πάντων — ἀνατροπεὺς· *Antiphonti* Or. III. p. 116, 28. memoratur ἀνατροπεὺς τοῦ οἴκου. — Nostro versu lectione Codicis Flor. διαφθορεῦ φίλων, Οἷ' εἰργάσω με· hiatus etiam inter versus evitaretur: quod, ubi commode fieri poterat, nonnunquam
239 mihi videbatur *Euripides* studuisse; hoc tantum cogitabam ad
a Phoen. v. 891. non quod putabat vir Eximius; ubi diversae Codicum essent lectiones, ceteris paribus, illam esse praeferendam, quae tolleret hiatum. Pauca ponam in eam rem exempla: in *Eurip.* Hec. v. 410, 411. vulgatur,

νῦν πανύστατα
Ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψομαι.

b melior illic idcirco lectio duorum Codicum videtur Leidensium, πανύστατον Ἀκτ. prout scribitur in Alc. v. 205. ubi duo mihi versus 205, 206. ex Hecuba male videntur collocati. In Or. v. 591, 92. *Apollo terrarum umbilicum*

Ναίων, βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει,
Ὥι πειθόμεσθ'.

c quia legitur in *MS.* Leid. νέμει σαφέστατον, et apud *Justin. M.* de Mon. p. 40. C. hoc praeferrem: Ναίει — νέμων est apud *Clem. Alex.* p. 65, 15. Ob eamdem rationem in Troasin v. 23. pro θεοῦ Ἥρας melior lectio mihi videtur Cod. Flor. θεᾶς Ἥρας. Vel ex his paucis intelligetur, quid velim in similibus: absque Codicibus nihil in talibus tentandum arbitror.

d Vs. 683. — Ζεύς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.] Sic *Musgrav.* edidit ex Codd. Paris. praebet eadem alius quoque Codex: in Flor. erat Ζεύς γ' ὁ γεννήτωρ — ἐκτρίψειέ σ'. Sed prius illud in suo quoque reperisse *Conditorem* dramatis *Χρ. Π.* monstrant vss. 341, 2.

Αὐτός σ', ὃν ἐλπὶς παιδὸς εἶναι πατέρα,
e Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.

Sunt penes me versus aliquot ex Rhesi Prologo nondum editi; memorat in illis Poëta

πόλιν
Πριάμου βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκπετριμμένην.

Imitator *Herodoti Pausanias* III. p. 224, 5. ἐκκόψαι προῤῥίζους τὰς Ἀθήνας, *Athenas funditus esse delendas:* quod *Isocrati*
a In Plataïco p. 302. C. τὴν τε πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον· hinc dictum fuit aliis. *Herodoti*

Glaucus VI. P. 479, 1. *ἐκτέτριπται πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης.* *Virgil.* Aen. XI, 394. *Euandri totam cum stirpe videbit Procubuisse domum:* ad *Herodoti* quoque locum nonnulla notata sunt; et a *Berglero* in *Ar.* Ran. v. 595.

Vs. 685. *Οὐκ εἶπον, οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς, Σιγᾷν;*] Alibi quidem separatim posita *Οὐκ εἶπον* accipi possunt quo sensu *Terent.* And. III, 5, 15. *An non dixi hoc esse futurum:* hic vero iungenda sunt *Οὐκ εἶπον σιγᾷν·* ut recte *Schol.* *οὐχὶ, τὸ προπετὲς τῆς διανοίας προνοουμένη, ἐκέλευον σιωπᾷν.* Dixerat Phaedra v. 520. *Μή μοί τι Θησέως τῶνδε μηνύσῃς τόκῳ.* — Haec et proxima sic transtulit in suam Trag. *Auctor* *Χρ. Π.* v. 197.

Οὐκ εἶπεν, οὐ σῆς προὐνοήσατο φρενὸς,
Σκοπεῖν ἐφ' οἷσι νῦν ἑκὼν ἀλγύνεται;
Σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου· τοιγαροῦν γνοίης τάχει.

Vs. 689. *Οὗτος γὰρ, ὀργῇ συντεθηγμένος φρένας,*] Placet *Jo.* nostri *Piersoni* correctio legentis, *νῦν τεθηγμένος·* hoc adhibent etiam isto sensu Tragici, compositum alibi forte non invenietur; *νῦν* hic vim suam habet: *iam ante durus et intractabilis, nunc incitatus* ira *Ἐρεῖ καθ' ἡμῶν πατρὶ σὰς ἁμαρτίας·* ubi recte *σὰς* pro *τὰς* recepit *Musgravius*, quod praebet et Cod. Paris. in quo deest v. 691. *Ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέροντι συμφορὰς*, et legitur in vs. 692. *Πλήσει δὲ* — hunc vero, *Πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν ἐνδόξων λόγων*, bis exhibet Trag. *Χρ. Π.* v. 212. et v. 964. Animus *incitatus* ira, odio, vel alia perturbatione, dicitur Poëtis *τεθηγμένος· ὀργῇ τεθηγμένον* dixit et *Alcidamas*, idcirco notatus *Aristoteli* Rhetor. III. p. 123, 7. *Aeschylus* Sept. c. Theb. v. 721.

Τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ,

Incitatum me verbis certe non mitigabis: mitibus ille verbis opponit *τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους*, Prom. V. v. 308. variis motibus concitati linguam *γλῶσσαν τεθηγμένην* dixit *Soph.* Aj. v. 585. Eiusdem *Sophoclis* ex perdito dramate fragmentum legitur in *Schol.* ad *Eurip.* Or. v. 490.

Ὀργὴ γέροντος, ὥστε μαλθακὴ νοτὶς,
Ἐν χειρὶ θήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

huius vero versus vitium hiatus monstrat, illius vox *νοτὶς*, — forte scribendum, *ὥστε μαλθακὴ κοπὶς* (ut in *Eurip.* Cycl. v. 240. Elec. 836. etc.)

Ἐν χειρὶ θήγοις, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

Grotius in *Stob.* de Rer. Nat. p. 141. dedit ista velut *Theodectae*,

> *Ἀλλ', ὦ τάλαν Θυέστα, καρτέρει δάκνων*
> *Ὀργῆς χαλινόν· (παρακελεύομαι δέ σοι)*
> *Τιθέμενος εἰν ἄλλοισι μυρίοις·*

c sed ultima, *Τιθέμενος εἰν*, ex coniectura sunt *Grotii* non admodum felici: vetus lectio erat, *Τεθηγμένων ἐν* — quam egregie corrigit Clar. *Ruhnkenius:*

> *Δεδηγμένον ἐν ἄλλοισι μυρίοις* —

Morde frenum irae, quod saepe alias momordisti.

d Vs. 696. *Τὸ γὰρ δάκνον σοῦ τὴν διάγνωσιν κρατεῖ.*] His in Cod. Paris. adscriptum interpretamenti loco, *τὸ λογιστικὸν σοῦ νικᾷ·* velut interpres *Achilles Tatius* II. p. 127. *ἡ ὀργὴ, περιυλακτοῦσα τὴν καρδίαν, ἐπικλύζει τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀφρῷ.* — In vs. 697. ad *εἰ δέξῃ*, adscriptum in eodem Cod. *ἀντὶ τοῦ καταδέξῃ.* — Idem vs. 699. ut et Flor. exhibet scriptum, sicut ex MSS. vulgavit *Musgravius*; sic ante editum,
e *Ζητοῦσά γ' εὗρον φάρμακ' οὐχ ἃ 'βουλόμην.*

Vs. 700. *Εἰ δ' εὖγ' ἔπραξα, κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν.*] *Si vero res mihi bene successisset, valde sapiens reputarer; Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα· iudicare namque* sive *consilia ponderare solemus ex eventu.* — Neque *ἔπραττον* hic locum invenit, nec *κάρτα γ' ἐν* ex Cod. Paris. Sed, sive legatur,

a *Εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξ' ἂν, κάρταγ' ἐν σοφοῖσιν ἦν,*

seu, prout vulgari solet, nihil arbitror interesse; neque necesse, ut bis hoc in versu vocula scribatur *ἂν* cum *Heathio*; cum semel posita aeque ad *ἦν* referri possit, quam ad *ἔπραξα.* — Sequentem versum *Grotius* reddidit, *Nam mentem habemus singuli ex eventibus.* Quam vita comprobat quotidiana,
b sententiam istam historici saepe veteres adhibuerunt et oratores; quorum quaedam loca collegit *N. Abramus* in ista *Ciceron.* pro C. Rabir, c. I. *hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus, et, cui bene quid processerit, multum illum providisse; cui secus, nihil sensisse dicamus;* certe *ducamus.* Phaedra *Senecae* Hipp. v. 598. *Honesta quaedam scelera successus facit.* — In proximo vs. 702. Codex dat Paris. *Ἢ καὶ*
c *δίκαια ταῦτα·* mihi vulgata placet, *Ἢ γὰρ δίκαια ταῦτα κἀξαρκοῦντά μοι· haeccine iusta, mihique placere possunt?* sunt enim *τὰ ἀρέσκοντα*, sicut supra v. 278. *εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει.*

Ad vs. seq. adscriptum in eodem Cod. *ἰσολογεῖν συγχωροῦσαν.* Dicit Phaedra, *Τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα συγχωρεῖν λόγοις· ut, cum tantum mihi vulnus inflixeris, mecum verbis concertares: συγχωρεῖν λόγοις* hic idem paene videtur, quod alias dicebatur d
ὁμόσε χωρεῖν τοῖς λόγοις. Non sane quae res vulnus intulerat eadem opem ferre Phaedrae poterat: quamvis *οὐ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα,*

Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασι·

ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται, Plutarch. T. II. p. 46. F. 47. A. quam in rem *Philostrati, Luciani, Aeliani*, aliorumque dan- e
tur similia.

Vs. 708. *Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι Φρόντιζ'· ἐγὼ γὰρ τἀμὰ θήσομαι καλῶς.*] Ad Oenonen Phaedra *Racinii:*

Vas, laisse moi le soin de mon sort déplorable.

In *Dramate Χρ. Π.* v. 228. ad proditorem aliquis dixisse fertur:

Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπιθι, καὶ σαυτοῦ πέρι 241
Φρόντιζε, τ' αὐτοῦ δ' αὐτὸς εὖ γε θήσεται· a
Σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς κατθανῇ κακὸς κακῶς.

Hinc facile quis in eam veniret suspicionem, versuum istorum tertium olim hac in sede lectum, et Phaedram morituram Nutricis mortem praedixisse, dicendo,

Σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς, κατθανῇ κακὴ κακῶς. b

Utrum illa sibi manus intulerit, an alio modo perierit, latet; quid enim ista factum sit muliere ne verbo quidem indicavit *Euripides*, propterea iure notatus *R. Brumoeo dans son Theatre des Grecs*, T. II. p. 237, 238. Sed versus ille dramatis Christ. 230. *Σὺ δ', ὥσπερ* etc. sumptus est ex *Eurip.* Medea, ubi Iasoni Medea qua morte periret praedicit v. 1386. — De c
his formulam, *τἀμὰ θήσομαι καλῶς, meis ipsa rebus recte consulam;* et de rebus Phaedrae loquentis Nutricis verba ex v. 521. *ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς, L. Kuster.* attigit de Verb. Med. I. §. 47. quarum haec restitui poterit *Maximo Tyrio* Diss. XXV. p. 301. l. 13. *τούτῳ δὲ ἐξαρκέσει ἂν καλῶς τὰ ἡμέτερα θῇ·* ubi vulgata vox *ἔθη* variis fuit modis tentata: altera *Philostrato* de V. S. II. p. 622, 7. *ἐστάλη ἐς τὴν Ῥώμην, ὡς τὰ ἑαυτοῦ εὖ* d
θησόμενος. a vicinis literis vocula *εὖ* fuerat elisa, quam adhibet et in ista formula *Philostratus* de V. A. VII. p. 316, 18. VIII. p. 352, 13. Formulam suo more tractavit in *Lucian. T. II.* p. 485, 486.

e Vs. 712. *Σιγῇ καλύπτειν, ἃ 'νθάδ' εἰσηκούσατε*] Pro *καλύψαθ'* ex uno Cod. *Musgravius* recepit *καλύπτειν*, inventum et in Flor. duo praebent *καλύψειν*· utrum probetur parum refert. Ad chorum *Euripidis* Medea v. 259. *Τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι*, — 263. *Σιγᾷν*· Ex *Sophoclis* Phaedra *Stobaeus* hos duo quoque versus servavit p. 439, 48.

Σύγγνωτε, κἀνάσχεσθε σιγῶσαι· τὸ γὰρ
Γυναιξὶν αἰσχρὸν ἐν γυναιξὶ χρὴ στέγειν.

a Ut Medeae mulieres Corinthiae, Phaedrae commissa se celaturas arcana pollicentur Troezeniae:

"Ομνυμι σεμνὴν "Αρτεμιν Διὸς κόρην,
Μηδὲν κακῶν σῶν ἐς φάος δείξειν ποτέ.

legitur illic in duobus Codd. Flor. et Paris. *δεῖξαι*· — *Scholiastes, ὀμνύουσιν*, inquit, *οἰκονομικῶς· λύοιτο γὰρ ἂν τὰ*
b *τῆς ὑποθέσεως. ex fabulae dispositione iurant, cuius alioquin argumentum periisset Poëtae;* pendet enim ab hoc quoque silentio fabula. Duo sunt de choro *Horatii* praecepta; *Ille teget commissa;* alterum, *Ille bonis faveat:* quorum hoc in Hippolyti quoque choro violavit *Euripides.* Aliud peccatum Poëtae excusare nititur *Brumoeus* Theatri Gr. T. II. p. 239. et seqq.

c Vs. 715. *Καλῶς ἔλεξας*] Usitatissimam *Euripidi* formulam ex Flor. Cod. restitui, pro *Καλῶς ἐλέξαθ'*· saepe sic, ut notum, Chorum alloquuntur personae Tragicae numero singulari: *Καλῶς ἔλεξας* legitur in *Euripidis* Hec. v. 1006. Or. v. 899. Alc. v. 1104. Iph. in Aul. v. 829. in Taur. v. 597, 766, 909. Bacch. v. 951. Heracl. v. 726. Hel. v. 140, 157. Ion. v. 648.
d Elec. v. 639. in *Sophoclis* Aj. v. 94. Illud ipsum tres Codices exhibent in *Eurip.* Or. v. 110. pro *'Ορθῶς ἔλεξας*· quod paulo ante illic positum v. 100. in Ion. v. 745. et in *Soph.* Phil. v. 341. praebet et in Rheso, v. 327. Cod. Flor. — In proximis alii Codd. apud *Musgrav.* exhibent *ἓν δὲ προςτρέπουσ' ἐγώ, unum illud obsecrans ut facias, Εὕρημα δή τι* (*δῆτα*
e MSS. Flor. et Paris.) *τῆςδε συμφορᾶς ἔχω*· quae *Schol.* non male accipit *ἓν μόνον ἴαμα τῆς συμφορᾶς εὕρον.* supra iam dixerat v. 600. (*ἓν οἶδα*) *τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον.*

Vs. 718. *Αὐτὴ δ' ὄνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα*] Praecesserat, *"Ωστ' εὐκλεᾶ μὲν* — sequi debebat, *Αὐτὴ δ' ὄνασθαι*· constans usus hic iterum praevaluit Codicibus, in quibus erat *Αὐτή τ' ὄνασθαι.* — Ex hoc versu *τὰ νῦν πεπτωκότα*
242 comparari debent cum phrasi v. 719. *τἀμὰ θήσομαι καλῶς.*
a Quando, quod maxime opus erat, non ceciderat, illud quod

ceciderat, forte, vitae suae iactura corrigere constituit Phaedra, atque ita velut ἑτέρῳ βόλῳ τὴν πρὶν ἀστοχίαν θεραπεῦσαι, ut proprie loquutus est *Lucian.* in Amor. T. II. p. 415. Tesserarum ludum procul dubio hic respexit *Euripides*, a quo forte primus istas ad vitam quotidianam formulas transtulit *Plato* de b
Rep. X. p. 604. C. βουλεύεσθαι περὶ τὸ γεγονὸς, καὶ, ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων, πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὐτοῦ πράγματα, ὅπη ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν — (καὶ) ἀεὶ ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιστα γίγνεσθαι πρὸς τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πεσόν τε καὶ νοσῆσαν. conf. *Th. Gataker.* A. M. P. c. XXIX. p. 741. et *T. H.* in *Lucian.* p. 486, 6. Sua *Terentius* sumsisse videtur ex *Alexidis* loco, cuius nobis initium c
servavit *Stobaeus* p. 560, 15.

> Τοιοῦτο τὸ ζῆν ἐστιν, ὥσπερ οἱ κύβοι·
> Οὐ ταὔτ' ἀεὶ πίπτουσιν.

Vs. 723. Θανεῖν· ὅπως δὲ, τοῦτ' ἐγὼ βουλεύσομαι] Recte *Canteri* correctionem recepit *Barnes.* pro vitiosis, ὅπως δ' ἐγὼ τοῦτο· prout ille coniecerat, legitur in Flor. Paris. aliis- d
que Codd. *Senecae* Phaedra Hipp. v. 258.

> *Decreta mors est; quaeritur fati genus:*
> *Laqueone vitam finiam* etc.

quae rectius omisisset, non nutrici narranda sed soli Phaedrae exigenda. In Oed. *Senecae* Iocasta v. 1031. *mors placet: mortis via Quaeratur.* *Virgilii* Dido e

> *ubi concepit furias, evicta dolore,*
> *Decrevitque mori; tempus secum ipsa modumque*
> *Exigit,*

Aen. IV, 475. voce ὅπως *modus* significatur: *Aristophanes* Eq. v. 80.

> Κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν· ἀλλὰ σκόπει
> Ὅπως ἂν ἀποθάνωμεν ἀνδρικώτατα.

In *Eurip.* Medea v. 1134. pro Λέξον δὲ πῶς ὤλοντο· scriben- a
dum ex Cod. Flor.

> Λέξον δ' ὅπως ὤλοντο.

Sequentis versus formula Εὔφημος ἴσθι latet apud *Ammonium* Grammaticum in Ἴσθι p. 76. Nec Tragicus fuit neque Comicus *Euphemus* dictus: Auctorum indice nomen illud eiiciatur, et restituatur *Ammonio* Tragici, forsan *Euripidis*, senarius: b

> Εὔφημος ἴσθι μοῦνον ἐξορμωμένη.

Vs. 724. — *Καὶ σύγ' εὖ με νουθέτει.*] *Marklando* scribendum videtur *νουθετεῖς·* sive *μή με νουθέτει.* *Heathio* servandum quod vulgatur, *Scholiastae* certe lectum: *non instar nutricis, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρηστὸν εὖ με νουθέτει.* — Paulo post
c vs. 727. ex Cod. Flor. scripsi, *πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι·* pro forma vulgata *ἡττηθήσομαι·* Attica quidem; nec veteris tamen Atticismi: *Thucydides* et Tragici scribere solent, instar similium, *ἡσσᾶσθαι·* quod, recte scriptum, eadem elliptica structura praebet *Thucyd.* p. 203, 91. p. 275, 84. 470, 79. *Euripides* Hec. v. 1259. Alc. v. 697. Autol. v. 15. aliquoties etiam *Sophocles.*

d Vs. 728. *Ἀτὰρ κακόν γε χ' ἁτέρῳ γενήσομαι Θανοῦσ',*] Vera sunt sine dubio quae scribit *Heliodorus* VIII. p. 374. *ἀπελπισθεὶς ὁ ἔρως οὐδεμίαν ἔχει φειδὼ τοῦ ἐρωμένου.* et p. 400. *οὕτως ἡδύ τισι καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι, ὅταν συμβαίνῃ τοῖς ἐχθροῖς ἐπαπόλλυσθαι.* Phaedra *Senecae*, Hipp. v. 721.

Regeramus ipsi crimen, atque ultro impiam
e *Venerem arguamus; scelere velandum est scelus.*

Rufinus *Claudiani* II, 166.

Haec cervix non sola cadet: miscebitur alter
Sanguis, nec Stygias ferar incomitatus ad umbras,
Nec mea securus ridebit funera victor.

243 quae forte scripserit Poëta Latinus, memor Euripideae Phae-
a drae. Habent cum his quamdam convenientiam, diversi tamen Creusae versus in *Eurip.* Ione 1311.

Λυπήσομέν τιν', ὧν (f. *οὗ*) *λελυπήμεσθ' ὕπο.*

et Haemonis in *Sophoclis* Antig. v. 762.

Ἤδ' οὖν θανεῖται· καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινά.

b Nostro versu Codices Flor. et Paris. *θατέρῳ* praebent: mihi praestare videtur *καὶ ἑτέρῳ*, more, his solemni, contractum in *χἁτέρῳ·* In Danaës Fragm. v. 17. vidit *Heathius* scribendum,

Ὃς τῆςδέ γ' ἄρξει χ'ἁτέρας πολλῆς χθονὸς,

pro *θατέρας·* Melanipp. v. 70.

Πέπονθας οἷα χ' ἁτεροι πολλοὶ βροτῶν.

c conf. Suppl. v. 572. Elec. v. 1038. et scribe ad istam rationem *Comici* versum in *Stob. Grotii* p. 43.

Πολλῶν σφόδρ' ὄντων χ' ἁτέρων ἐν τῷ βίῳ.

Vs. 732. Ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν,] *Etymologus* in Ἠλίβατος excitat *Euripidis* Hippolyto, Ἠλιβάτος κευθμῶσι, p. 427, 50. — Initium huius strophes spectabant pro- d
babiliter etiam *Aristophanis* in Av. ista v. 1337.

Γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας
Ὡς ἂν ποταθείην ἀτρυγέτου
Γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας.

quorum similia forte fuerint in Oenomao *Sophoclis*, in *Scholiis* illic memorati, ubi haec Euripidea recte *Bergler.* attulit: Ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν Θεὸς ἐν ποταναῖς Ἀγέλῃσιν θείη· in qui- e
bus ἐν πταναῖς Ἀγέλῃσιν dedit ex Codd. *Musgravius*, quod hic versui convenit; et ubique πτανὸς et πτηνὸς adhibentur *Euripidi*, qui rarius illud ποτανὸς bis terve posuit. — Vs. 6. et 7. strophes et antistrophes leguntur in Cod. Paris. quales edidit *Musgrav.* Vs. 8. vulgabatur Ἔνθα πόρφυρον σταλάσσουσιν· πορφύρεον erat in Paris. Flor. aliisque Codd. *Musgr. Marklandus, Heathio* probante, restituit, Ἔνθά τε πορφύρεον στα- a
λάσσου | σ' εἰς — quod una duntaxat litera mutata recepi. — Vs. 9. Τάλαιναι, ut in aliis, erat et in Flor. Vs. 10. Κοῦραι in Paris. Vs. 11. ἠλεκτροφανεῖς in Flor. — Huc mihi quoque spectasse *Plinius* videtur H. N. XXXVII. c. 2. *Euripidis* et aliorum errorem ex *orbis* excusans *ignorantia:* comparavit ad ista haec Euripidea *Victorius* V. L. XXV. c. IV. Veterum, Poë- b
tarum praesertim, de Eridano errores, et fluminis, *a quo succinum in Graeciam deferebatur*, verum nomen situmque demonstravit *Philipp. Cluverius* Germ. Ant. III. p. 634. et seqq. p. 691. citatus praeter ceteros *P. Wesselingio* ad *Herod.* III. c. 115. Recte statuit *Victorius Euripidem* fabulam aetate sua pervulgatam fuisse persequutum, Poëtis certe quibusvis de- c
cantatam: *Apollon. Rhod.* IV, 596. etc. *Dionys. Perieg.* v. 290. *Ovid.* Met. II, 364.

Inde fluunt lacrymae, stillataque sole rigescunt
De ramis Electra novis, quae lucidus amnis
Excipit.

Valer. Flacc. V, 430. *Claudian.* de III. Cons. Honor. v. 125. d
etc. *Nemesian.* Cyneg. v. 37. *Eubulus Athenaei* XIII. p. 568. F. οἵας Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας. conf. *Jo. Matth. Gesneri* de Electro veterum Dissert. inserta Commentariis Societ. Reg. Gotting. T. III. p. 72.

Vs. 742. Ἑσπερίδων δ' ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτὰν Ἀνύσαιμι τᾶν ἀοιδᾶν] Hesperides Nymphae, sive Atlantis seu cuiuscun- e

que filiae, non certe Iovis et Themidis *Pherecydae* dictae, quod hic traditur in *Scholiis,* et falsum esse liquet ex istius historiae Pherecydéae, quam sequutus est *Apollodor.* II. p. 103. enarratore *Schol. Apollon. Rhod.* IV, 1396. Hesperides Nymphae (de quarum nominibus egit III. *N. Heins.* in *Ovid.* XI. Met.
244 v. 114.) hic minime vulgari titulo ornantur *τᾶν ἀοιδᾶν·* et in
a *Eurip.* Herc. Fur. v. 394. Hercules

Ὑμνωδούς τε κόρας
Ἦλυθεν ἑσπέριον ἐς αὐλὰν,
Χρυσέων πετάλων ἄπο μηληφόρον
Χερὶ καρπὸν ἀμέρξων.

sed et apud *Apollon.* IV, 1399. circa arborem auriferam, et *divitis horti* (*Manil.* V, 16.) vigilem custodem,

b *νύμφαι*
Ἑσπερίδες ποίπνυον ἐφίμερον ἀείδουσαι.

Diversimode fabulam de aureis Hesperidum *μήλοις* explicant *Palaeph. π. Ἀ.* c. XIX. *Juba* apud *Athen.* III. p. 83. C. hinc ap. *Eustath.* Od. *H.* p. 274, 48. et doctus *Scriptor* Homil. *Cle-*
c *ment.* VI, 15. ubi *ἐπίσταται* in *ἐπισπᾶται* commutandum est.

Vs. 744. *Ἵν' ὁ ποντομέδων Πορφυρέας λίμνας Ναύταις οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει Σεμνὸν τέρμονα ναίων Οὐρανοῦ τὸν Ἄτλας ἔχει*] Ultimo verbo, *βαστάζει* legitur adscriptum in Cod. Paris. *Virgilius* Aen. IV, 480.

Oceani finem iuxta, solemque cadentem,
Ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas
d *Axem humero torquet:*

VI, 796.

Jacet extra sidera tellus
Extra anni solisque vias, ubi coelifer Atlas
Axem humero torquet.

Eam in rem multa prostant. In his Euripideis formam Doricam
e *λίμνας* ex Cod. posui Paris. ex hoc Cod. et Flor. (*τέρμον' ἀναίων* *Is. Vossio* recte mutatum in *τέρμονα ναίων·*)

Σεμνὸν τέρμονα ναίων,

pro vulgato *Σ. τ. κυρῶν.* sed *ναίων* in tribus etiam Codd. invenit *Musgravius*, in uno velut variam lectionem adscriptum *κυρῶν* sive *κύρων.* hoc *κύρων* adprobat *Heathius*, fassus tamen verbum illud se secundo tertioque, nusquam alibi legisse

quarto casui iunctum. Quinimo si hic positum ab *Euripide* a
fuit rarius hoc sensu κύρων, scribi, nisi fallor, debuit,

Σεμνῷ τέρμονι κύρων
Οὐρανοῦ·

atque ita suspicor *Aeschyli* imitatione primum scripsisse *Euripidem*, in secunda Ed., more sui temporis loquutum, ea dedisse quae posui,

Σεμνὸν τέρμονα ναίων· b

hic autem evenisse, quod supra v. 80. et alibi, ut pars prioris lectionis ad nos usque pervenerit. *Coeli venerando termino vicinus*, sive *coelo conterminus*, Aeschylea phrasi dici potuit Σεμνῷ τέρμονι κύρων Οὐρανοῦ. *Callim.* h. Cerer. v. 38.

Ἧς δέ τις αἴγειρος, μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦρον c

attigit ex omnibus una tantum *A. Fabri*, vertitque, *in coelum penetrans:* dixit et *Virgilius*, *coelo capita alta ferentes:* — *coeloque educere iussit.* apud *Apollon. Rhod.* II, 363. ἄκρη τὶς, — ἀμπέλαγος τετραμμένη, αἰθέρι κύρει· *Schol.* interpretatur προσπελάζει. L. IV, 945. (πέτραι) κρημνοῖς ἐναλίγκιαι ἠέρι κῦρον. In multis permutantur εἶναι· τυγχάνειν· κύρειν· ναίειν. d
Nihil arbitror interesse, dicaturne quis αἰθέρι κύρων· an αἰθέρι ναίων· αἰθέρι κεῖσθαι Pleiades dicebantur *Lamprocli* apud *Athen.* XI. p. 491. C. nec *durius* videri debuit in *Callim.* h. Dian. v. 20. Οὔρεσιν οἰκήσω· cuius generis sunt apud *Callim.* plura. — Sed *Euripides Aeschylum* habebat in hac locutione praeeuntem: Tantali Tragici versus aliquot praebet *Plutarchus* de Exil. p. 603. A. e

Θυμὸς δέ ποθ' ἁμὸς, οὐρανῷ κύρων ἄνω,
Ἔραζε πίπτει, καί με προσφωνεῖ τάδε,
Γίνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν.

Ista quando dicuntur apud *Plutarchum* partem orationis fecisse, qua dixerat praeter cetera Tantalus,

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν·

discimus ex *Strabone*, fine L. XII. versus istos ex *Aeschyli* 245
Niobe petitos, et a Tragico Tantalo pronunciatos paulo post- a
quam a *Strabone* servatos dixisset: hos nihil vetat duabus a me coniecturis tentatos hic adponere:

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν,
Βερέκυντα χῶρον· ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος

Ἴδης ἐνὶ κνημοῖσι, καὶ βρυχήμασιν
b Ὀργῶσι μήλων πᾶν [δ' ὀρεχθέει] πέδον.

In his ὀρεχθέι, quod minime placet, imputandam est *Casaubono:* Ἴδης ἐνὶ κνημοῖσι, scripsi, pro Ἴδης μυκηθμοῖσιν· et Ὀργῶσι, pro Ἔρπουσι· hic ista commode firmari nequeunt.

Vs. 750. Ἴν' ὀλβιόδωρος αὔξει ζαθέα Χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς] Pro ἄξει scribentis αὔξει, *Canteri* coniecturam firma-
c runt Codices adhibiti *Musgravio*, qui vulgatum ὀλβιόδωρος etiam habuisse videntur. In Parisino quod legitur Ἵνα βιόδωρος αὔξει· si paululum adiuves, lectionem dabit spectabilem,

Ἴν' ἁ βιόδωρος αὔξει etc.

Est certe βιόδωρος, aeque ac Homericum Ζείδωρος, aptum
d epitheton *telluri*, Grammaticis etiam ad hoc interpretandum adhibitum, et *Sophocli* in Phil. v. 1160. Ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα. Neque hoc alteri non praeponerem, si hic ageret de terra Poëta, quam homines incolimus *fruges consumere nati*; sed de tellure loquitur velut extra hunc orbem iacente circa hortum Hesperidum, ubi Nectaris affatim erat atque Ambrosiae: hic idcirco caute posuisse videtur ὀλβιόδωρος — ζαθέα Χθών·
e ut intelligeretur Diis immortalibus τελείαν εὐδαιμονίαν διδοῦσα. Secundum *Ammonium* Ὄλβιος dicendus ὁ τελείαν τὴν εὐδαιμονίαν ἔχων. In *Eurip.* Medeae v. 1228, 1230. suspicor veram nobis lectionem servasse *Gregorium Nazianz.* qui dicitur, et sic primum versus istos *Euripidi* scriptos:

Θνητῶν γὰρ οὐδείς ἐστιν εὐδαίμων φύσει·
Ὄλβου δ' ἐπιῤῥυέντος, εὐτυχέστερος
Ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος, Ὄλβιος δ' ἂν οὔ.

a vulgatur in his εὐδαίμων ἀνὴρ, et εὐδαίμων δ' ἂν οὔ.

Vs. 752. Ὦ λευκόπτερε Κρησία Πορθμὶς] Hinc *Eustathius* attigit in *Dionys.* Periegesin, v. 80. Κρησίαν πορθμίδα, ἤγουν πλοῖον Κρητικόν. In Troasin v. 944. Κρησίαν χθόνα, paulo post memorat Κρησίαν γᾶν. praeter haec alia *Davisius* attulit
b in *Max. Tyr.* p. 636. ad istam formam adfirmandam; quorum memores Latinorum Poëtarum Editores *Cresia* rectius, me iudice, semper scripserint quam *Cressia.* — Scribi quoque potuit in proximis ἃ διὰ ποντίου Κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμας Ἐπόρευσας — id esset διὰ κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμης ποντίου· *marinae salsuginis*, Attico more pro ποντίας. — In huius strophes v. 4. ἁμὰν, pro ἐμὰν legitur in Flor scribique potuit Ἐπόρευσας
c ἄνασσαν ἁμὰν Ὀ. — Versus strophes et antistrophes 9, 10,

11. disposui, scripsi decimum, prout legebantur in Cod. Paris. Primum illorum, nempe 9. scripsit eodem modo *Heathius* in Corrigendis in notis ad *Euripidem:* in decimo, omissa praepositione *ἐπ', ἀκταῖσιν* exhibent tres etiam Codd. apud *Musgravium.* — Horum duodecimum, *'Επ' ἀπείρου τε γᾶς ἔβασαν·* respicit *Eustath.* in Il. *Γ.* p. 324, 38. excitans Euripideis d
τὸ, ἐπ' ἀπείρου γᾶς ἔβα, τουτέστιν ὡρμίσθη. Idem in Il. *H.* p. 568, 19. *ἰστέον*, ait, *ὅτι γῆν λέγει ἀπείρονα* (*Homerus* v. 446.) *ἀντὶ τοῦ ἄπειρον, ὡς Εὐριπίδης ἐν Φαίδρᾳ φησί.* — Vs. 9. Flor. Paris. et Codd. *Musgravii* praebent *"Επτατ' ἐπὶ κλεινὰς 'Αθήνας·* — Quod sequitur *Μουνυχίου δ' ἀκταῖσιν ἐκ | δήσαντο πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχάς*, in his ultima *tortas funium extremitates* interpretatur *Marklandus:* ad *Herodotum* e
attigi p. 308. *Aelianus* de N. A. XIV. c. 25. *τῆς μηρίνθου στερεᾶς οὔσης καὶ ἀγανακτικῆς* (f. leg. *ἄγαν ἑλκτικῆς·* ut XVII. c. 6. *εὖ μάλα ἑλκτικαῖς*) *τὴν μὲν ἀρχὴν ἐξῆψε μέσου τῶν ζώων τοῦ ζυγοῦ.* His in *Scholiis* ad Hippol. in v. 676. Alexander *οὐκ ἠδύνατο εὑρεῖν τὴν ἀρχὴν τοῦ δεσμοῦ ποῦ κατέκειτο·* de eadem re *Arrianus*, *δεσμοῦ οὔτε ἀρχὴ οὔτε τέλος ἐφαίνετο·* *Curtius* III. c. 1, 17. *unde nexus inciperet, quove se conderet,* 246
nec ratione nec visu percipi poterat. *Justinus* XI. c. VII, 16. a
cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset. — *'Ακταῖς ἐκδήσασθαι πείσματα*, dicitur alibi, *ἀκταῖς δῆσαι· ἀνάψαι* et *ἀνάψασθαι·* *Apollon. Rhod.* II, 177. *γαίῃ Βυθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν.* v. 462. *πείσματ' ἀνάψασθαι* — *γαίῃ.* IV, 244. *πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν Παφλαγόνων ἀκταῖσι·* quod tentari non debebat. *Horatius* Carm. I. Od. 32, 7. *reli-* b
garat udo Litore navem. *Virgil.* Aen. VII, 106. *Gramineo ripae religavit ab aggere classem.* *Ovid.* Met. XIII, 439. *Litore Threïcio classem religarat Atrides.* *Seneca* Med. v. 612. *Barbara funem religavit ora.* Conveniunt quodammodo cum his Euripideis ista *Catulli* Carm. LXIII, 171. *Utinam ne tempore primo Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes, nec* — c
Perfidus in Cretam religasset navita funem.

Vs. 767. *Χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα Συμφορᾷ*] Hanc tralationis verecundiam laudat *T. Hemst.* in *Luciani* Timon. p. 109. qua Phaedra dicitur, *gravi pressa ac tantum non mersa calamitate, sic ut nullae resistendi vires ultra suppetant.* — In vs. 771. pro *δέρᾳ*, *Marklandi* recepi *δείρᾳ.* — Versus ultimos d
constituit hoc modo Clar. *Heathius* in Corrigendis, strophes quidem, (9.) *"Επτατο κλεινὰς 'Αθήνας* (10.) *Μουνυχίου δ' ἐπ' ἀκταῖς* (11.) *Πλεκτὰς ἐξεδήσαντο* (12.) *Πεισμάτων ἀρχὰς* (13.) *'Επ' ἀπείρου τε γᾶς ἔβασαν.* antistrophes autem versus,

(9.) *Δαίμονα στυγνὸν καταιδεσ* (10.) *θεῖσα, τάν τ' εὔδοξον* (11.) *Ἀνθαιρουμένα φάμαν* (12.) *Ἀπαλλάσσουσα* (13.) *Τάλ-*
e *γεινὸν φρενῶν ἔρωτα.* In Editionibus sic ante vulgabantur: (9.) *Ἔπτατο κλεινὰς Ἀθήνας, Μου-* (10.) *νυχίου δ' ἐπ' ἀκ-ταῖς ἐκδήσαντο* (11.) *Πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς* — (9.) *Δαί-μονα στυγνὸν καταιδεσθεῖ-* (10.) *σα, τάν τ' εὔδοξον ἀνθαι-ρουμένα* (11.) *φάμαν, ἀπαλλάσσουσα·* Antistrophes decimum corrigebat *Marklandus* legendo, *σὲ τὰν εὔδοξόν θ' αἱρουμένα,* vel *ἔνδοξον. Εὔδοξον* hinc attigit Cl. *Sallierius* in *Thom. M.* p. 343.

a Vs. 776. *Ἰοὺ, Ἰού.*] His ex Paris. Cod. praefixi personam *Ἐξαγγέλου·* Dicebatur secundum *Ammonium* in *Ἄγγελος, — Ἐξάγγελος, ὁ τὰ ἔνδοθεν τοῖς ἔξω διαγγέλλων.* Spectatorum oculis non subiicienda, intus gesta qui narrabant in scena, Tragicis dicti sunt *Ἐξάγγελοι·* hos in scenam produxisse dicitur *Aeschylus Philostrato* de V. S. I. p. 492. Talis pro-
b dit in *Soph.* Antig. mortem Eurydices narraturus v. 1289. in Oed. T. mortem Jocastae v. 1232. In eumdem sensum *ἐξάγγελος* et *ἐξαγγέλλειν* optimis Scriptoribus adhibentur nonnunquam.

Vs. 776. *Βοηδρομεῖτε πάντες οἱ πέλας δόμων*] *Musgravio* dicitur memorari velut diversa lectio in Codd. *δρόμῳ·* an forte fluxit ex interpretamento verbi *Βοηδρομεῖτε;* quod expli-
c cari potuit *μετὰ βοῆς δρόμῳ θεῖτε·* notae sunt locutiones *ἔθεον δρόμῳ· ἐχώρουν δρόμῳ·* Bacchae dictae quoque *Βοηδρόμοι· αἱ μετὰ βοῆς προϊοῦσαι δρόμῳ, Etymol.* p. 588, 42. Sed saepius opinor mirum lectoribus accidisse, quod legitur apud *Suidam*, et *Etymologum, Βοηδρομεῖν, τὸ μετὰ σπουδῆς παραγίνεσθαι· Κᾶρες δὲ, ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν·* antiquior forte Grammaticus dederat, *Τραγικοὶ δὲ, ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν.* Olim ver-
d bum Graecis frequentatum fuisse monstrant Apollo *Βοηδρόμιος, Callimacho* h. Apoll. v. 69. festi dies, *Βοηδρόμια* dicti, mensis *Βοηδρομιών·* sed quo sensu frequentant *Herodotus, Thucydides, Xenophon*, verbum *Βοηθεῖν;* nusquam apud illos invenietur *Βοηδρομεῖν;* frequens Tragicis, *Euripidi* certe. Non tantum *Βοηθεῖν* significat *ad clamorem oppressorum accurrere*
e *opis ferendae, πρὸς τὴν βοὴν θέειν*, quod monuit *Casaubon.* Notis in *Aeneam*, et *A. Dounaeus* Praelect. in *Demosth.* p. 52.; sed et *accurrere cum clamore auxilii ferendi causa, μετὰ βοῆς θεῖν*, sive *δραμεῖν·* vid. *Dukerus* Annot. in *Schol.* ad *Thucyd.* P. 350. c. 1, 4. et *H. Steph.* ibid. ad P. 68. c. 2, 5.

Vs. 777. *Ἐν ἀγχόναις δέσποινα*] Hoc paulo rarius: in
247 Helenae v. 201. *Λήθα δ' ἐν ἀγχόναις Θάνατον ἔλαβε.* — Mox
a

v. 779. dicitur, κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη. quae transtulit in optimi Magistri proditorem *Scriptor Χρ. Π.* v. 1437.

Ὥπτο κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένος·

et v. 231. *Sophoclis* Oed. T. v. 1272. κρεμαστὴν dixit Πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην. — Hi vero versus 778, 779. in Cod. Paris. *Nutrici* tribuuntur.

b

Vs. 780. — οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον Σίδηρον;] Euripidea *Hippocratis* admovent Aphorismo dicentis, Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίγνεται· *Erotianus* Lex. Hippocr. Ἀμφιδέξιος] Βακχεῖος φησὶν ἀμφοτεροδέξιος, ὡς Ἀμφήκης, ὁ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος. σαφὲς δ' αὐτὸ ποιεῖ ὁ Εὐριπίδης, ἐν Ἱπολύτῳ λέγων Ἀμφιδέξιον σίδηρον· sed *Hippocrati* monet vocem positam, quo sensu *Homero* περιδέξιος, *ambidexter*, dicitur, c et *Hipponacti* Ἀμφιδέξιος γάρ εἰμι, κοὐχ ἁμαρτάνω κόπτων· *Hipponactis* versus pede defectus legitur, ubi eadem paene tradit, excitans et Euripidea, *Galenus* in *Hipp.* Aphor. T. V. p. 322. Quod addit *Erotianus*, μέμνηται δὲ καὶ Ἡρόδοτος τῆς λέξεως, spectat *Herodotum*, *anceps oraculum*, ἀμφιδέξιον χρηστήριον eleganter vocantem V. p. 421, 50. Pervenustus est et ille versus, ex satyrico forte *Sophoclis* dramate d cum vicino petitus:

Ὅπου προσῇ τὸ κάλλος, ἀμφιδέξιος·

ap. *Plutarch.* T. II. p. 34. A. p. 767. A. — Euripides *gladium ancipitem* vocat ἀμφιδέξιον σίδηρον· quem ξίφος ἄμφηκες saepe dicunt, et ἀμφίτομον *Eurip.* Elec. 164, 688. ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ — πεπληγμένη dicitur *Deïanira Soph.* Trach. e v. 946. et Jocaste in Oed. T. v. 1252. κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς.

Vs. 782. Φίλαι, τί δρῶμεν;] In simillima dubitatione chorus in *Eurip.* Or. v. 1572.

Ημι. Τί δρῶμεν; ἀγγέλλωμεν εἰς πόλιν τάδε,
Ἢ σῖγ' ἔχωμεν; Ημι. ἀσφαλέστερον, φίλαι.

nempe τὸ σῖγ' ἔχειν· cum nostro comparanti sic ista distinguen- a da, ni fallor, videbuntur. Chorus in Ione v. 758.

Εἴπωμεν, ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν;

sic scripserat *Alciphron* I. Ep. XI. τί οὖν ὦ βέλτιστε δρῶμεν; φεύγωμεν, ἢ μένωμεν·; ubi vulgata, φεύγομεν ἢ μένομεν, deceperunt *virum D.* in *Lucian.* T. II. p. 217. f. *Sophocles* Elec. v. 80. θέλεις Μείνωμεν αὐτοῦ κἀνακούσωμεν γόων. sive b

θέλεις· βούλει· βούλεσθε, addantur in talibus, seu omittantur, perinde est.

Vs. 785. Τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ] Quod ex Ed. prima nobis enotavit *Musgrav.* atque ex duobus Codd. βίῳ recepi pro βίου· aliunde iam probatum ad *Eurip.* Phoen.
c v. 1282. Leguntur in App. Vatic. Cent. IV. Prov. 8. ista: Τὰ πολλὰ πράττειν (sic *Eurip.* Hipp. Cod. Paris.) οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ] Ἐπὶ τῶν εἰς κίνδυνον ἐμπιπτόντων διὰ τὸ πολλὰ πράττειν. Locutiones ἐν ἀσφαλεῖ, *in tuto*, οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ, *in periculo*, significant *tutum* et *periculosum:* vid. notata ad l. Phoen. et ad *Herod.* p. 275, 23. Jam vero βίῳ tantum locum invenit in hac locutione, τὸ πολυπραγμονεῖν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς τῷ βίῳ.
d *rebus quae nihil ad nos attinent alienis immiscere sese in vita humana periculosum est.* Hoc significat τὸ πολλὰ πράσσειν· His πολλὰ πράσσουσιν opponuntur αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς μόνοι (vocem μόνοι suspicor adiectam) τὰ σφέτερα αὑτῶν πράττοντες *Platoni* Politico p. 307. E. alia quaedam similia praebet *Platonis H. Stephanus* I. Sched. XI. et aliorum, Sched. XII. Hoc *Ciceroni* dicitur de Off. I. c. 34. *nihil praeter suum negotium*
e *agere, nihil de alieno anquirere, minimeque in aliena esse rep. curiosum.* Apud eumdem de Amicit. c. 23. *qui suum negotium gerunt otiosi,* iis opponuntur *qui ad rempub. se contulerunt;* quales Athenis plurimi πολυπράγμονες odiosi bonis civibus, ὀλίγα πράσσουσι, sive οὐκ ἐρασταῖς πραγμάτων, *Aristoph.* Pac. v. 190. Initio Philoctetis Euripidei qui Prologum agebat ista dixit Ulysses:

248 Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως
a Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ
Ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης·
Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ ἔφυ.
Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον
Τιμῶμεν, ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν.

in quibus opponuntur ἀπραγμόνως *vivere*, et περισσὸν εἶναι καί τι πλέον πράσσειν. Quod *Euripides* aliquoties πολλὰ πράσ-
b σειν, ut hoc loco Hipp. in Suppl. v. 576. in Herc. Fur. v. 266. in Antiopes Fragm. v. 79.; *Sophocles* dixit περισσὰ πράσσειν, in Antig. v. 68.

τὸ γὰρ
Περισσὰ πράσσειν, οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.

hic enim significantur etiam illa, *quae nihil ad te attinent.* *Pherecrates* apud *Stobaeum* p. 591, 7.

c Εἰκῇ μ' ἐπῇρας ὄντα τηλικουτονὶ,
Πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυκλῆσαι πράγμασι·

sic recte me correxisse verbum arbitror vulgatum ἐγκυλίσαι, quod, a *Grotio* receptum p. 479. versum vitiat. — Euripidea nostra ex Hipp. commoda *Lipsius* admovit *Senecae* de Tranquill. c. XII. ubi suum de animi tranquillitate librum sic dicitur inchoasse *Democritus*: *Qui tranquille volet vivere, nec pri-* d
vatim agat multa, nec publice. Graeca *Democriti*, μὴ πολλὰ πρήσσειν, et plura dabit *Th. Gataker.* ad *M. Antonini* IV, 24. ὀλίγα πρῆσσε. alia *Jer. Markland.* in *Eurip.* Suppl. v. 576. attigit et *Bergler.* in *Aristoph.* Ran. v. 233.

Vs. 786. Ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν. Πικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς.] In *Dramate Χρ. Π.* de filii cadavere ἡ Θεοτόκος v. 1484. e

Ὀρθώσατ' ἐκτείναντες ὀλβίαν δέρην·
Μικρὸν τόδ' οἰκούρημα φίλῳ δεσπότῃ·

illic ultima sic Latina facta sunt: *Domus ista aliquod tempus est custodia Domino optimo;* quorum auctor Graecis sepulcrum designari credidit. scribi facile poterit δεσπότῃ φίλῳ· sed illic scribine debeat Πικρὸν, an Μικρὸν, addubito. Non magis constitit interpretibus *Euripidis* quid hoc versu significaretur. a
Facile adparebat, versum 786. intelligendum de cavere porrecto; quam in rem his non omissis sat multa praeter ceteros dixit *Gataker.* ad *M. Antonin.* IV, 3. p. 93. Qui primus *Euripidis* Tragoedias Latine vertit sub ficto nomine *Dorothei Camilli* sic vertit v. 787. *Triste hoc ministerium heris meis:* b
hunc alii sequuti sunt, et in Gallicis suis *Brumoeus:* diversissima dedit *Ratallerus*, *Acerba haec meis Relinquitur dominis domus custodia.* Priorem si dare voluisset *Euripides* sententiam, ut in Oreste scribit v. 221. Ἰδοὺ τὸ δούλευμ' ἤδυ, hic scripsisset, Πικρὸν τὸ λειτούργημα vel τόδ' ἐπικούρημα δεσπόταις ἐμοῖς. nam οἰκούρημα *domus* est *custodia.* Recte mihi *Scholiasta*, per τὸ πικρὸν οἰκούρημα τῶν c
ἐμῶν δεσποτῶν, intellexisse videtur τὴν ἀτυχῆ οἰκουρόν. ut illam, cuius cadaver dicebat componendum, *hero suo Theseo custodem domus acerbam dixerit.* uxor Agamemnoni fuisse dicitur οἰκουρὸς πικρὰ, in *Eur.* Hec. v. 1284. Mater familias, cui τὰ κατοικίδια τῶν ἔργων erant demandata, ut loquitur *Hierocles*, quod erat, vulgo Graecis dicebatur οἰκουρὸς, rerum dome- d
sticarum *custos* et familiae curatrix. *Euripidi* vero, sicut κήδευμα pro κηδεστὴς, *Luciano* δορυφόρημα, pro δορυφόρος, nostro ponitur hic οἰκούρημα pro οἰκουρὸς, et in Oreste v. 926.

Εἰ τἄνδον οἰκουρήμαθ' οἱ λελειμμένοι
Φθείρουσιν.

e ubi *Schol.* τὰ ἔνδον οἰκουρήματα interpretatur τὰς ἔνδον οἰκουρούς γυναῖκας.

Vs. 792. *Οὐ γάρ τι μ' ὡς θεωρὸν ἀξιοῖ δόμος Πύλας ἀνοίξας εὐφρόνως προσεννέπειν*] Inserta litera versum mihi praecedentem recte correxisse videtur *Marklandus*, Ἠχὼ (quod hic omnino non est sollicitandum) βαρεῖα προσπόλων μ' ἀφίκετο· quod *Scholiasta* quoque legisse videtur: certe πρός με ἀφίκετο legitur in *Scholiis*. Nostro versu Clariss. *Markl.* scri-
249 bendum putabat *Οὐδ' ἄρτι*· tum forte non recordatus, ut in
a οὐδέ τι, οὐ πάνυ τι, similibusque, de quibus egit *H. Stephanus* de Dial. Att. p. 81. sic quoque voculam τὶ saepe πλεονάζειν in *Οὐ γάρ τι*. *Sophocles* affatim dabit exemplorum: Aj. v. 1130. *Οὐ γάρ τι τῆς σῆς οὕνεκ' ἐστρατεύσατο Γυναικός*· v. 1360. *Οὐ γάρ τι τοῦτον, ἀλλὰ τοὺς θεῶν νόμους Φθείροις ἄν.* Antig.
b v. 456. *Οὐ γάρ τι μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε.* v. 523. *Οὐ γάρ τι δοῦλος, ἀλλ' ἀδελφὸς ὤλετο.* Oed. T. v. 418. *Οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ.* v. 441. *Οὐ γάρ τι σ' ἥδειν (ἤδη) μῶρα φωνήσοντ'*. ad minuta talia minus attendunt interdum homines eruditissimi. — Hoc temporis articulo hic ab *Euripide* fingitur Theseus Troezena Delphis rediisse, quo abierat Apollinem adhibiturus: sive enim publico nomine civitatum illuc
c proficiscerentur velut legati, seu de rebus privatis Deum consulturi, dicebantur θεωροί· sibique Theseus ut θεωρῷ redeunti neminem prodire domesticorum indignatur, qui felicem reditum gratuletur. *Seneca* fingit in Hippol. suum Thesea non Delphis, sed isthoc forte die reversum ab inferis v. 835. etc. — illic v. 850. Theseus:

d *Quis fremitus aures flebilis pepulit meas?*
Expromat aliquis: luctus, lacrymae, et dolor
In limine ipso moesta lamentatio,
Auspicia digna prorsus inferno hospite:

quae videri possunt de versibus Euripideis expressa. Suspicor
e in Ed. Hippolyti prima non Delphis, sed ab inferis, ut apud *Senecam*, rediisse Thesea; et prodeuntem in Scenam versus adhibuisse, quos ex *Eurip.* Hippolyto praebet *Stobaeus Grotii* p. 488.

Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ, ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος
Ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς γε πράσσουσιν καλῶς,
Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ' ἐγώ.

sic loquitur *Senecae* v. 835.

a *Tandem profugi noctis aeternae plagam,*

Vastoque manes carcere umbrantem polum.
Ut vix cupitum sufferunt oculi diem!

— In vs 796. pro ἐκλίπῃ recepit ex Codd. *Musgravius* ἐκλίποι.

Vs. 801. *Τί φῄς; ὄλωλεν ἄλοχος; ἐκ τίνος τύχης;*] *Senecae* Theseus v. 871. b

causa quae cogit mori.

Velut causam mortis ignorans, Chorus modum narrat, quo Regina vitam finierit vs. 802.

Βρόχον κρεμαστὸν ἀγχόνης ἀνήψατο.

hinc in *Χρ. Π.* v. 243. *Βρόχον κρεμαστὸν ἐξανάψεις ἀγχόνης.* Ad sequentem Thesei quaestionem, *Λύπῃ παχνωθεῖσ' ἢ 'πὸ* c *συμφορᾶς τινός;* adscripta sunt interpretamenti loco sequentia in Cod. Paris. *ἐκ μεταφορᾶς τῆς πάχνης, ἥτις πᾶσαν βλάστην διαφθείρει.* quorum similia prostant in Scholiis, et alibi. *Senecae* Theseus in Hippol. v. 859.

Effare aperte, quis gravet mentem dolor.

Sed *Λύπῃ παχνωθεῖσα*, quamvis dici possit *aegritudine confecta*, non tamen est proprie *gravata dolore*, sed cui pectus dolore sic est adstrictum, ut voci meatus et lacrymis intercludatur: quo modo *Sapphoni* Ovidianae: d

Adstrictum gelido frigore pectus erat,

Her. Ep. XV, 112. *ἐπαχνώθη φίλον ἦτορ.* Hoc figurato sensu qui verbum adhibent Poëtae, *Homerum* sequuti sunt et *Hesiodum*. *Aeschylus* in Choëph. v. 81. *κρυφαίοις πένθεσιν παχνουμένη.* *Hesych. Παχνουμένης, ἀνιωμένης*, ubi ad *Παχνοῦται* praeter ceteros memoratus Cl. *D. Ruhnkenius* in Epist. Crit. I. p. 74. feliciter verbum illud *Orpheo* restituit aptisque munivit exemplis, hoc etiam Hippol. versu; ex quo sumptum legitur aliquoties in dramate *Χρ. Π.* ubi v. 233. proditor satis apte e

Λύπῃ παχνωθεὶς, ὡς προδοὺς ἀργυρίου. 250

de Maria dicitur v. 1825. *καρδίας παχνουμένης.* quae bis satis a inepte repetuntur v. 2007, 8. *Gregorius* quidem *Nazianz.* in threno scripsit, ut solet eleganter, T. II. p. 97. B. *ἔνδοθεν ἦτορ Παχνοῦται.*

Vs. 804. *Τοσοῦτον ἴσμεν*] *Hoc unum tantum novimus: modo namque et ipsa domum tuam advenio: ἄρτι γὰρ κἀγὼ δό-* b *μους, Θησεῦ, πάρειμι·* pro *δόμους* Cod. Flor. et Ed. prima

Flor. praebent δόμοις. δόμοις — πάρειμι esset *adsum aedibus.* — *Τοσοῦτον ἴσμεν* ponitur pro *τοσοῦτο μόνον ἴσμεν.* ut in *Luciani* Timone p. 158. *ἢ τό γε τοσοῦτον παρανομήσαμεν· hac una saltem vice. Xenophon K. A.* V. p. 216, 38. *τὸν μὲν ἄνδρα τοσοῦτον ἐγίγνωσκον, ὅτι εἷς ἡμῶν εἴη.* plene scripsit *τοσοῦτο μόνον εἰδέναι* in Oeconom. p. 503, 6. ut *Andocides* Or. II. p. 22, 33. *τοσοῦτον ὑμῶν μόνον δέομαι.* similiter loquuntur *Lysias* et *Demosthenes.*

c

Vs. 806. *Τί δῆτα τοῖςδ' ἀνέστεμμαι κἄρα Πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;*] *Quid infelix ego hac* Parnaside *lauro caput revinctus sum velut sacer legatus?*

d *Temporibus non est apta corona meis.*

Apollinem adhibituros non sane mirum est insigne Dei lauream gestasse Apollinarem; sed illam gestasse consultores sacrosque legatos usque dum domum rediissent ex lege Delphica, discimus auctore *Livio* XXIII. c. XI. ubi Q. Fabius Pictor legatus, quum Delphis Romam rediisset coronatus, in Senatu

e dixit, *se iussum ab templi antistite, sicut coronatus laurea et oraculum adisset, et rem divinam fecisset; ita coronatum navim adscendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset.* Illic in notis virorum Doctorum plura prostant, quorum nonnulla iam dederat *Kuster.* in *Aristoph.* Plut. v. 21. Primus Euripidea aliunde illustravit *Jo. Brodaeus* Misc. IV. c. 15. conf. *Car. Paschalius* de Coron. IV. c. 19.

a

Vs. 808. *Χαλᾶτε κλῇθρα πρόσπολοι πυλωμάτων, Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς,*] *Κλεῖθρα* scribitur in Paris. Pro *Ἐκλύσαθ' ἁρμοὺς,* ex v. 825. recepi velut genuinum *Ἐκλύεθ'.* hoc quoque praebet in huius simillimo loco Medea *Eurip.* v. 1314.

Χαλᾶτε κλῇδας ὡς τάχιστα πρόσπολοι,
Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν.

In Helenae v. 1196.

b

Ὠή, χαλᾶτε κλῇθρα, λύεθ' ἱππικὰς
Φάτνας, ὀπαδοὶ, κἀκκομίζεθ' ἅρματα.

Nusquam legitur in Euripideis, est itaque ex perdito dramate hemistichium quod nobis offert ut *Euripidis Pollux* X. 27. *τῷ ἀνοίγειν ταυτὸν τὸ λύειν, ὡς ἔφη Εὐριπίδης,* —

λύε πακτὰ δωμάτων.

c *ὡς τοὐναντίον Ἀριστοφάνης·* versus in huius Acharn. datur *Euripidi* 478. *Ὠ νὴ ὑβρίζει· κλεῖε πηκτὰ* (hic quoque *πακτὰ*

praetulerim) δωμάτων. *Pollucis* illic non meminit *Bergler.* qui quaedam indicavit *Euripidis* loca ad Vesp. v. 1475. Κλῆθρα χαλάσθω τάδε. conf. Cl. *F. L. Abresch.* ad *Aesch.* p. 498. *Seneca* Thyest. v. 901.

turba famularis fores
Templi relaxa. d

In eius Hipp. Theseus v. 863.

Reserate clusos regii postes laris.

Vs. 809. — ὡς ἴδω τὸν δαίμονα Γυναικός, ἥ με κατθανοῦσ' ἀπώλεσεν.] Hanc ego lectionem a Flor. Cod. subministratam sine dubitatione recepi, τὸν δαίμονα Γυναικὸς, *tristem uxoris meae sortem*, pro vulgata e

ὡς ἴδω δυσδαίμονα
Γυναικὸς,

quae nullo potest modo tolerari: ex uno Codicum Paris. enotavit *Musgravius* τὸν δυσδαίμονα Γυναικὸς, nihil ex ceteris. In Parisino Cod. quem adhibuit *T. H.* legitur, ὡς ἴδω δυσδαίμονα Νεκρὸν (quod ex coniectura *Reiskius* hic censebat resti- 251
tuendum,) Γυναικὸς ἥ θανοῦσά μ' ἀπώλεσεν. ultimum in ὤλε- a
σεν mutatum dabit et hunc senarium legitimum: hanc vero lectionem natam arbitror (nam ἀπώλεσεν mutari non debet) ex interpretamento, quo τὸν δαίμονα Γυναικὸς quis reddidit non inepte, δυσδαίμονα νεκρὸν γυναικὸς, *infortunatum cadaver uxoris.* Sed praeterea diversa fuisse videtur in libris antiquis lectio, forsan ex Editione dramatis prima conservata, b

ὡς ἴδω πικρὰν θέαν
Γυναικὸς,

ut acerbum videam spectaculum Uxoris, quae lectio, hic adnotata, in locum alienissimum immigravit versui 824. subiecta; nam, qui legitur illic, versum,

Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν·

esse nostri vel diversam, vel emendatiorem scriptionem, dubi- c
tari non potest. Vidit hoc monuitque primus *Sam. Musgravius* in notis ad hunc Hipp. versum, et ingeniose suspicatur ex inferiore ora paginae versum in istam sedem, quam in Edd. occupat, male fuisse relatum. De Codicibus illic suis tacet, videturque adeo versus post versum 824. in iis, quos adhibuit, inventus: si vel in omnibus inveniretur, illic *Musgravio* nihi- d
lominus mihique videretur adulterinus; sed non legitur versus

iste 825. nec in Flor. Cod. neque in Parisino, quo usus est amicissimus *T. H.* — Nonnunquam, post alios interiectos, a librariis male repetiti versus relicti sunt, ne lituris Codices deformarentur: ex. gr. in *Eurip.* Or. v. 936. *Τοὐναντίον δὲ δρά-*
e *σετ' ἢ δρᾶσαι χρεὼν*, in quarto Codicum Leidensium post octo versus seqq. initio pag. sequentis male legitur repetitus. Jam vero diversas istas lectiones esse suspicor,

ὡς ἴδω τὸν δαίμονα
Γυναικὸς,

et

ὡς ἴδω πικρὰν θέαν
Γυναικὸς,

a quia non potuit haec ex interpretamento nasci, utraque autem videtur Euripidea. Nusquam tamen, fateor, in talibus locis legere me memini *τὸν δαίμονα*, sed illorum tantum similia, quae hic sola probat *Musgravius*; *κακὸν, θέαμα πικρὸν, δεινὸν, ἄλγιστον*, etc. in *Eurip.* Med. 1315. — *ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν.* *Soph.* Aj. v. 1022. *Ἴθ', ἐκκάλυψον, ὡς ἴδω τὸ πᾶν*
b *κακόν*, *Ὦ δυσθέατον ὄμμα. καὶ τόλμης πικρᾶς.* v. 1011. *Ὦ — θεαμάτων ἐμοὶ Ἄλγιστον.* *Eurip.* Med. v. 1167. *δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν*· et sic *Xenophon K. A.* V. p. 199, 30. In *Eurip.* Supplic. v. 945. *Πικραὶ γὰρ ὄψεις χἆμα τῷ τέλει νεκρῶν.* in Orest. vs. 950. *Πικρὸν θέαμα* (MS. *Θέαμα πικρὸν*) *καὶ πρόσοψις ἀθλία.* — Sed alterum

ὡς ἴδω τὸν δαίμονα
Γυναικὸς,

c *ut videam tristem uxoris meae sortem*, viri docti fatebuntur a librariis non exspectandum. Prorsus eodem modo *τὸν δαίμονα γυναικὸς* de *uxoris*, quam mortuam putabat, *sorte* dixit *Euripidis* Admetus in Alc. v. 935.

Φίλοι, γυναικὸς δαίμον' εὐτυχέστερον
Τοῦ 'μοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως·
Τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἅψεταί ποτε.

d hunc locum praeter alia quaedam *Euripidis* apta dedit *L. Kuster.* in *Aristoph.* Plut. v. 6. *mortem* Alcestidis *τὸν παρόντα δαίμονα praesens infortunium* vocat chorus in Alc. v. 561. *Πῶς οὖν ἔκρυπτες τὸν παρόντα δαίμονα.* *Sors tristis*, sive *fortuna mala*, seu *calamitas*, quae nobis obtingit non sine Numine, frequenter dicitur *δαίμων*, ut *Homero* sic aliis: *Sophocli* Oed.
e Col. v. 1333. *τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληφότες*, sive potius *ἐξειληχότες*· sunt *eamdem malam fortunam sortiti.* *Sophocles Stobaei* p. 579, 1.

Μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα·
id est *μὴ πᾶσι κήρυσσε*, vel *μὴ εἰς πάντας αὔδα τὴν παροῦσαν τύχην*, sive *ἀτυχίαν*. *Grotius* p. 458.

Malum quod urget spargere in vulgus cave.

Vs. 813. — *εἰργάσω Τοσοῦτον, ὥστε τούςδε συγχέαι δόμους*] Cum his iungenda viderunt *Σᾶς χερὸς πάλαισμα μελέας*· 252 a
ubi haec adscripta Codex dabat Paris. *ἐκ μεταφορᾶς τῶν παλαιστῶν, οἳ πνίγουσιν ἐν τῷ τραχήλῳ παλαίοντες.* unde vox mendosa corrigi poterit in *Scholiis*. — Versus sequens in eodem Cod. legitur, *Τίς ἄρα σὰν τάλαιν' ἀμαυροῖ ζωάν;* et, ad verbum *ἀμαυροῖ*, interpretatio *ἀφανῆ καθιστᾷ.* Miror illic b
viro Clar. placuisse, *Τί σ' ἆρα σὰν τ. Σὲ* — *σὰν* vereor ut scribi potuerit. — Per parenthesin interiecta ad mentem *Heathii* constitui; sic leguntur in Cod. Paris. *Αἶ αἶ τόλμας | Βιαίως θανοῦσ' ἀνοσίῳ τε συμφο- | ρᾷ, σᾶς πάλαισμα μελέας.*

Vs. 817. *Ὦ μοι ἐγὼ παθέων, ὧν ἔπαθον, ὦ τάλας*] *Musgravium* sequutus, *ὦ τάλας* ex Codd. recepi, pro *τάλαινα*· *ὦ* c
πόλις est in Flor. et Paris. Ut versus sit concinnior, *ὧν ἔπαθον, τάλας*, scribendum censet *Heathius*. — In sequenti versu, *Τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν*, praebent et Flor. et Paris. pro *κάκιστ' ἐμῶν*· quod utpote rarius in *κάκιστ'* a librariis videtur mutatum: *μάκιστον* adhibitum in *Aeschyli* loco apud *Longin. π. Ὕ.* III, 1. in *Soph.* Philoct. v. 846. redditur a Schol. *μέγι-* d
στον. — Versus 819. si scribatur una litera sublata, iungi commode poterit cum sequente, quamvis nec diffitear *ἐπεστάθης* cum *τύχα* posse connecti, *Ὡς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεστάθη Κηλὶς ἄφραστος ἐξ ἀλαστόρων τινός*· *Quam gravis mihi meisque macula non provisa a Deo quodam malefico fuit inusta!* Sic vocem *ἄφραστος* cum *Schol.* capiendam recte monuit *Heathius*.

Vs. 821. *Κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίος*] *Βίου* legitur e
in Codd. Flor. et Paris. lectumque fuit *Scholiastae*. Tanquam Euripidea haec exhibentur in *Etymologico* p. 50, 26. *Κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίου.* Tametsi autem *βίου* legatur in Cod. Paris. idem ille velut verbum dat *Κατακονᾷ*, cum interpretatione *μαραίνει.* Vere tamen animadvertit vir Doctus in Mi- a
scell. Obs. Vol. I. p. 417. cum verbo *βίος*, cum nomine iungendum *βίου.* Sic infra v. 867. *ἐμοὶ μὲν οὖν Ἀβίωτος βίου τύχα.* Duplex hic fuit in libris antiquis lectio, quod *Barnesius* etiam vidit: inter alia Poëtis *ἅπαξ λεγόμενα* veteres apud *Eustath.* in Il. *Γ.* p. 288, 40. ex *Euripide*, praeter alia, memorant *Κατακονὰν ὀνοματικῶς τὴν διαφθορὰν, Δωρικώτερον,*

b ἢ Κατακονᾷν, ῥηματικῶς, τὸ καταθήγειν. Utrumque explicatur etiam in *Scholiis*. Altera lectio,

Κατακονὰ μὲν οὖν ἀβίωτος βίου.

(hoc enim tum requiri censuit etiam *Heathius*) sic in *Scholiis* explanatur, καταφθορὰ ζωῆς ἀβιωτοποιὸς κατέλαβέ με· additur illic, γράφεται δὲ καὶ τὸ Κατακονῶ (L. Κατακονᾷ ὡς) ῥῆμα· ἵν' ᾖ οὕτως, μαραίνει με ἡ δυστυχία τοῦ βίου· sive κατα-
c νάλίσκει. Haec, nisi fallor, pertinent ad versum hoc modo scriptum,

Κατακονᾷ μὲν οὖν μ' ἀβίωτος βίος.

viri cuiusdam Docti memorant coniecturam legentis,

Κατακονᾷ μέ νυν ἀβίωτος βίος.

d Evenerat Theseo calamitas, quae vitam reddebat minime vitalem: memorat et *Plato* δεινὰς — ξυμφορὰς, ἃς ἀβίωτον ζῆν κεκτημένῳ, de LL. XI. p. 926. B. cui βίος etiam ἀβίωτος in Politico p. 299. E. et saepius dicitur aliis.

Vs. 822. Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ Τοσοῦτον, ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν] In sequenti versu, Μήτ' ἐκπερᾶ-
e σαι dant Codd. Flor. et Paris. In istis ad ἐκνεῦσαι adscriptum in Paris. ἐκφυγεῖν. proprie notat ἐκνήξασθαι, *enatare*, quod supra iam attigi in vs. 470. Ubi legitur apud *Palaeph.* π. Ἀ. c. XVI. οὔτε ταῦρον, οὔθ' ἵππον τοσοῦτον πέλαγος διανήξασθαι δύνασθαι; ex duobus Codd. offertur διανύσαι δύνασθαι· quod in διανεῦσαι mutandum arbitror, adhibitum in eadem locutione figurate sumpta *Platoni*, cuius Parmenides (T. III. p. 137. A.)
253 ferme nesciebat πῶς χρὴ τηλικόνδε ὄντα διανεῦσαι τοιοῦτόν τε
a καὶ τοσοῦτον πέλαγος λόγων. Sic enim legenti *Ficino* πέλαγος pro πλῆθος libenter adsentior; πέλαγος τῶν λόγων dixit et in Protag. p. 338. A. ex *Platone* sumptum forte Διανεῦσαι *Hesychio* restituit vir Summus in *Lucian.* p. 306. conf. notata Clar. *Ruhnkenio* in *Tim.* Lex. p. 58. — Nostro versu mendosa,
b quae prostat in Flor. Cod. lectio ἐκπνεῦσαι mihi in memoriam revocat elegantem *Marklandi* coniecturam, qua pro ἐκπεπνευκότας, in *Eurip.* Phoen. v. 1158. corrigit,

Πυκνοὺς κυβιστητῆρας ἐκνενευκότας·

ad *Eurip.* Suppl. v. 692. — Non erat praetermittendus locus *Trag.* Χρ. Π. ex his nostris derivatus 419. Ναὶ ναὶ κακῶν πέ-
c λαγος ἡ τάλαιν' ὁρῶ Τοσοῦτον, ὅσον (ὥστε) μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν, Μηδὲ πέρασαι (L. Μηδ' ἐκπερᾶσαι) κῦμα τῆςδε συμφορᾶς.

Vs. 826. *Τίνα λόγον τάλας, τίνα τύχαν σέθεν Βαρύποτμον, τλῆμον, προσαυδῶν τύχω*] In his, quae recte *Heathius* interpretatur, *Τίνα τίνα λόγον* in Flor. in hoc aeque ac Paris. scribitur, *Βαρύποτμον, γύναι, προσαυδῶν τύχω.* ad *τλῆμον* olim vocem *γύναι* adscripserant. — Versu 829. *Πήδημ' ἐς ᾅδου* d *κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι·* dedit ex Codd. *Musgrav.* quibus accedunt Flor. Paris. et *Gregor.* in *Χρ. Π.* ubi versu 232. dicitur Judas, *Πήδημ' ἐς ᾅδην κραιπνὸν ὁρμήσας τάχα.* — Apte quidem conveniunt *πήδημα κραιπνὸν*, sed erat Theseo certe *πικρὸν* videturque mihi diversa lectio diversae fuisse Editionis, aut a correctore quodam profecta. — Vs. 830. prout vocem e transposuit *Musgrav. μέλεα τάδε πάθη* dant duo etiam alii Codd. — Sequentes sic exstant in Paris. *Πρόσωθεν δέ ποθεν ἀνακομίζομαι | Τύχαν δαιμόνων, | Ἀμπλακίαισι τῶν πάροιθεν τινός.* Sic hos duo constituebat *Heathius: Τύχαν, δαιμόνων ἀμπλακίαισι τῶν | Πάροιθέν τινος. Ex veteri vero quadam origine repetendum* alicunde *hoc mihi evenit infortunium propter peccata cuiusdam maiorum meorum.* Non debuerant interposita di- a stinctione divelli voces, *Τύχαν δαιμόνων.* Fortuna etiam mala nobis divinitus oblata, sive *δαίμων* dicatur, seu *τύχη*, seu *τύχη δαιμόνων*, in talibus dictis nihil arbitror interesse. *Euripides* in Aeolo ap. *Stob.* p. 568, 38.

Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
Ὅστις φέρει κάλλιστ' ἀνὴρ οὗτος σοφός.

ibid. paulo ante v. 22. eiusdem est, *Ὅστις — εὐλόγως φέρει* b *Τὸν δαίμον'.* — Ad Hipp. versum 833. adscriptum recte *τῶν προγόνων.* In *Scholiis*, *ἁμάρτημα — προγονικὸν*, absurde mutatum in *πορνικόν·* quod minus mirabitur, qui legerit in emendatissimo *Timaei* Lexico *Platon.* p. 151. *γονικοῖς νόμοις* scriptum, pro *προγονικοῖς.* — Maiorum autem facinora in posteris puniri statuit ex opinione vulgo recepta Tragicus The- c seus, ut supra Phaedra v. 343. infra Hippol. v. 1380. Iphigenia in Tauris *Eurip.* v. 200. Ex eius Alcmaeone praebet ista *Stobaeus* p. 454, 40.

Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς
Μιάσματ'.

Grotius p. 338.

Commissa quae sunt in parentes, haec Deus d
Persequitur ultor.

vera quidem ista sunt; sed Graecis significantur, *ab ipsis parentibus commissa, quae Deus ultor in liberis persequitur.* Optime *Grotius* in Excerpt. ex *Euripide*,

Τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους
e *Θεοὶ τρέπουσι·*

Latina fecit p. 422.

In posterorum capita mos Dis vertere
Culpas parentum.

vid. *Marklandus* in *Lysiae* P. 113, 4. et Notata in Phoeniss. v. 941.

Vs. 834. *Οὐ σοὶ τάδ' ὦ ἄναξ ἦλθε δὴ μόνῳ κακά· Πολλῶν*
254 *μετ' ἄλλων δ' ὤλεσας κεδνὸν λέχος*] Literam δ' interieci vul-
a gatis, ex Codd. Flor. et Paris. quorum in illo voces hic erant vitiose scriptae, *ἐπῆλθε δή*, et *καινὸν λέχος*, pro *κεδνόν*· *Homerus ἀλόχους κεδνὰς* dixit, et *ἄλοχον κέδν' εἰδυῖαν*· *Hesiodus*, *Κεδνὴν δ' ἔσχεν ἄκοιτιν*, *θεογ.* v. 608. *uxorem iuvenculam ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς· Ἔ. καὶ Ἡ.* v. 697. *Euripides* in Oedipo, *Τέκνων ἁμαρτεῖν — Ἀλόχου τε κεδνῆς· κεδνῆς γυναι-*
b *κὸς* meminit etiam in Alcest. v. 97. ex qua Trag. locum excitat *Scholiastes* huic nostro simillimum: chorus illic Admetum usitata solatur consolantium formula v. 417.

Οὐ γάρ τι πρῶτος, οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν
Γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες.

apud Tragicos illa saepe recurrit.

c Vs. 836. *Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας Μετοικεῖν*] Ad ista satis fuisset addere, *τλάμων* (quam formam praebuit Cod. Paris.) nec facile dixeris, voces *σκότῳ θανὼν* quam vim addant vicinis; quibus adscriptum in Paris. Cod. *ἀποθανεῖν. σκότῳ συνὼν Reiskio* placebat. Dicitur quidem *ὁ θανὼν, κατὰ χθονὸς εἶναι* vel *κεῖσθαι* ut *Soph.* Antig. v. 518. *Eurip.*
d Heracl. v. 1033.; in *Soph.* Oed. in Col. v. 1699.

Ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος

est *aeternas sub terra tenebras sortitus*, pr. *indutus*, et *σκοτίας ἔχων χθονὸς περιβολάς*, ex *Eurip.* Troas. v. 389. sive *γαῖαν ἐφεννύμενος*, quod eleganter *D. Ruhnken.* restituit in Epigramm. Epist. Crit. I. p. 73. quo scribi quoque posset in eumdem sen-
e sum paulo aliter. — Omissis intermediis haec habet *Auctor* Trag. *Χρ. Π.*

Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
Τανῦν μετοικεῖν, σῆς θέας στερουμένη.

— Sequens vs. 839. *Ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο·* est in eodem dramate Christ. 896.

Vs. 840. *Τίνος δὴ κλύω; πόθεν θανάσιμος τύχα, Γύναι,* a
σὰν ἔβα τάλαιναν καρδίαν·] In Paris. Cod. legitur, *Γύναι, σὰν ἐπέβα, τάλαινα, καρδίαν·* in Flor. *ἐπέβαν τάλαινα·* ex Paris. *ἐπέβα* enotavit etiam *Musgrav.* quocum *δὴ* recepi. — Quia sequitur, *Εἴποι τις ἂν τὸ πραχθὲν*, in istis, *ἢ μάτην ὄχλον Στέγοι τύραννον δῶμα· Στέγοι* intactum reliqui: *εἴποι τις ἂν*, — *ἢ μάτην (ἂν) στέγοι.* Legitur in Paris. *στύγει·* in aliis apud *Musgrav. Στέγει.* Huc spectabat *Eustath.* in Il. Z. p. 499, 15. b
Εὐριπίδης που λέγει, ὅτι ὄχλον στέγει δόμος. Si Codex hic antiquus daret *ἐμὸν*, hoc vulgato *ἐμῶν* praeferrem: *ἢ μάτην ἐμὸν δῶμα τύραννον στέγοι προσπόλων ὄχλον.* Hinc *δῶμα τύραννον* forte sumsit *Diogenes Laërt.* VIII, 84. alia quidem huius generis pervulgata sunt, illud forsan non alibi legitur apud Tragicos. His Thesei congruunt ista Cereris apud *Claudian.* R. c
P. III, 189.

Heu ubi nunc, ubi nata, mihi? quo mille ministrae,
Quo Cyane?

Vs. 844. *Ἰώ μοι μοι, σέθεν μέλεος*] Paulo aliter dividuntur in Cod. Paris. *Ὦ μοι μοι, σέθεν | Μέλεος οἷον εἶδον ἄλγος δόμων.* | — Ad sequentem versum in eodem adscri- d
ptum, *τὸ ἀλλὰ ἀντὶ τῆς γάρ.* — Illic pro *ἀπωλόμαν*, ut in senario, scribi malim formam usitatam *ἀπωλόμην*, ex Flor. Cod. et Trag. *Χρ. Π.* ubi versus totidem scriptus literis est 904. — Versus 850. et seqq. sic leguntur in Paris. *Φέγγος ἀελίου τε, καὶ | Νυκτὸς ἀστεροπὸς σελάνα | Ὦ τάλας | Ὦ τάλας ὅσον κακὸν ἔχει δόμος.* — In istis *Δάκρυσί μου βλέφαρα Καταχυθέντα τέγγεται σᾷ τύχᾳ·* Flor. Codex dat *τέγγεται σὰν τύχαν.* e
in seq. v. pro *πάλαι* Flor. et Paris. male dant *τάδε.* Versus in *Χρ. Π.* 723. *Δάκρυσί τε βλέφαρα θερμοῖς τέγγεται·* hinc desumptus videtur, quamvis *βλέφαρα τέγγειν δάκρυσιν*, et similia passim legantur apud Tragicos; *lacrymis genas rigare, τέγγειν εὐῶπα παρειὰν, Sophocli* Antig. v. 536.

Vs. 856. *Τί δήποθ' ἥδε δέλτος; ἐκ φίλης χερὸς ἠρτημένη,* 255
θέλει τι σημῆναι νέον.] Primum ex Parisino Cod. *σημῆναι* scri- a
psi pro *σημᾶναι·* — non adeo propter *Phrynichi* cautelam in *Σημᾶναι*, — *λέγομεν δὲ διὰ τοῦ η, σημῆναι, θερμῆναι, καθῆραι·* — quam quod in Euripideis ubique sic verbum scriptum reperitur: aliorum, quae similia videntur, diversa est
ratio: recte scribuntur etiam ap. *Euripid. εὐφρᾶναι· περᾶναι·* b
μαρᾶναι· ὑγρᾶναι. — Deinde distinctionem vocum in his mutavi: haec obtinebat ante: *Τί δήποθ' ἥδε δέλτος ἐκ φίλης χερὸς Ἠρτημένη, θέλει τί σημᾶναι νέον;* Dubitare non poterat

Theseus, an tabellis his quid novi significaretur, sed quid sibi vellent tabellae. *Quid tandem istae sibi tabellae? ex cara manu suspensae quid novi significare volunt.* Paulo post v. 865.
c *Ἴδω τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει.* Hoc ferme sensu *Herod.* II. c. 13. *τὸ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν.* vid. ad *Herod.* P. 338, 3. — Displicuit, nec miror, *D. Heinsio* ad init. Hipp. *Senecae* haec inventio tabellae, cuius unius ope Tragicus fabulam suam explicuit. Sapienter *Joann. Racinius* in sua Phaedra hunc scopulum evitavit, et Oenonae nutrici fraudem tribuit sceleratam,
d quae Phaedrae virtutem dedecet: hac etiam in parte sincerum mihi iudicium videtur *Michaëlis Arnoldi Racinii, dans les Memoires de Litterature de L'Acad. des Inscript. et B. L. T.* VIII. p. 308, 309. — His tamen tabellis et cadavere pendentis Phaedrae quaesivisse videtur *Euripides* Thesei credulitati quamdam excusationem; quam paene nimiam finxit in suo dra-
e mate *Racinius.* Tabellas has, quantum memini, veteres alii non memorant. *Ausonius* in Eid. VI, 32. *Respicit abiectas desperans Phaedra tabellae;* quas intelligat tabellas non satis liquet. Hinc suam *δέλτον* sumsisse videtur *Heliodorus* II. p. 68. quam interfectae Thisbes invenerunt *τῶν στέρνων ὑπὸ τῇ μασχάλῃ προκύπτουσαν.*

a V. 858. *Ἀλλ' ἦ λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολὰς Ἔγραψεν ἡ δύστηνος ἐξαιτουμένη.*] *Num,* huius invidiam facinoris, (vel liberis novercam) *deprecata, misera mihi super lecto coniugali liberisque mandata perscripsit?* haec enim vocat more sui temporis eruditorum *ἐπιστολάς.* vid. *Jo. Alberti* ad *Hesych.* in *Ἐπιστολαί·* ubi in Lexico Reg. MS. eam in rem excitantur *Crafini* versus, et verba *Platonis, μεμνημένοι τῆς τοῦ πατρὸς ἐπι-*
b *στολῆς,* ex Timaeo p. 71. D. In Epistola *Lysidis* ad Hipparchum, Damo *θνάσκοισα Βισταλίᾳ τᾷ ἑαυτᾶς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν ἐπέστειλεν· moriens idem dedit mandatum filiae suae.* illud ipsum paulo ante dixit *ἐπισκάψιας.* Quae morientes facienda praecipiunt, illa dicuntur eximie quidem *ἐπισκῆψαι,* sed et *ἐπιστεῖλαι,* tum apud alios, tum *Xenphonti K. Ἀ.*
c V. p. 206, 37. *Ἑλλ.* I. p. 263, 32. — In *λέχους — καὶ τέκνων ἐπιστολὰς Schol.* in Cod. Reg. recte monuit *ὑπὲρ* subaudiendum, *λείπει ὑπέρ.* — Ad proxima comparari possunt ista Procridis morientis ad maritum, *Ovid.* Met. VII, 856. *Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.*

Vs. 862. *Καὶ μὴν τύποι γε σφενδόνης χρυσηλάτου — τῆσδε προσσαίνουσί με.*] *Atqui signum mihi arridet gemma im-*
d *pressum, quam gerebat aureae annuli palae inclusam. Ovidii* Byblis Met. IX. 565. *impressa signat sua crimina gemma: ima-*

go, quae dicitur eidem *impressa gemmae*, Ep. ex P. II, X, 1. τύπος σφενδόνης dici potuit, τύπος σφραγῖδος aliis, et σφραγιστῆρος apud *Diogen. Laërt.* VII, 50. *Λίθου σφραγῖδα ἐνδεδυμένην χρυσῷ, aureae annuli palae gemmam inclusam*, quam Aeacides Phocus pignus amicitiae acceperit, memorat *Pausanias* X. p. 872. f. Fulgorem emittere Daphnidis oculi dicuntur *Longo* IV. p. 128. καθάπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ ψηφίς. *Gemmam* si quis Phaedrae dare recusat, cuius tamen pater *Aegaea Minos classe perdomuit freta*, certe τύποι σφενδόνης sunt τὰ τῆς σφραγῖδος σημεῖα. *Photius* Lex. *MS.* Σφενδόνη, ὁ δακτύλιος ἄνευ τῆς σφραγῖδος. perinde est, sive σφραγῖδα dicas, seu *palam annuli*, σφενδόνην τοῦ δακτυλίου, Πυελίδα 256 quoque dictam *Aristophani* et *Lysiae*, teste *Harpocrat. Pollux* VII, 179. τὸ δὲ, ἵνα ὁ λίθος ἐναρμόζεται, (*Hesychio*, ἔνθα ἡ ψῆφος ἐν δακτυλίῳ, in V. Πυελὶς,) Πύελός τε καὶ Πυελίς. — *Lucianus* in Philopseude T. III. p. 51. scripsit, ἀναστρέψας — τὴν σφραγῖδα εἰς τὸ εἴσω τοῦ δακτύλου. alludens elegantem *Platonis* fabulam, de Rep. II. p. 359. E. narrantis Lydum pastorem τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν, εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός· in proximis illic opponuntur, στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην, et στρέφειν εἴσω. Paucis fabulam enarrans ex *Platone Cicero* de Off. III. c. 9. *cum palam*, ait, *eius annuli ad palmam converterat*; et mox, *cum in locum annulum inverterat*. — Quae *nobis arrident* illa quoque dicuntur ἡμᾶς προσγελᾷν, sive ἡμᾶς προσσαίνειν. *Herodoti* V. P. 420, 23. λαβόντα — προσεγέλασε τὸ παιδίον, de isthoc infante, αὐτοῖς προσμειδιάσαντα scripsisse videtur *Plutarchus* T. II. p. 163. F. Figurate *Aeschylus* Eum. 254.

a

b

c

Ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ·

quod *Scholiastes* explicat προσσαίνει. Eiusdem est in Prom. V. v. 834. εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι· *si quid tibi horum adblanditur*: in Agamemn. v. 1674. Οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη, φῶτα προσσαίνειν κακόν· *hominem malum adulari*. hoc forte verbum in Promethei fabula perdita posuerat etiam *Aeschylus*; *Attii* certe Prometheus dixit de Aquila,

d

Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.

Canes, *quorum amans dominorum adulatio* dicitur *Ciceroni* de N. D. II, 63. σαίνουροι· hinc etiam alia animantia, dum caudam blande movent, hominibusque alludunt, proprie Σαίνειν dicuntur, Προσσαίνειν, περισαίνειν et ὑποσαίνειν. Ab isthac origine significandi manarunt elegantes loquendi formae. Apud *Gellium* N. A. V. c. XIV. p. 329. *leo — caudam more atque*

e

a *ritu adulantium canum clementer et blande movet, hominisque fere corpori adiungit,* προσσαίνει. *Zenobius* Cent. V. Pr. 50. meminit προσσαινόντων τῇ κέρκῳ ζώων. *Calpurnius* Ecl. IV, 66. —

blandae cui saepe canenti
Adlusere ferae.

Cerberus, κέρκῳ σαίνων, est in *Aristoph.* Eq. v. 1028. *Lupa*
b nutrix *caudâ teneris blanditur alumnis,* ap. *Ovid.* Fast. II, 417. cuius est in XIV. Met. v. 258. *blandas movêre per aëra caudas. Statio* Sylv. III. Ecl. II, 38. Glaucus marinus patriam dicitur

Litoream blanda feriens Anthedona cauda.

Multa possent e Graecis Scriptoribus proferri quae nihil ad-
c modum facerent ad *Euripidem.* Lubet hic cum lectore communicare correctionem elegantem, quam mihi ante hos annos viginti vir Summus *Ti. H.* indicavit in *Theocriti* Eid. VI, 11.

— τὰ δέ νιν καλὰ κύματα σαίνει·

pro φαίνει· Galateam in litore currentem fluctus *alludunt;* ut
d in *Catulli* Carm. 63. v. 67. Ariadnes

delapsa e corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.

Ut hic apud *Eurip.* τύποι σφενδόνης — προσσαίνουσί με· apud *Soph.* Antig. v. 1228. Παιδός με σαίνει φθόγγος· Oed. in Col. v. 311. φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων Σαίνει με προστείχουσα.

e Vs. 866. Φεῦ· φεῦ· τόδ' αὖ νεοχμὸν ἐκδοχαῖς Ἐπεισφέρει θεὸς κακόν·] In Codd. Flor. et Paris. legitur Ἐπιφέρει θεὸς κακόν· κακῶν ex binis Edd. primis recipiendum *Heathius*, et in constructione iungenda putat ἐκδοχαῖς κακῶν. ἐκδοχὴν πυρὸς dabit *Aeschylus* Agam. v. 307. contulit utrumque *Claudius Sallierius* ad *Thomam M.* in Ἐκδοχή. Κακὸν κακῶν διάδοχον
257 et similia prostant in nota ad *Eurip.* Phoen. v. 374. *Marklandi*
a ad Suppl. v. 69. qui hic in Euripideis, pro ἐμοὶ μὲν οὖν, corrigit ἐμοὶ μὲν ἂν Ἀβίωτος βίου τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν Εἴη τυχεῖν· quae vix video quo pacto construi possint, nisi scribantur Ἀβίωτον βίου τύχαν — Εἴη τυχεῖν. iungitur saepe τυχεῖν cum quarto casu. Πρὸς τὸ κρανθὲν cum *Scholiaste* recte cepit *Heathius* πρὸς τὸ συμβάν· cui sic versus isti videntur dividendi:

b Ἀβίωτος βίου
Τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν εἴη τυχεῖν·
Ὀλομένους γὰρ οὐκ ἔτ' ὄντας λέγω.

Vs. 871. Ὦ δαῖμον, εἴπως ἐστὶ, μὴ σφήλῃς δόμους] In Paris. Cod. legitur σφάλης· scribi potuit μὴ σφάλλῃς δόμους· — sequenti versu pro γὰρ ex Codd. recte δὲ receptum, Αἰτουμένης δὲ κλῦθί μου. — In proximis, — πρὸς γάρ τινος Οἰωνὸν ὥστε μάντις εἰσορῶ κακοῦ· κακὸν praebent Codd. Flor. et c
Paris. parum refert utrum malum omen οἰωνὸν dicas κακοῦ, an κακόν· hoc tamen potius videtur Euripideum: sic in Helenae v. 1057. Κακὸς μὲν ὄρνις. Iph. in Aul. v. 1347. πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγου. Or. v. 786. οὗτος οἰωνὸς μέγας. Rarius Sophocleum praebet *Photius* Lex. *MS.* Εὐορνιθείαν (L. Εὐορνιθίαν) Σοφοκλῆς ἐπὶ τῶν οἰωνῶν. Maior difficultas in vicinis d
πρὸς γάρ τινος· *Aemilio Porto* πρὸς hic adverbialiter positum videbatur pro πρὸς ἔτι *praeterea:* vereor ut illud usquam inveniatur in tali verborum structura positum. Forte significatur, *nam velut vates video malum omen alicunde oblatum*, ut vel Phaedrae Chorus intellexerit tabellam, qua non temere augurabatur mala contineri iam notis multo graviora; vel ipsum e
Thesea iuxta *Heathium:* hoc ferme modo πρὸς adhibetur in Phoen. v. 365. Μή τις δόλος με πρὸς κασιγνήτου κτάνῃ· similibusque, quae perpauca tantum dantur.

Vs. 874. Οἴμοι· τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακὸν Οὐ τλητὸν οὐδὲ λεκτόν.] Viro Doctissimo hic in mentem venerat legendum, Οὐ τλητὸν, οὐδ' ἀνεκτόν. *Reiskii* coniectura pro- a
stat non absurda legentis, Οὐ στεκτὸν οὐδὲ λεκτὸν, *quod neque silentio condi, neque honeste proferri potest.* Sed auctoritate quadam debebat στεκτὸν confirmari, qua probabile lectori redderetur: *Sophocles* quidem dixisse videtur in Trach. v. 1009.

> Οὐ γὰρ ἔχω πῶς
> Ἂν στέξαιμι κακὸν τόδε λεύσσων·

non, quod vulgatur, στέρξαιμι· et aliquoties στέγειν sic adhi- b
buit *Sophocles:* in Philoct. scripsit v. 135. Τί χρή με — στέγειν ἢ λέγειν. sed nusquam στεκτόν· contra Οὐ τλητὸν, et similia satis usitata sunt in talibus: οὐδὲ λεκτὸν hoc sensu paulo rarius: est tamen in *Aristoph.* Av. v. 422. οὔτε λεκτὸν, οὔτε πιστόν. — Supra dixerat Theseus v. 846. Οἷον εἶδον ἄλγος δόμων Οὐ τλητὸν οὐδὲ ῥητόν. Utrumque transtulit hinc in c
suum drama *Gregorius* qui dicitur, ubi versus est 714. οἷον ἔργον νῦν βλέπω Οὐ τλητὸν οὐδὲ λεκτόν· alterum Οὐ τλητὸν, οὐδὲ ῥητὸν, est in versu 904. Οὐ τλητὸν ὁρᾶν, *Euripidis* in Alc. v. 887. Οὐκ ἔστι τοὔργον τλητὸν *Sophoclis* in Aj. v. 466. Dixisse *Diphili* mihi videtur Parasitus,

> Διὰ τὴν τάλαιναν πάντα τλητὰ γίνεται,

d apud *Athen.* X. p. 422. C. ubi vulgatur, *πάντα ταῦτα γίνεται.* Dantur in eam sententiam dicta quaedam Comicorum; hoc etiam in Epist. *Alciphronis* nondum edita: *Ὑβρίζεσθαι πρὸς τοῦ τρέφοντος, εἰ καὶ ἀνόσιον, φορητόν.*

Vs. 877. *Βοᾷ βοᾷ δέλτος ἅλαστα· πᾷ φύγω*] Haec sic dividuntur in Cod. Paris. *Βοᾷ βοᾷ δέλτος ἅλαστα.* | *Πᾷ φύγω*
e *βάρος κακῶν;* | *Ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι.* pro vulgata vocula *ποῦ*, *ubi*, illinc recepi *πᾷ φύγω*; *quo fugiam:* non nescio quam multa possint Grammaticorum observatis obmoveri; et sane nolim ista talia nisi Codicum auctoritate mutari: — quia paulo post *τλάμων* erat in Cod. Flor. hoc quoque recepi pro *τλήμων.* — Ex versu 879. *μέλος*, de prosa oratione positum, attigit *G. Cuperus* Obs. II. c. X.

258 Vs. 881. *Αἶ· αἶ· κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.*] Alio
a sensu versus adhibetur in *Χρ. Πάσχ.* quam quo voluit *Euripides* intellectum: illic nuncius cum dixisset post multa narrata, *Ἐν ἡμέρᾳ γὰρ τῇδε λείψει τὸν βίον*, Respondet Maria v. 418.

Αἶ, αἶ, κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον·

b videtur enim auctor *causam malorum* per *κακῶν ἀρχηγὸν* voluisse designatam, ut beneficiorum auctores saepe dicuntur *ἀγαθῶν ἀρχηγοί.* Significatur *Euripidi* nihil aliud nisi, *ordiris sermonem mala nobis nunciaturum;* sive *verba nobis effers malorum praenuncia:* hoc est in Phoen. v. 1346. *οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχῃ λόγου·* ubi quaedam notata sunt. — Vitiose sequentia leguntur in Flor. *τὸ δ' ἐμὸν οὐκ ἔστι στόματος·*
c — in proximis semel *ὀλοὸν*, semel etiam vocem *πόλις* exhibent Codd. Flor. et Paris. ille praeterea *δυσεκπέραντον.* Hos versus ita constituit *Heathius: Καθέξω δυσεκπέρατον, ὀλοὸν* | *Ὀλοὸν κακόν·* | *Ὦ πόλις, πόλις.*

Vs. 885. *Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν*] Una vo-
d ce mutata, more suo Tragicus, saepius in diversis Tragoediis eosdem adhibens senarios, hunc dedit in Elec. 255.

Οὐ πώποτ' εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν.

Helenae v. 801. *Ἄθικτον εὐνὴν ἴσθι σοι σεσωσμένην.* Recte comparavit ista *Gataker*us cum phrasi aliis adhibita *ἅψασθαι γυναικός·* In versum 953. Phoen. notata mihi satis accurate
e videbantur disputata; viro Clariss. *levissima sane* videntur: suus cuique gustus est.

Vs. 887. *Ἀλλ', ὦ πάτερ Πόσειδον, ὡς ἐμοί ποτε Ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι Τούτων ἐμὸν παῖδ'*] *Sed pater*

Neptune, quae mihi quondam tria te impleturum pollicitus es optata, horum unum implebis, si filium meum perdideris; sive verbis *Senecae* Hippol. v. 945.

En, perage donum triste, regnator freti; a
Non cernat ultra lucidam Hippolytus diem.

Accusativus is, a reliquis solutus, quibusvis usitatus Scriptoribus et saepe fuit a viris eruditis pertractatus. — Si qua fides hac in re *Scholiastae*, de tribus optatis ante, quam haec evenirent, duo iam impetraverat Theseus; haec enim tria memorat optata, τὸ ἀνελθεῖν ἐξ ᾅδου· τὸ ἀποστρέψαι ἀπὸ τοῦ Λαβυρίνθου· τὸ πεμφθῆναι τῷ υἱῷ αὐτοῦ θάνατον. eadem infra *Scholiastes* attigit in vs. 1350. Sed duo priora hominum Theseus fuit adeptus beneficio; et de tribus concessis unum duntaxat Thesei novisse videntur optatum *Euripides* et *Seneca*; quorum loca quaedam collegit *Jo. Meursius* in Theseo c. I. et haec quodammodo favent liberiori paraphrasi, quam dedit horum *Euripidis Brumoeus*, Anglo correctori *H.* notatus. Sed fidem firmat Scholiastae *Cicero*, *ex tribus optatis* hoc de Hippolyti interitu *tertium* appellans, de Off. I. c. X. Qui haec illic scripsit *Cicero*, *si, ut in fabulis est, Neptunus quod Theseo promiserat non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus: ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit; quo impetrato in maximos luctus incidit.* illum miror equidem post ista L. III. c. 25. *Quid? quod Theseus exegit promissum a Neptuno?* cur haec adiecerit: „cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit in„teritum Hippolyti, filii sui, cum is patri suspectus esset de „noverca: quo optato impetrato Theseus in maximis fuit lu„ctibus.“ Haec si forte *Jo. Aug. Ernesto* similibusque viderentur a mala manu *Ciceronis* orationi interiecta, his ego quidem perlibenter adstipularer.

Vs. 890. *"Αναξ, ἀπεύχου ταῦτα, πρὸς θεῶν πάλιν*] Codices in *ἀπεύχου ταῦτά* conspirant: mihi tamen potius scripsisse videtur *Euripides*, *ἀνεύχου ταῦτα·* Alteri optata si quis 259
evenire nolit, illa quidem dicitur quis *ἀπεύξασθαι·* ut in his a
Platonis de LL. III. p. 687. D. *ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τοῦ υἱέως εὐχὰς γίγνεσθαι.* Sed qui palinodiam cantat, et sua ipsius optata revocat, is, ut opinor, dicitur *'Ανεύξασθαι·* quique illis alia substituit meliora, *Μετεύξασθαι·* Hoc in *Euripidis* est Medea v. 600.

Οἶσθ' ὡς μετεύξῃ, καὶ σοφωτέρα φανῇ,
Τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτέ.

Sic, *Grotium* sequutus, recte vulgavit illic *Barnesius:* comparari potest *Μετοιωνίσασθαι* in Orat. *Dinarchi* c. Dem. p. 94, 5. 101, 33. et *Harpocration* in v. — *'Ανεύχεσθαι* isto sensu,
c quo dicebam, legitur in *Platonis* Alcib. II. p. 142. D. *ὀλίγον δὲ ἐπισχόντες παλινῳδοῦσιν, ἀνευχόμενοι ἅττ' ἂν τὸ πρῶτον εὔξωνται.* et p. 148. B. Vide quam diversa hominum sint iudicia: mihi hic *ἀνεύχου* placet: contra ex hoc ipso etiam Hippolyti versu, *ἀπευχόμενοι Platoni* restituendum iudicabat vir Elegantiss. *Claudius Sallierius:* vid. *L'Histoire de L'Academie R. des Inscript. et B. L.* Tom V. p. 104. Nusquam verbum
d illud *ἀνεύχεσθαι* se legere vir Doctiss. recordabatur. Usurpatum bis *Platoni, Polluci* V, 130. pro *ἀναλύειν τὴν ἀρὰν, 'Ανεύξασθαι* videbatur *βιαιότερον*, et potius Attice dicendum *'Αναράσασθαι·* quod adhibitum *Callistheni* novimus e *Suida* in *'Αναρᾶσθαι.* ubi cum *Kustero* notatis comparari poterit *P. Leopardus* Em. VI. c. IV. Cum harum rerum studioso Lectore
e communicabo duas observationes ex *Apparatu Soph. Phrynichi,* quem possidet ineditum *Dav.* Noster *Ruhnkenius: 'Αναμαντεύεσθαι σημαίνει τὸ, τὰ μαντευθέντα ἅπαξ πειρᾶσθαι ἀμάντευτα ποιεῖσθαι. — 'Ανήδομαι ἐφ' οἷς ἥσθην, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐφήδομαι. Ἕρμιππος· ἃ (F. leg. Ἃ γὰρ) τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι. ἀντὶ τοῦ, καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνοις γεγενημένην ἀποῤῥίπτω καὶ ἀποτίθεμαι ἡδονήν.* quarum prior huc certe pertinet.
a — Paulo post Vs. 894. *Δυοῖν δὲ μοίραιν θατέρᾳ* — Flor. Cod. dat *θ' ἁτέρῳ·* pro *θατέρᾳ* scribendum potius *θ' ἡτέρᾳ·* prout scribitur in Rhesi v. 449. et in *Aristoph.* Av. v. 1365.

Vs. 901. *Θησεῦ τὸ λῷστον σοῖσι βούλευσαι δόμοις*] In versu praecedenti ad *ἐξανεὶς* adscriptum *παυθεὶς* in Cod. Paris. Hoc in loco suspicor lectos in Editione Hippolyti prima duo
b versus *Stobaeo* citatos ex Hipp. p. 434, 22.

Θησεῦ, παραινῶ καὶ τὸ λῴστον φρονεῖν·
Γυναικὶ πείθου μηδὲ τἀληθῆ κλύων.

in Ed. *Grotii* leguntur p. 311. In hunc sexum iam plus satis debacchatus his versibus merito substituit alios in Editione dramatis emendata. Dixit et in Stheneboea Noster: *πιστεύειν δὲ*
c *χρὴ Γυναικὶ μηδὲν ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.* *Antiphanis* apud eumdem *Stobaeum* dictum legitur:

'Εγὼ γυναικὶ δ' ἕν τι πιστεύω μόνον,
'Επὰν ἀποθάνῃ, μὴ βιώσεσθαι πάλιν.

Vs. 903. — *τὸ μέν τοι πρᾶγμ', ἐφ' ᾧ τινι στένεις, Οὐκ οἶδα*] In Codd. omissum, *νῦν* recte reiecit *Musgravius;* ad

istos Codd. accedunt Paris. et Flor. Videri poterit aliam in suo d
Codice lectionem, ἐφ' ᾧ τὰ νῦν στένεις, invenisse *Scriptor* dramatis *Χρ. Π.* qui haec et vicina sic transtulit v. 842.

Κραυγῆς ἀκούσασ' ἐκπέπληγμαι παντλάμων
Ἐγὼ, τὸ μέν τι (τοι) πρᾶγμ', ἐφ' ᾧ τὰ νῦν στένεις
Οὐκ οἶδα, βουλοίμην δ' ἂν ἐκ σέθεν κλύειν.

Idem illud τὰ νῦν Codex Flor. exhibet in Medeae v. 504. sed e
et illic Poëta scripsisse videtur

καλῶς γ' ἂν οὖν
Δέξαιντό μ' οἴκοις.

Minimum vicies in Sophocleis obvium, τὰ νῦν rarissimum est in Euripideis, neque hic videtur a Christiano Poëta lectum, qui illud ipsum τὰ νῦν frequentavit, v. 105. 221. 280. 331. 260
653. 902. 1042. 1069. 1211. etc. a

Vs. 905. *Ἔα, τί χρῆμα; σὴν δάμαρθ' ὁρῶ, πάτερ, Νεκρόν· μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον.*] Haec quoque transsumsit et seqq. *Scriptor Χρ. Π.* v. 852.

Ἔα, τί λεύσσω; σὸν δέμας νεκρὸν, τέκνον,
Ἀθρῶ, μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον,
Ὃς ἀρτίως κέκραγε πρὸς τὸν πατέρα. b

est ibidem v. 2005. *Ὄντως μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον.* Formula, *Ἔα, τί χρῆμα;* sive *τί τοῦτο;* est rem inexspectatam admirantis: in *Eurip.* Or. v. 1611.

Ἔα, τί χρῆμα; λαμπάδων ὁρῶ σέλας.

Androm. v. 896. *Ἔα, τί χρῆμα; μῶν ἐσφάλμεθ', ἢ σαφῶς Ὁρῶ* etc. Troasin v. 298. *Ἔα, τί πεύκης ἔνδον αἴθεται* (MS. Flor. *ἵσταται*) *σέλας;* Apud *Lucianum* I. p. 216, 59. *τί τοῦτο;* c
δακρύεις; sic passim ista recte separantur, ut p. 225, 15.

Vs. 907. *Ἦν ἀρτίως ἔλειπον· εἰς φάος τόδε Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.*] In Paris. Cod. legitur *ἔλειπον, ἢ φάος τόδε*, et ad *ἔλειπον* adscribitur *λείπει τὸ ζῶσαν.* In alio Codice repertum, *ἢ φάος τόδε*, probavit *Musgravius:* in reliquis cum reperiatur, *εἰς φάος τόδε — εἰσεδέρκετο·* nihil videbatur d
causae cur sperneremus phrasin *εἰς φάος εἰσδέρκεσθαι.* Prout in Edd. legebantur, *Ἦν ἀρτίως ἔλειπον εἰς φάος τόδε, Οὔπω χρόνον π. εἰς.* exhibet hos versus *Priscianus Putschii* p. 1168. f. illos excitans ex Hippolyto *στεφανηφόρῳ·* in hoc dramate legi non recordatus *Barnesius* sivit illos ad reliquias referri *Ἱππολύτου καλυπτομένου* p. 475. — *Reiskio*, et viro cuidam Do- e

cto, quem *Scaligerum* vocant, placuit ὡς φάος τόδε — quod habet in his drama *Χρ. Π.* v. 859, 60. Ὃν ἀρτίως ἔδραμον (scripserat forsan, ἔδρακον) ὡς φάος τόδε Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο. — Recte Scholiastes ista, Οὔπω χρόνον παλαιὸν, interpretatur, οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου, ἀλλ' ἔναγχος. est tamen illud paulo insolentius: *Soph.* Phil. v. 494. Ὃν δὴ
a παλαιὸν ἐξότου δέδοικ' ἐγὼ Μή μοι βεβήκοι. ubi παλαιὸν *Scholiastes* etiam explicat πρὸ πολλοῦ χρόνου. In *Eurip.* Iph. in Aul. v. 419. Χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν.

Vs. 909. Τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται;] Legitur in Flor. τῷ διόλλυται τρόπῳ; sicut hic in Trag. *Χρ. Π.* v. 861. in *Sophoclis* Elec. v. 681. τῷ τρόπῳ διόλλυται; in Trach. v.
b 893. τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς; in *Eurip.* Ion. v. 347. τίνι τρόπῳ διεφθάρη; Alteram formulam, Τί χρῆμα πάσχει, *Bergler.* admovit Nubibus *Aristoph.* v. 814.

Vs. 911. Σιγᾷς; σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς] Non deterior est ordo vocum in Flor. ἔργον οὐδὲν ἐν κακοῖς. Adsentior *Marklando* hunc versum postponenti versui 912. his adeoque duobus:

c Ἢ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν
Κἂν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται.

Aliter tamen iudicantem vide Clar. *Heathium.* Favet eleganti coniecturae conditor Trag. Christ. certe, quos continuos legit *Marklandus*, continuos exhibet v. 861. et seqq.

Τί χρῆμα πάσχεις; τῷ τρόπῳ διόλλυσαι,
d Τέκνον; πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα.
Ἢ γὰρ ποθοῦσα καρδία πάντ' εἰδέναι
Κἂν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται.

Hic illic etiam alibi versus in Tragoediis *Sophoclis* et *Euripidis* videntur transponendi. Cum sententia, duobus istis versibus transponendis expressa, componi commode poterit haec in Oedipo *Senecae* v. 208.

e *Ubi laeta duris mista in ambiguo iacent,*
Incertus animus, scire cum cupiat, timet.

Cum versu, Σιγᾷς; σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς· concinit a Perseo forte dictus in Andromeda,

Σιγᾷς, σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων·

apud *Stobaeum* p. 215, 27. omissus *Grotio.* Quid sit οὐδὲν ἔργον vel hic monstrabit *Sophoclis* senarius,

Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ, 261

apud *Stobaeum* p. 145, 31. a

Vs. 914. *Οὐ μὴν φίλους γε, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους Κρύπτειν δίκαιον*] Parum refert utrum sic scribatur, an *φίλους τε, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους*· id est *καὶ φίλους καὶ ἔτι μᾶλλον ἢ φίλους*· ut *Aeschylus* Prom. V. v. 986.

Οὐ γὰρ σὺ παῖς τε κἄτι τοῦδ' ἀνούστερος. b

sic scribendum pro *καὶ ἔτι*. *Soph.* Antig. v. 64.

Καὶ ταῦτ' ἀκούειν, κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.

Eurip. Hec. v. 665. *Ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω, Δέσποιν' ὄλωλας, κοὐκ ἔτ'* (sic MSS. Leid.) *εἶ βλέπουσα φῶς.*

Vs. 916. *Ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι μάτην*] Prima c facie speciosissima videtur viri Praestantissimi coniectura corrigentis,

Ὦ πολλὰ μανθάνοντες ἄνθρωποι μάτην·

si retractare vulgata voluerit Cl. *Marklandus*, fatebitur, opinor, non eos qui discerent, sed qui varias artes docerent alios alloqui Thesea Tragicum; posse autem a prioribus separatam d vocem *μάτην*, quae vel imprimis mutationem commendabat, ad sequentia referri. Mihi certe nihil sic scriptis inesse videtur vitiosi,

Ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι, μάτην
Τί δὴ τέχνας μὲν μυρίας διδάσκετε;

ô homines in multis peccantes, quid sane frustra sexcentas artes docetis alios? cum unam omnium utilissimam nesciatis: — e *Ἓν δ' οὐκ ἐπίστασθ', οὐδ' ἐθηράσασθέ πω, Φρονεῖν διδάσκειν οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς.* *Grotius* in Exc. p. 218.

Sed nullus unam rem scit aut scire studet,
Qui sapere doceat hunc cui mens non adest?

Quod in his Codices exhibent in dubiis spectatissimi, Flor. et- a iam et Paris. *οὐδ' ἐθηράσασθέ πω*· praetuli duorum Codicum lectioni *οὐδὲ δὴ θηρᾶσθέ πω*· quae videri posset a correctore profecta. — Hic mota fuit difficultas, quid itaque iuvarent tot sapientum et Poëtarum monita, ad mentem hominum bene informandam comparata, si nemo possit alios *φρονεῖν διδάσκειν*; tollit difficultatem *Scholiastes* ex adiectis a Poëta, *οἷσιν* b *ἔνεστι νοῦς*. Hoc iam ante tradiderat explicatius *Theognis* v. 430.

φρένας ἐσθλὰς
Ἐνθέμεν· οὐδείς πω τοῦτό γ' ἐπεφράσατο,
Ὅστις σώφρον' ἔθηκε τὸν ἄφρονα, καὶ κακὸν ἐσθλόν.

ubi plura sequuntur. Vere hic *Schol. Euripidis.* εἰς γὰρ νοῦν, inquit, ἔχοντα ἄνδρα καταβαλλομένη παραίνεσις καρπὸν φέρει·
c εἰς δὲ ἄνουν, μάτην ἐκρίπτεται. ad mentem etiam *Euripidis*; cuius dictum πρὸς τὸν ἀσύνετον ἀκροατὴν laudat *Plutarchus* T. II. p. 502. C.

Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι,
Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.

quos, ex perdito dramate, senarios adnotare non neglexit
d *Stobaeus* p. 53, 40. *Grot.* p. 31. Dolium illud pertusum *Euripidis* Atticistae nonnulli respiciunt: est epigramma *Luciani* in Anthol. I. c. XXX, 4.

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος· εἰς ὃν ἁπάσας
Ἀντλῶν τὰς χάριτας εἰς κενὸν ἐξέχεας.

In talibus Sapientes varias imagines adhibuerunt: Pythagorae fuit intelligentibus praeceptum, Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν.
e *Epicteti* simile dictum *Gellius* explanat N. A. XVII. c. XIX. *Plato*, apud utrumque Dionysium in Sicilia disserens de iustitia, de lege, de republica, eleganter *Aristidae* dicitur σπείρων τὰς πέτρας T. III. p. 377. Ex eadem sunt imagine nostris in Libris Sacris ὁ εἰς τὰς ἀκάνθας, et ὁ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς (λόγος) *Matth.* Ev. XIII, 20, 22. et in locis parallelis: nec
262 multum ab altera imagine abludit illud optimi Praeceptoris,
a *Matth.* IX, 17. οὐ — βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς.

Vs. 921. Δεινὸν σοφιστὴν εἶπας, ὅστις εὖ φρονεῖν Τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατὸς ἔστ' ἀναγκάσαι] Hoc recepit ex Codd. *Musgravius*, pro ἀναγκάζειν· quod dant et Flor. et Paris. in illo tamen errore calami scriptum ἀναγκάζαι· in hoc adscrip-
b tum interpretamenti loco διδάξαι, *sic docere, ut blanda necessitate cogas* ad adsensum: *Laberium* Caesar ἠνάγκαζεν ἐς τὸ θέατρον παραβῆναι. quae coëgit paene invitum equitem Romanum necessitas, ut in scena suos ipse mimos ageret, ipsi *Laberio* dicitur apud *Macrobium* Saturn. II. c. VII.

Viri excellentis mente clemente edita
c *Submissa placide blandiloquens oratio:*

Caesaris haec erat πειθανάγκη. et saepius in hunc adhibetur sensum Ἀναγκάζειν. Ad sententiam Theognidea respondent v. 437. διδάσκων

Οὔποτε ποιήσεις τὸν κακὸν ἄνδρ' ἀγαθόν.

et v. 432.

Εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτο ἔδωκε θεὸς
Ἰᾶσθαι κακότητα — d
Πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον·

quae cum sequentibus adhibet in Menone *Plato* T. II. p. 95, 96. — Peritum talem sapientiae doctorem *Δεινὸν σοφιστὴν* vocat *Euripides:* non in laudem certe vocabat *Demosthenem Aeschines δεινὸν καὶ γόητα καὶ σοφιστὴν*, ipso teste *Demosthene* de Cor. p. 185. m. sed olim *Σοφιστὴς* honesta sapientum e fuit aut in quavis arte excellentium adpellatio, *Aristides* T. III. p. 517. *Οὐχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφιστὴν κέκληκεν; οὐ Πυθαγόραν; — οὐκ Ἀνδροτίων τοὺς ἑπτὰ σοφιστὰς προσείρηκε. Eustath.* in Il. *O.* p. 1028, 53. *Σοφοκλῆς δὲ, φασὶ, τὸν κιθαρῳδὸν Σοφιστὴν λέγει.* Thamyrin sic forte dixerit *Sophocles* in dramate cognomine. Scripsisse suspicor *Auctorem* Rhesi v. 924. *ἤλθομεν — Μοῦσαι μεγίστην εἰς ἔριν μελῳδίας Δεινῷ* a (pro *Κείνῳ*) *σοφιστῇ Θρῃκὶ, κἀκτυφλώσαμεν Θάμυριν.* Quod hic scriptum mallem, illud ipsum non admodum placet in *Eurip.* Suppl. v. 903. ubi haec prostant in laudem Tydei,

Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι
Δεινὸς, σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.

Non quidem illud drama valde videtur elaboratum; sed neque b ista scribendi negligentia *Euripidi* convenire, qua dixisset *σοφιστὴν, πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.* in opinione dudum suscepta *Marklandi* me iudicium confirmavit, de sanitate dubitantis istius loci. Suspicatus sum iam olim, ista describentis calamo vocem effluxisse *σοφιστὴν*, sequentia dum cogitabat; *Euripidem* aliam posuisse: hic omnium aptissima *παλαιστὴς* videretur. Nemini versus essent de menda suspecti, si sic legerentur in Codicibus antiquis: c

Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι
Δεινὸς παλαιστὴς, πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφός·

Tragicis usitata sunt *λέγειν σοφός· νοεῖν σοφὸς*, et similia: *Δεινὸς παλαιστὴς* figurate ponitur in hoc ipso dramate Suppl. v. 704. *Τοῖον παλαιστὴν Aesch.* Prom. v. 918. de Ulysse *Sophocles* in Phil. v. 432. *Σοφὸς παλαιστὴς κεῖνος.* d

Vs. 923. *Ἀλλ', οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς, πάτερ, Δέδοικα μή σου γλῶσσ' ὑπερβάλῃ κακοῖς*] *Sed vero* (*neque enim nunc convenit minuta talia subtiliter persequi*) *mi pater, vereor,*

ne his malis lingua tua modum excedat. Sensit opinor suum ipsius peccatum *Euripides*, quo patrem Thesea fecit minus
e oportuno temporis articulo etiam in sequentibus λεπτολογοῦντα. *Racinius* filius, ubi comparat Euripideum drama cum paterno, dicta Thesei moderate vocat *des réflexions un peu trop longues dans une pareille circonstance.* — Qua dixi ratione si capiantur, ut mihi quoque videntur accipienda Euripidea, *Marklandi* probari debet correctio legentis, (οὐ γὰρ ἐν δέοντι [sc. ἐστὶ]
263 λεπτουργεῖν.) Vulgatae lectionis defensorem se professus est
a *Heathius*, cui *Marklandi* emendatio sententiam corrumpere videtur; *Hippolytum enim*, ait, *pronunciare facit, nunquam fas esse subtiliter disputare*; quin imo dicentem illum facit, ad ista talia minuta subtilitate disputanda tempus non esse oportunum, quo stabat ad triste spectaculum attonitus. Parum re-
b fert in talibus utrum dicatur ἐν δέοντι, ἐν δέοντι καιρῷ· ἐν καιρῷ· an ἐς δέον, sive καιρός. *Sophoclis* est, Νῦν καιρὸς ἕρδειν· *Euripidis*, Ναὶ πρὸς θεῶν ἀρήξατ', ἐν δέοντι γάρ· idem esset, καιρὸς γάρ ἐστιν ἀρήγειν· nonnunquam apud alios distinguuntur quodammodo ἐν τῷ δέοντι καὶ τῷ καιρῷ· velut aliquoties in dialogo περὶ δικαίου, Platonicis subiecto T. III. p. 373. sed aliter adhibuit illud ἐν δέοντι *Euripides* locis a
c *Marklando* citatis: *Diomedes* Scholiis *MSS.* in *Dionysii Thracis* Artem Gramm. Critico scribit exigendam τὴν τῶν Ποιητῶν καλῶς ἢ κακῶς, ἢ ἐν δέοντι, ἢ ἐν μὴ δέοντι, ἢ εὐκαίρως ἢ ἀκαίρως λεχθεῖσαν ἔννοιαν. — Incerti senarius est apud *Stobaeum* p. 217, 6.

Ληρεῖς, ἐν οὐ δέοντι καιρῷ φιλοσοφῶν.

d *Grotio* p. 142. *Nugaris, agens intempestive philosophum.* — Λεπτουργεῖν hic idem paene notat ac Aristophaneum λεπτολογεῖν· *minuta subtiliter persequi*; adhibetur et ἐκλεπτουργεῖν, et in eumdem sensum Μικρολογεῖσθαι· quod in *Aristidis* Panathen. T. I. p. 240. περὶ σμικρῶν λέγειν, *Schol.* ineditus interpretatur. — λεπτῶς καὶ πυκνῶς Πάντ' ἐξετάζ [ων] δέδιεν ἐπὶ τὰ πράγματα Ὁρμᾶν προχείρως, *Amphidi* apud *Athen.* X. p. 448. A.
e *Euripidem* suam ipsius in disserendo subtilitatem laudantem facit *Aristophanes* in Acharn. v. 444. Δώσω· πυκνῇ γὰρ λεπτὰ μηχανᾷ φρενί.

Vs. 925. Φεῦ, χρὴν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον Σαφές τι κεῖσθαι καὶ διάγνωσιν φρενῶν·] Graeci Tragici sententiam egregie *Racinius* explicuit, dum ista facit Thesea dicentem in Phaedra:

Faut-il que sur le front d'un profane adultere

Brille de la vertu le sacré caractere?
Et ne devroit-on pas à des signes certains
Reconnoître le coeur des perfides humains?

Eleganter expressit *Grotius* p. 218. Excerpt.

Debuerat esse certa amicorum nota b
Discriminatrix mentium, unde agnosceres
Quis verus esset, quisque sublesta fide.

Ὅστις τ' ἀληθής ἐστιν, ὅστε μὴ φίλος. — Huius similliimam *Euripidis* Medeae sententiam v. 515—519. plures adhibuere veterum, *Clemens* etiam *Alex.* et *Lucianus*, qui bis terve eamdem alludit. Nostrum hoc ex Hippolyto dictum qui cita- c verit neminem novi; quo tamen aeque ac *Xenophontea* Socratis respexisse mihi *Cicero* videtur de Amicit. c. XVII. ubi saepe questus narratur Scipio, homines in aliis quidem rebus *parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse; neo habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent.* Quod addit *Cicero*, *sunt igitur firmi, et stabiles et constantes eligendi;* hos vocibus etiam d Euripideis diceres *ἀληθεῖς φίλους*, sive *σαφεῖς*· Socrates *Xenoph.* *Ἀπομν.* II. p. 435, 5. dici vulgo solere aiebat, *ὡς πάντων κτημάτων κράτιστον ἂν εἴη φίλος σαφὴς καὶ ἀγαθός*· *omnium esse possessionum optimam amicum certum et bonum.* *Eurip.* Hec. v. 1234. *Ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ οἱ 'γαθοὶ σαφέστατοι Φίλοι*· atque in istiusmodi rebus incertis amicum certum et ve- e rum a falso dignosci saepius eiusdem dixit Orestes, quo judice idoneo v. 1160.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον ἢ φίλος σαφής·

Idem de Pylade in Iphig. Taur. v. 919. *μόνος ἐμοὶ σαφὴς φίλος*· in eiusdem dramatis v. 610. scribi malim *τοῖς φίλοις τ' ὀρθῶς φίλος*· quam quod vulgatur *ὀρθός*, ob Sophoclea prae- 264 sertim Antig. v. 99. Non alibi mihi lectum recordor *Euripidis* a senarium, quem *Libanius* exhibet Epist. 487. n. 10. laudans *Euripidem λέγοντα νοῦν ἔχοντος εἶναι,*

Φίλον πρίασθαι χρημάτων πολλῶν σαφῆ.

Sed ille *certus*, et in rebus etiam adversis stabilis, atque adeo *verus amicus* hoc in Hippolyti versu dicitur *ἀληθὴς φίλος.* b Talis *Euripidi* Capaneus in Suppl. v. 867.

Φίλος τ' ἀληθὴς ἦν, φίλος παροῦσί τε
Καὶ μὴ παροῦσιν· ὧν ἀριθμὸς οὐ πολύς.

Horum non meminerant viri Doctissimi, quibus φίλος ἀληθὴς de menda fuit suspectum in his *Callimachi* h. Dian. v. 136.

c τῶν εἴη μὲν ἐμοὶ φίλος ὅς τις ἀληθὴς,
Εἴην δ' αὐτὸς, ἄνασσα.

Vs. 928. Δισσάς τε φωνὰς πάντας ἀνθρώπους ἔχειν·] Nempe χρῆν· quod est in v. 925. Ex Codd. Flor. et Paris. Δισσάς τε φωνὰς praetuli vulgatae voculae Δ. δὲ φ. His nostris similia leguntur in Hecuba v. 1194 — 1198. ed. *Kingii.*
d *Senecae* Hipp. v. 918. et seqq. — In istis v. 930. Ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ' ἐξηλέγχετο Πρὸς τῆς δικαίας· non cum *Heathio* ὡς capiendum pro οὕτως *ita*, sed pro ἵνα, *ut*, cum primo *Euripidis* interprete *Dorotheo Camillo*, quem alii sequuti sunt: ἵνα sic a quibusvis, oratoribus etiam Atticis, iungi solet interdum cum indicativi tempore praeter. imperf. Ὡς, pro ἵνα po-
e situm, etiam Poëtis: exemplum huic loco nostro simillimum exhibet ex *Euripidis* Inone *Stobaeus* p. 420, 32.

Νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι·
Χρὴν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὁτιπλείστας ἔχειν
Γυναῖκας, εἴπερ ἂν τροφὴ δόμοις παρῆν·
Ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
Τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο.

Ut malam quidem aedibus eiiceret; bonam vero libenter sibi
a *servaret.* quod illic scribi volebat *Heathius*, ἐξέβαλλ' ἂν aures, opinor, Atticae respuerent.

Vs. 932. Ἀλλ' εἴ τις εἰς σὸν οὖς με διαβαλὼν ἔχει Φίλων, νοσοῦμεν οὐδὲν ὄντες αἴτιοι.] *Si quis amicorum calumnias in aurem tuam insusurrando me criminatus est, insontes falsa premimur suspicione.* Hanc iniecerunt Hippolyto cogitationem
b Thesei verba de amicis veris a falsis distinguendis. Cum *Musgravio* recepi voculam εἰ pro ἦ, et pro νοσοῦμεν δ' οὐδὲν ὄντες αἴτιοι, ex Flor. Cod. scripsi una litera minus, νοσοῦμεν οὐδὲν ὄ. αἴ. Prior lectio, Ἀλλ' ἦ — φίλων; interrogandi nota adiuta a Clar. *Marklando*, placuit et *Heathio:* est sane saepius ἀλλ' ἦ, *num*, formula interrogantis, velut in *Xenoph.* Sympos. p. 510, 17. ἀλλ' ἦ ὀδύνη σε εἴληφε; *Soph.* Elec. v.
c 885. Ἀλλ' ἦ μέμηνας, ὦ τάλαινα; *num insanis?* illic si statuatur oratio directa, scribendum erat Ἀλλ' ἦ μέμηνας. et statuenda mihi talis videtur in *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 847. et Alc. v. 816. Ἀλλ' ἦ πέπονθα δεινά· *profecto:* vid. *T. H.* in *Lucian.* T. I. p. 457, 26. quomodo hic vulgata capienda censebat *Acm. Portus;* διαβαλὼν ἔχει recte explicans διέβαλε. —
d εἰς σὸν οὖς με διέβαλε sicut in *Callimachi* h. Apoll. v. 105.

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν.

ex emendatione vera *Dawesii*, qui plura similia collegit: *in aurem dicere*, et *ad aurem insusurrare* locutiones Latinas attigerunt *D. Lambin.* in *Horat.* Serm. I. Ecl. IX, 9, et *N. Heins.* in *Ovid.* Her. III, 23.

Vs. 934. *Ἔκ τοι πέπληγμαι·*] Perversa Codicis Paris. o
scriptio, *ἤτοι πέπληγμαι*, ne cui fraudi sit, istiusmodi tmeses apud Atticos Poëtas in senariis rarissimas esse cogitanti, sciendum est illis *Euripidem* parce quidem usum, adhibuisse tamen nonnunquam, quin hoc ipsum supra v. 342. *Ἔκ τοι πέπληγμαι, ποῖ προβήσεται λόγος.* in Herc. Fur. v. 1105. *Ἔκ τοι πέπληγμαι· ποῦ ποτ' εἶμ' ἀμηχανῶ.* sic versus legendus videtur: in 265
Orestis v. 1052. *Ἔκ τοί με τήξεις.* huius similes dantur tmeses a
in Or. v. 219. *ἐκ δ' ὄμορξον·* Alc. v. 548. *ἐν δὲ κλήσατε Θύρας·* Herc. v. 53. *ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι.* in *Aristoph.* Acharn. v. 294. *Κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις.* in Vesp. v. 781. *Ἀνά τοι μὲ πείθεις.* in Ran. v. 1079. *κατ' οὖν ἔβαλεν* ex *MS.* Vatic. obtulit *Kusterus*, ubi tamen scribi malim, *κάτω γ' ἔβαλεν·* pro b
κάτω 'νέβαλεν.

Vs. 935. *Λόγοι παραλλάσσοντες, ἔξεδροι φρενῶν*] Explicantur adiecto *Scholio* in Cod. Paris. *παρηλλαγμένοι τοῦ καθήκοντος, ἐξεστηκότες.* — Proxima, *Φεῦ τῆς βροτείας ποῖ προβήσεται φρενός;* etc. sic transtulit in suum drama *Pseudo-Gregorius* v. 422.

Φεῦ τῆς Ἑβραίων τί (L. *ποῖ*) *προβήσεται φρενός;* c
Τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται,
Εἰ καὶ θεοῦ τολμῶσι τεκταίνειν μόρον;

V. 938. *Εἰ γὰρ κατ' ἀνδρὸς βίοτον ἐξογκώσεται,*] Cum *Musgravio* recepi *βίοτον*, pro *βίοτος*, ex Codd MSS. Hac lectione memorata *Heathius*, *quam*, inquit, *sententiam ex lectione illa elicit coniicere nequeo.* Sententiam tamen aptissimam d
ex illa *Scholiastes* exhibuit: *εἰ γὰρ κατὰ ζωὴν ἑκάστου ἀνδρὸς ἡ κακουργία αὐξάνεται·* et *Scholiastem* citans *Musgravius* eamdem se probasse declaravit. Hoc autem modo verba construenda videntur, *εἰ γὰρ τῆς βροτείας φρενὸς τὸ θράσος ἐξογκωθήσεται κατ' ἀνδρὸς βίοτον·* id est *κατὰ γενεάν.* Perperam et olim et nuper viri docti haec tentarunt, *κατ' ἄνδρα* legen- e
tes, vel *ἄνδρας.* In *ἐξογκώσεται*, veteri more scribendi pro *ἐξογκωθήσεται* posito, nemo haerebit, qui quidem recentiorum legerit ea de re observata, ex quibus satis erit adhibuisse *T. Hemsterh.* ad *Thom. M.* in *Τιμήσεται.* — Sequentis versus, *Ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολὴν Πανοῦργος ἔσται·* ex

praecedente clara etiam est sententia: *si filius patrem semper*
a *malitia superabit*; quo sensu *Horatius*, *Aetas parentum, peior avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem.* Dici quidem potest *εἰς ὑπερβολὴν πανοῦργος*, ut *ἀγαθὸς εἰς ὑπερβολὴν Antiphani* apud *Athen.* VI. p. 238. B. *Ἀδδηφάγον τὸ ζῶον εἰς ὑπερβολὴν* IX. p. 404. D. *Anaxippo*, ni fallor; *ἐπλούτει εἰς ὑπερβολὴν Luciano* T. II. p. 519. Hic vero dicitur quis *πανοῦργος* (*ἐσόμενος*) *εἰς ὑπερβολὴν τοῦ πρόσθεν.* ut
b loquitur *Anaxilas* Com. *Athen.* XIII. p. 558. A.

Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ Χίμαιρα πυρπνόος
Εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους;

Nam quae terribilis Dracaena — Exsuperare nationem valeat exsecrabilem? Grotius.

c Vs. 946. *Δεῖξον δ', ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήληθας, Τὸ σὸν πρόσωπον*] Perplacet in Addendis posita *Musgravii* correctio, *ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθα·* significasse mihi Theseus videtur; *quando quidem mihi iam piaculum contraxi, tecum colloquutus, qui tanto sis scelere contaminatus.* Cum graviorum
d criminum reis non tantum sub eodem esse tecto (vid. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Cerer. v. 118. et *Th. Stanlej.* in *Aeschyl.* Choëph. v. 289.) sed et colloqui recusabant: colloquio namque contages etiam sceleris contrahi censebatur; in *Aeschyl.* Choëph. v. 451.

Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος.

in *Scholiis* ad v. 276. *Euripides*,

e *τί σιγᾷς; μῶν φόνον τιν' εἰργάσω;*

in *Euripidis* Or. v. 75. *Προσφθέγμασιν γὰρ οὐ μιαίνομαι σέθεν.* v. 481. in Herc. Fur. ad Herculem Theseus v. 1218.

Τί μοι προσείων χεῖρα σημαίνεις φόνον,
Ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων;

Hercules ad illum v. 1233.

Φεῦγ', ὦ ταλαίπωρ', ἀνόσιον μίασμ' ἐμόν.

266 conf. Elec. v. 1294. Credulitate decepto patri Hippolytus au-
a ctor etiam mortis Phaedrae videbatur; atque ita duplici scelere contaminatus.

Vs. 948. *Σὺ δὴ θεοῖσιν, ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ, Ξύνει;*] Theseus in *Senecae* Hipp. ad filium, v. 922.

sylvarum incola,
Ille efferatus, castus, intactus, rudis, b
Mihi te reservas?

Σὺ σώφρων, καὶ κακῶν ἀκήρατος; — Pro περισσὸς in Cod. Flor. scriptum περισσῶς· male. Praeter cetera, quibus vere docet *eximium* hac voce significari, excitat etiam *Eustathius* velut Euripideum τὸ, περισσὸς ὢν ἀνὴρ, in *Hom.* Il. *Δ.* p. 369, 14. hanc vocis vim satis adfirmavit *C. Rittershusius* in *Porphyr.* de *V. Pythag.* N. 18. — Supra dixit Hippolytus ad Dianam c v. 89. Σοὶ καὶ ξύνειμι· et hanc excellenti morum puritate quaesitam forte saepius sibi sumserat superbiam: illam hic acerbe pater irridet, cuius indignantis inservit ironiae veteribus usitatissimum illud δή. Ὡς δὴ σὺ σώφρων est in Androm. v. 234. Σὺ δὴ θεοῖσιν etc. *Tu scilicet! cum Deabus versaris familiariter velut prae ceteris vir eximia virtute praestans.* d

Vs. 952. Ἤδη νυν αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς Σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων Βάκχευε] Novi veterem senarium, qui vim obtinuit proverbii,

Λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται·

quamque sint in usu figurato finitimae verba significationis Ἐμπορεύεσθαι, et Καπηλεύειν· hic tamen vim non animadverto, e quam istis δι' ἀψύχου βορᾶς καπηλεύειν adiungere possit vox Σίτοις· cui duae voculae substitutae, Σύ τοι, asperam orationem magis, ni fallor, animabunt: Σὺ τοίνυν ἤδη αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς καπήλευε. *Tu nunc igitur gloriare, nobisque, dum ostentationis causa cibis tantum vesceris inanimis,* philosophum *te vendita.* Σέ τοι et Σύ τοι in animose dictis occurrunt *Soph.* Aj. 1245. Elec. 584. *Aeschyli* Eumen. v. 730. a et 732. pro σύ γε, σύ τοι scripsisse videtur *Eurip.* Iph. Aul. v. 1035. — Quae dici possent ad Καπηλεύειν paucis explicari nequeunt. — Haec spectabat, opinor, *Seneca*, dum Thesea dicentem faciebat Hippol. v. 915.

Ubi vultus ille, et ficta maiestas viri,
Atque habitus horrens, prisca et antiqua appetens. b

Abstinens animatis instituti laudabat auctorem Orphea, dicitur certe patri: Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων Βάκχευε· quibus mihi verbis *Euripides* docte et vere Bacchicis, Orphicis, et institutis Pythagoricis eamdem videtur originem adsignasse: si mei res fuisset arbitrii, non dubitanter ex Codd. *MSS.* ista (praeter alia centena vulgatis meliora,) restituissem *Herodoto* II. c. 81. c ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι [καὶ Βακχι-

κοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι] καὶ Πυθαγορείοισι· quia suo se colore commendant, et Critico facilis adparet via, qua omitti potuerint a librariis. Orphei certe instituta sectatus Pythagoras ab illo quoque mutuatus est abstinentiam ab animalibus: ἀπέχεσθαι σαρκῶν ἐδωδῆς, — Ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἱστοροῦσιν,
d inquit *Plutarchus* in VII. Sap. Conv. p. 159. C. Idaei Iovis Sacerdos in *Euripidis* Κρησὶν apud *Porphyrium* π. Ἀ. IV. p. 173. et alia,

τήν τ' ἐμψύχων
βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

Philosophos propter istam abstinentiam, sive tanquam ἐσθίοντας Ἔμψυχον οὐδέν, rident *Alexis* et *Antiphanes* apud *Athen.*
e IV. p. 161. A. IX. p. 386. C. Hac etiam parte *Zeno* Pythagoreos imitabatur ἀπύρῳ τροφῇ χρώμενος secundum *Diogenem Laërt.* VI, 26. *pane, melle,* similibusque, quae absque ignis adiumento facile possent parari: temeritatem *M. Meibomii*, illic vocem ἀπύρῳ sollicitantis, castigavit *P. Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* II. p. 346. 347.

267 Vs. 955. Ἐπεί γ' ἑλήφθης] Velut ἐπ' αὐτοφώρῳ, *in ipso*
a *crimine deprehensus es;* quibuscum saepe iunguntur ἁλίσκεσθαι et ληφθῆναι· atque illud etiam legitur paulo post v. 959. Ἐν τῷδ' ἁλίσκῃ πλεῖστον. In *Euripidis* Cyclope v. 259. pro Ἐπεὶ κατελήφθη, egregie restituit *Heathius*,

Ἐπεί γ' ἐλήφθη σου λάθρα πωλῶν τὰ σά·

b male dubitans de bonitate suae correctionis; cum verbum simplex, quod versui congruit, sit in talibus usitatum: *Soph.* Trach. v. 821. Τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ Καὶ δρῶσ' ἐλήφθης. — λελήμμεθα sic legitur in *Euripidis* Ione v. 1113. *Antiphon* p. 111, 44. ληφθεῖσαν dixit, τὸν θάνατον τὸν ἐκείνου ἐπ' αὐτοφώρῳ μηχανωμένην. *Demosthenes* c. Mid.
c p. 359. §. 260. ἐπειδήπερ εἴληπται, πᾶσιν ὑπὲρ ἁπάντων ἐστὶ τιμωρητέος. illic *Ulpianus* qui dici solet: ἐπειδὴ ὑπὸ χεῖρα γέγονε, καὶ εἴσω τῶν δικτύων γεγένηται. *Demosth.* c. Timocrat. p. 451. §. 79. ὃ σὺ νῦν εἴληψαι ποιῶν.

Vs. 956. — θηρεύουσι γὰρ Σεμνοῖς λόγοισιν αἰσχρὰ μηχανώμενοι] Sequenti versu Flor. dat ἐκσῶσαι. Paris. ἐκσώζειν· *Senecae* Theseus Hipp. v. 918.

d *O vita fallax! abditos sensus geris,*
Animisque pulcram turpibus faciem induis.

Hoc similibusque dictis notatos voluit *Euripides*, qui, saepius

introrsum turpes, pelle decora speciosi Philosophos mentirentur. Euripidea Androm. v. 330.

Ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὖ φρονεῖν e
Λαμπροὶ, τὰ δ' ἔνδον πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι·

transtulit in illos *Menander*, qui aliis fortunati viderentur, vocibus εὖ φρονεῖν substituens tantum εὐτυχεῖν· ad illud enim exemplum versus alter restituendus est apud *Stobaeum* p. 558, 42. inter illa quae collegit *Clericus* p. 248. Noster in Troasin. v. 411.

Ἀτὰρ τὰ σεμνὰ καὶ δοκήμασιν σοφὰ a
Οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα.

conf. *Alciphron.* III. initium Ep. 55. Quos dicebam propius spectant ista *Lysidis* in Epistola: τοὶ δὲ πρόσχημα ποιησάμενοι τὰν τήνω διδασκαλίαν πολλὰ καὶ δεινὰ δρῶντι· quaeque longe plurima suis in scriptis dixit in hos philosopha sententia homines *Lucianus:* huic quoque depinguntur T. III. p. 374. vel- b
ut μάλα σεμνοὶ καὶ σκυθρωποὶ τὰ ἔξω· et *Aristidae* T. III. p. 511. ubi in istos multa sequuntur. *A. Gellii* familiaris indignabatur N. A. XIII. c. VIII. *quod homines ignavi ac desides — vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes. Propertius* II. El. XXV, 23.

Sed nunquam vitae fallet me ruga severae. e'

Vs. 962. Μισεῖν σε φήσεις τήνδε, καὶ τὸ δὴ νόθον Τοῖς γνησίοισι πολέμιον πεφυκέναι;] *Gul. Canteri* coniecturas Codex Parisin. adfirmat praeter ceteros apud *Musgrav.* Ex mente Thesei dici hic debuerat τὸ δὴ γνήσιον τῷ νόθῳ πολέμιον· sed et alterum in istum sensum accipi potest: Alcestis *Eurip.* v. 309.

Ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις d
Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.

Novercam qui haec dicebat ad Hippolytum ipse Theseus Medeam fuerat expertus, in suum exitium venena miscentem: *Dionys.* Perieg. v. 1024. Φάρμακ' ἐμήσατο λυγρὰ γόνῳ Παν- διονίδαο· rem praeter alios narrat in Theseo *Plutarchus* p. 5. D. E. Natum Amazone nobilissima Hippolytum cur ex Attico e
sui temporis more dixerit Νόθον, indicat *G. Cuperus* Obs. I. c. 16. p. 118.

Vs. 961. Κακὴν ἄρ' αὐτὴν ἔμπορον βίου λέγεις, Εἰ δυσμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν.] Legitur in Flor. Ἡ δυσμενείᾳ σῇ· in Paris. quoque a prima manu. Melior mihi lectio vide-

tur vulgata: est in eodem Paris. vitiose scriptum τὰ φίλαν ὤλε-
268 σεν. *Carissima* quaevis, *uxorem*, *liberos* etc. Poëtae voca-
a bant τὰ φίλτατα· rarius alii; *Xenophon* tamen etiam *K. Π.* IV. p. 59, 2. *Aeschines* c. Ctesiph. p. 64, 42. *Lucian.* II. p. 154. *Maximus Tyr.* XXX, 7. *Polyaen.* IV. c. VI, 13. *Procopius* in *Jesaiae* c. 46. p. 528. *Βὴλ* — sive *Κρόνος*, ᾧ δὴ προσῆγον οἱ πλεῖστοι θυσίαν τὰ φίλτατα· *liberos*. *Vitam*, ut hic, *Eurip.* in Alc. v. 340. ubi de uxore maritus:

b *Σὺ δ', ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα*
Ψυχῆς, ἔσωσας.

— Cum his *Euripidis* commode *Brumoeus* comparavit ista Didûs *Ovid.* Her. VII, 47.

Exerces pretiosa odia, et constantia magno;
Si, dum me careas, est tibi vile mori.

c In seq. v. *Ἀλλ'*, *ὡς* supplendum relinquitur ex v. 962. *Ἀλλὰ* (*φήσεις*,) *ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι.* ut in v. 1013.

Vs. 971. *Νῦν οὖν, τί ταῦτα σοῖς ἁμιλλῶμαι λόγοις,*] Codd. Flor. et Paris. praebuere quoque *Νῦν οὖν*, quod in aliis Parisinis invenit *Musgrav.* Absque Codicibus, *Τί οὖν* haud sane
d sollicitassem, his etiam Poëtis usitatum; *Sophocli* Phil. v. 100. *Aesch.* VII. c. Theb. v. 214. Suppl. v. 319. *Aristoph.* Plut. v. 94. Apud quovis alios Scriptores Atticos *Τί οὖν; quid autem?* a sequentibus separatum, occurrit: attigit *T. H.* ad *Lucian.* p. 366.

Vs. 973. *Ἔξερρε γαίας τῆσδ' ὅσον τάχος φυγάς.*] Cum *Ἔξερρε* conferri potest *Aristophaneum Ἀπερρε*· est et *ἀπέρρων*
e in *Eurip.* Herc. v. 260. Simplex *ἔρρε*, sive *Ἐρρειν*, cum frequentissimum sit, rarius adhibentur composita, *Ἀνερρεῖν*· *Εἰσερρεῖν*· *Περιερρεῖν* sive *περιέρρειν*· quorum primum in *Ἀνήρρησεν*, *Cratini* munit auctoritate *Suidas*; ultimum est apud eumdem *Suidam* in v. *Ἀπερρε*· in hoc versu *Pherecratis*:

Ζητῶ περιέρρων αὐτὸν ἐξ ἑωθινοῦ·

a *a tempore matutino urbem perreptans ipsum quaero:* male vulgatur ibi *Ζητῶν*. Quod exhibent Lexicographi, *Ἐρρομαι* nititur voce perverse scripta in *Eurip.* Alc. v. 734. *Ἔρρου*· ubi recte Codex Flor.

Ἔρροις νῦν αὐτὸς χ' ἡ ξυνοικήσασά σοι.

Legitur aliquoties et apud Tragicos, *ἕρπε*· ubi dubites, hoc

posuerint, an usitatius' ἔῤῥε· velut in Med. v. 333. Ἔρπ', ὦ b
ματαία· malim ibi, Ἔῤῥ', ὦ μ. ut v. 1346. Ἔῤῥ' αἰσχροποιέ.

Vs. 977. *Οὐ μαρτυρήσει μ' Ἴσθμιος Σίνις ποτὲ Κτανεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ κομπάζειν μάτην*] Nempe *φήσει*· quod ex vicinis peti poterit. Ut hic, *μαρτυρήσει* legitur in *Soph.* Antig. v. 521.

Οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς.

Nostro versu scribitur in Flor. *Οὐ μαρτυρήσαις μ' Ἴσθμιος Σί-* c
νεις π. et scribi potuerat *Οὐ μαρτυρήσαι μ' Ἴσθμιος Σίνις ποτ' ἂν Κτανεῖν ἑαυτόν.* Illinc et ex Ed. prima Flor., pro *Σίννις*, scripsi *Σίνις*, quae certe vetus nominis scriptio, apud Poëtas Latinos *Sinis*, prima correpta, frequenter occurrit, iure probata *N. Heinsio* in *Ovid.* Her. II, 70. Quaevis *pernicies* sive *noxa σίνος* et *σίνις* dicebatur: vid. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. d
Apoll. v. 92. et *Jo. Alberti* ad *Hesych.* in *Σίνις*. De Sinide, quamque statuit in illum poena Theseus, omnia pervulgata sunt. *Senecae* versum Herc. in Oeta v. 1393.

Artusque nostros dirus immittat Sinis,

ex Flor. Cod. sic scripsit *J. F. Gronovius:* nonnihil is adiuva- e
bitur, si sic corrigatur:

Artusque nostros dirus emittat Sinis;
Sparsus silebo.

Sinis enim *trabes pressas ab humo mittebat in auras;* ut est in *Ovidii* Ibide v. 411. In huius Met. VII, 441. Sinis: *ὁ πιτυοκάμπτης, poterat curvare trabes, et agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora pinus.* Agnita credulitate sua post dis- 269
tractum Hippolytum Thescus, quam in Sinide statuerat, poe- a
nam in se repraesentari voluit in *Senecae* Hipp. v. 1223.

Pinus, coacto vertice attingens humum,
Coelo remissum findat in geminas trabes.

Quod addit, *Mittarve praeceps saxa per Scironia;* poenam spectat, qua Scironem crudelissimum quoque latronem (*τύ-* b
ραννος is non *ξένος*, sed *ἄξενος* dici debuit *Scholiastae*,) peremit; de qua, praeter alios, *J. Meursius* egit in Theseo c. VI. *Infames Scirone petras*, suo facinore nobilitatas Theseus celebrat in proximis Euripideis:

Οὐδ' αἱ θαλάσσης σύννομοι Σκειρωνίδες
Φήσουσι πέτραι, τοῖς κακοῖς μ' εἶναι βαρύν.

In Flor. Cod. legitur, *Οὐδ' ἐν θαλάσσῃ σύννομοι*· vulgata c

scriptio genuina est: θαλάσσῃ σύννομοι, dici potuerant aeque ac θαλάσσης isti scopuli a Scirone denominati, de quibus nonnulla dedit *Th. Muncker.* accuratius egit vir Summus ad *Lucian.* p. 307. Euripidea cum *Plautino* dicto comparavit *P. Victorius* V. L. VII. c. XX.

d Vs. 984. — τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἔχον καλοὺς λόγους, Εἴ τις διαπτύξειεν, οὐ καλὸν τόδε.] Ad Codices, ex quibus *Musgravius* καλοὺς λόγους recepit, pro πολλοὺς, accedunt Flor. et Paris. alibi quoque haec vox alterius sedem occupat in Euripideis. Ceterum in his egregie crimen obiectum refutat Hippo-
e lytus *Euripidis*, qui propter haec et similia *Quinctiliano* dicitur I. O. p. 897. *in dicendo ac respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus:* ποιητὴν ῥηματίων δικανικῶν acerbe vocabat Nostrum *Comicus* in Pace v. 533.

Vs. 986. Ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον, Εἰς ἡλικάς τε κᾠλίγους σοφώτερος] Sic scripti versus leguntur apud
a *Plutarch.* T. II. p. 6. B. In primo δοῦναι λόγους est in Paris. Cod. qui aeque ac Flor. dat καὶ ὀλίγους in secundo; ubi κᾠλίγους ex Codd. recte vulgavit *Musgrav.* — Verissimum etiam illud quod sequitur, οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς Φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν· hinc exhibet l. c. *Plutarchus.* Causam addit, huc spectans *Aristoteles* Rhetor. II. p. 99, 17. Quod legitur apud *Zenob.* Cent. III, 77. καὶ γάρ, Ἐν ἀμουσίαις καὶ κόρυ-
b δος φθέγγεται· sic facile corrigi potest, καὶ, ἐν γὰρ ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται· conf. *Diogenian.* IV. Pr. 56. *Dioscoridis* epigramma *Anthol.* II. c. XXIV, 5. *Erasmus*, *Bergler.* in *Alciphr.* p. 384. Notata in *Eurip.* Phoen. p. 145, 146. — Instar Hippolyti Timocles *Luciani* in Iove Trag. §. 27. πιθανὸς ὢν, ὁπόταν ἰδίᾳ τοῖς μαθηταῖς διαλέγοιτο, ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν
c ἀτολμότατός ἐστι. *Nonius Marcellus* in v. *Confidentia* p. 262. hoc *Ciceronis* exhibet libri III. de Rep. fragmentum: *Duas sibi res, quominus in vulgus (* εἰς ὄχλον *Eurip.) et in foro diceret, confidentiam et vocem defuisse;* de Isocrate loquebatur *Cicero*, qui id ipsum de se saepius confiteri non dubitavit, in Or. ad Phil. p. 98. C. Panathen. p. 234. E. Epist. VIII. p. 425. D. ἐγὼ τοῦ μὲν πολιτεύεσθαι καὶ ῥητορεύειν ἀπέσχον· οὔτε γὰρ
d φωνὴν εἶχον ἱκανὴν, οὔτε τόλμαν. conf. *Philostr.* in Isocrate p. 504. f. et *A. Gellii* N. A. lemma capitis IX. Libri VIII. qui periit.

Vs. 991. — πρῶτα δ' ἄρξομαι λέγειν; Ὅθεν μ' ὑπῆλθες πρῶτον, ὡς διαφθερῶν, Κοὐκ ἀντιλέξοντ'] Horum ultima mihi quoque videntur unius literae dispendio capienda iuxta *Marklandi* correctionem, ὡς διαφθερῶν Οὐκ ἀντιλέξοντ'· id est ὅθεν

με διαφθεῖραι ἔδοξας, ὡς ἀπολογίαν μὴ ἔξοντα πρὸς τὰ ἐγκλη- e
θέντα· prout ferme legitur in *Scholiis.* In Codd. Flor. et Paris· legitur, *πρῶτά γ' ἄρξομαι λέγειν·* quod vulgata litera non est deterius: Ex utroque isto Cod. recepi, *Ὅθεν μ' ὑπῆλθες πρῶτον·* pro *πρότερον.* Id ipsum exhibet in his *Drama Χρ. Π.* v. 519. ubi Maria dixisse fertur,

Ἀλλ' εἶμ' ἄκομψος ἐκφέρειν μυστήρια. 270
Ὅμως δ' ἀνάγκη, συμφορᾶς ἀφιγμένης, a
Γλῶσσάν μ' ἀφεῖναι· πρῶτα δ' ἄρξομαι λέγειν,
Ὅθεν μ' ὑπῆλθε πρῶτον εἶναι μητέρα.

Huic nostro loco similis *Eurip.* Med. v. 475.

Ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν·

in drama quoque Christ. bis transumptus v. 300. et 1347. in b
Eurip. Suppl. v. 517.

Καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ' ἀμείψομαι.

Nostro versu cui, pro *πρότερον*, *sententia flagitare* videbatur *ἄφωνον*, *aut ἔνεον*, *aut simile quid*, nunc ex similium comparatione *πρῶτον* sincerum adparebit. — Paulo post vs. 995. *Οὐδ' ἦν σὺ μὴ φῇς*, *tametsi tu hoc negaveris*, *φῇς*, hic pendens ab *ἦν*, a viro Clariss. sollicitari non debuerat ad v. 801. c
alia est ratio in *Sophocl.* Aj. v. 1127. *εἴτε μὴ σὺ φῇς, Εἴθ' ἄτερος.*

Vs. 996. *Ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτα μὲν θεοὺς σέβειν, Φίλοις τε χρῆσθαι μὴ 'δικεῖν πειρωμένοις*] Lectionem Cod. Paris. *μὴ ἀδικεῖν πειρώμενος* sequentia satis refutant: *μὴ ἀδικεῖν* plene legitur et in Flor. ut plerumque in Codd. scriptis ista talia. d
Inter praecepta *γαμικὰ* in *Stobaei* Flor. p. 441, 25. hoc velut *Epicharmi* prostat, omissum *Grotio*, *Σώφρονος γυναικὸς ἀρετὰ, τὸν συνόντα μὴ ἀδικεῖν ἄνδρα.* e quibus ultimum ex interpretamento positum si omittas, Trochaicus *Epicharmi* renascetur:

Σώφρονος γυναικὸς ἀρετὰ τὸν συνόντα μὴ 'δικεῖν.

Apud eumdem *Stobaeum*, p. 45. inter dicta *Solonis* leguntur e
et ista: *Χρῶ τοῖς θεοῖς. φίλους εὐσέβει. γονεῖς αἰδοῦ.* mihi dixisse videtur *Χρῶ τοῖς θεοῖς, ὡς φίλοις· γονεῖς αἰδοῦ.* haec erat sapienti commendata pietas, *Diis ut amicis uti.* Cyrus, ad normam Socraticae disciplinae efformatus *Xenophonti*, *ὡς πρὸς φίλους*, ait, *ἐμοὶ θεοὺς ὄντας οὕτω διάκειμαι· Κ. Π.* I. p. 15, 38. *Amico uti*, sicut aliis, *Euripidi* quoque dicitur b
φίλῳ χρῆσθαι. Victorius V. L. XIII, c. V. eam in rem haec

excitat Hippolyti: alia dare quoque potuerat ex *Eurip.* Hecuba v. 311. hinc distat aliquantulum in Oreste v. 868. *πένητα μὲν, χρῆσθαι δὲ γενναῖον φίλοις· Isocrati* dicitur Euagoras p. 197. D. *πολλὰ μὲν τῶν χρωμένων ἡττώμενος· ἅπαντα δὲ τῶν ἐχθρῶν περιγενόμενος. amicorum quidem saepe consiliis cedens, sed in*
b *omnibus superior inimicis:* quae praeterea leguntur illic, ὁμιλούντων ἑταίρων, ad vocem χρωμένων interpretandam suspicor adiecta fuisse. — In proximis Euripideis *Barnesio* memoratam lectionem, ἐπαγγέλλειν κακά, recte probasse mihi videtur et cepisse *Reiskius.* — In versu 1001. scripsi, *Ἀλλ' ὦ ὑτὸς* (pro *αὐτὸς*) *οὐ παρεῦσι, κἀγγὺς, ὧν φίλος·* cum *Marklando* ad
c Suppl. *Eurip.* v. 867. *φίλος παρεῦσί τε Καὶ μὴ παρεῦσι·* partim ex Codd. *κἐγγὺς ὧν φίλος* legitur in Flor. et Paris.

Vs. 1002. *Ἑνὸς δ' ἄθικτος, ᾧ με νῦν ἑλεῖν δοκεῖς.*] Perversa duorum Codicum et Ed. Flor. lectio, *ἔχειν*, idcirco memoratu non est indigna, quod haec verba saepe fuerunt inter se permutata ex adfini literarum *Λ* et *Χ* scriptura: Apud *Dio-*
d *gen. Laërt.* II, 116. pro *οὕτως εἶχεν* sine dubio scribendum *οὕτως εἶλεν, ὥστε προσέχειν αὐτῷ· sic cepit.* In *Antiphontis* Or. II. p. 115, 23. *πολλὰς — γραφὰς διώξας οὐδεμίαν εἷλεν· saepius actor neminem in iudicio superavit:* hoc sensu forensi verbum frequentarunt inprimis Oratores; rarius, ut hoc versu, Tragicis adhibitum: *Eurip.* Ione v. 1214. *Ἐπ' αὐτοφώρῳ πρέσ-*
e *βυν ὡς ἔχονθ' ἕλοι· Ἥφθη δὲ — ut in ipso flagitio senem poculum tenentem venenatum deprehenderet: deprehensus autem est:* ubi paulo rarius *Ἥφθη·* quod alias dicitur *ἐλήφθη·* et frequentius *ἑάλω.*

Vs. 1004. *Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων Γραφῇ τε λεύσσων*] In his *Οὐκ*, adfirmatum a Codd. melius mihi quidem videtur lectione Ald. *Κοὐκ.* Haec et sequentia *παρῳ-*
271 *δεῖ Conditor* Trag. *Χρ. Π.* ubi v. 520. matrem se dicit virgo,
a

Φέρουσαν ἁγνὸν εἰς τόδ' ἡμέρας δέμας·
Οὐκ οἶδα τέρψιν, ἢ λόγῳ κλύειν φέρω,
Γραφῇ τε λεύσσειν· οὐδὲ γὰρ ταῦτα σκοπεῖν
Ἐγὼ πρόθυμος, παρθένον ψυχὴν δ' ἔχω.

Quae leguntur in eodem dramate v. 622. *Αὐτὴ μὲν οὔπω ναὸς εἰσέβην σκάφος, Γραφῇ δ' ἰδοῦσα καὶ κλύουσ' ἐπίσταμαι.* no-
b vem etiam versus illic sequentes totidem sunt *Euripidis* Hecubae in Troasin v. 682. ubi pro *Γραφῇ* male legitur in Flor. Cod. *Γραφὴν δ' ἰδοῦσα.* — Apud *Achillem Tatium* IV. p. 225. elephantem *οὐκ εἴδομεν εἰς ταύτην — τὴν ἡμέραν ὅτι μὴ γραφῇ· non vidimus in hunc usque diem nisi pictum. Euripidis*

Hippolytus pro sua pudicitia dixerat procul dubio *Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε·* quodque falsus praebet *Gregorius*, *Οὐκ οἶδα* c *τέρψιν·* forte petitum est ex *Aeschyli* Agam. v. 620. ubi Clytaemnestra

> *Οὐκ οἶδα τέρψιν, οὐδ' ἐπίψογον φάτιν*
> *Ἄλλου πρὸς ἀνδρός·*

illa tamen absente marito saepe *Τερπομένη δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.* Armia Veneris esse dicuntur *ἔρωτες ἐφίμεροι, αἵτε κατ' εὐνὰν Τέρψεις*, in *Anthologg.* IV. c. XII. ep. 104. d

Vs. 1005. — *οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν Πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων.*] Ut his sensus inesse diversus videretur, miris ista modis sunt sollicitata. Res quidem venereas oderat iuvenis Amazonius; nec tamen expictas se vidisse negabat: videndi vel in picturis talia cupidum se negat. egregie *Racinius* Filius haec *Euripidis* interpretatur, ubi cum Euripideo comparat paternum drama *dans les Memoires de L'Acad. des Inscr.* T. VIII. p. 308. *Je ne connois les plaisirs de l'amour, que par des récits ou des tableaux, encore suis-je trop pur pour arrester mes yeux sur de telles peintures.* Quando saepius voculae *καὶ* et *γὰρ*, uno ductu librariis scriptae, fuere permutatae, hic libenter scripserim, — *οὐδὲ ταῦτα καὶ σκοπεῖν Πρόθυμός εἰμι.* id est, *καὶ ὅμως οὐδ' ἐν γραφῇ πρόθυμός εἰμι ταῦτα σκοπεῖν·* qua ferme ratione cepit ista *Scholiastes.* — *Παρθένον ψυχὴν* dixit *Euripides*, *Aeschylum* imitatus, qui purum sive integrum fontem dixerat *παρθένον πηγὴν* in Persis v. 615. *incaeduae* circa Alcmaeonis monumentum cyparissi, velut intactae, *παρθένοι* dicebantur Arcasin teste *Pausan.* VIII. p. 646. b Sed sunt ista talia multo magis usitata recentioribus: *Philo* tamen *Judaeus* iam dixit p. 698. C. *τὰς καθαρὰς, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις τροπικώτερον, παρθένους χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας.* et p. 742. A. *παρθένους τὰς ψυχὰς διαφυλάττουσαι.*

Vs. 1007. *Κεἰ μὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως, Δεῖ δή σε δεῖξαι, τῷ τρόπῳ διεφθάρην*] Pro *Εἰ δὴ*, voces *Κεἰ μὴ*, hic aptissimas ex Cod. Paris. recepi, *Heathio* ex nota ad c Phoen. v. 1001. hic probatas: Flor. Cod. dabat, quas duo *Musgravio* praebuere Parisini, *Καὶ δή.* alibi saepe iunctae hic minus conveniunt. — In Flor. Paris. et in omnibus Codd. *Musgr.* inventum *διεφθάρην*, pro *διεφθάρη·* *Marklando* quoque iudice legitimum restituere non dubitavi. — In seq. vs. 1009. prava est in Flor. Cod. scriptura *οὐ καλλιστεύετο·* Ele- d ganter dictum,

Πότερα τὸ τῆςδε σῶμ' ἐκαλλιστεύετο
Πασῶν γυναικῶν;

ut in *Eurip.* Med. 947.

— δῶρ', ἃ καλλιστεύεται
Τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἷδ' ἐγώ, πολύ.

e id est ἃ τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποις ὄντων κατὰ πολὺ κάλλιστά ἐστι. Hinc nonnihil distant τῆςδ' ἀριστεύων χθονὸς, in Rhesi v. 194. et τίς προφητεύει θεοῦ; in Ione v. 413. quod admotum *Herodoto* P. 555.

Vs. 1010. — ἢ σὸν οἰκήσειν δόμον, Ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβὼν, ἐπήλπισα] Quando Codices Flor. et Paris. cum aliis conspirabant in οἰκήσειν, hoc cum *Musgravio* recepi, pro
272 οἰκῆσαι· quod absque illis suo loco reliquissem: observatis
a viri Summi in Miscell. Obs. IV. p. 286. accesserunt nonnulla in Misc. Obs. Novis T. III. p. 2. — Vice simplicis ἤλπισα hic adhibetur ἐπήλπισα· quod aliquando fieri monitum fuit ad *Lucian.* T. I. p. 345. f. — Ad Ἔγκληρον εὐνὴν, adscriptum in Parisino Cod. εὔπορον ἢ μονοκληρονόμον. *Hesychius:* Ἔγ-
b κληρον, ἐπίκληρον, πλούσιον. quorum hoc voci εὔπορον respondet; illud voci μονοκληρονόμον· Alter *Scholiastarum*, Thesei τὴν εὔπορον κοίτην interpretatur; alter, eiusdem μονοκληρονόμον γυναῖκα. Ducta uxore Creusa Xythus Erechthei dicitur vere, Καὶ δῶμα καὶ [σὴν] παραλαβὼν παγκληρίαν, in *Eurip.* Ione v. 814. Propria voce Attica dicendam ἐπίκληρον, ἔγκληρον dixit *Eurip.* Iphig. in Taur. v. 682.

c Vs. 1012. Μάταιος ἄρ' ἦν, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρονῶν] Vulgata praebent Codd. οὐδ. μὲν ἦν φρονῶν est in Paris. *Scholiastae* verba, οὐδαμοῦ συνέσεως ἤμην ἐγὼ τοιαῦτα ἐννοούμενος· *Marklando* suggesserunt elegantem lectionem, Μάταιος ἄρ' ἦν, κοὐδαμοῦ μὲν οὖν φρενῶν. quae mihi sane placet; vellem tamen *qui a mente discessit*, ὁ ἐκτὸς ὢν φρενῶν, alicubi
d apud veteres diceretur οὐδαμοῦ φρενῶν εἶναι· ut *sapiens* dicitur εὖ φρενῶν ἔχειν, etiam in Hippol. v. 462. [Vid. Hermann. praef. ad Soph. Oed. R. p. XII. Ed. Lips.] Reperiuntur apud optimos scriptores, οὐδαμοῦ γῆς· οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως· et similia: Ἑλλάδος χῆς μηδαμοῦ *Sophoclis* est in Phil. v. 256. οὐδαμῇ Αἰγύπτου, *Herodoti* II. c. 43. cui τοῦ Ἑλλησπόντου πανταχῇ restitutum ex Codd. VII. c. 106. — Sequentem versum ad mentem *Marklandi* distinxi,

e *Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν*
Ἥκιστά γ'.

similis huic locus in *Eur.* Herc. v. 298.

Ἀλλ', ὡς λόγοισι τόνδε μαλθάξαιμεν ἄν;
Ἥκιστα. φεύγειν σκαιὸν ἄνδρ' ἐχθρὸν χρεών.

Vs. 1014. — *εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορεν Θνητῶν, ὅσοι-σιν ἀνδάνει, μοναρχία*] Quae proxima praecedunt possent et- a
iam accipi oratione directa: ut ista supra v. 960. *Μισεῖν σε φήσεις τήνδε· Dices* forsan *hancce odisse Te:* v. 966. *Ἀλλ', ὡς τὸ μῶρον* etc. sic et haec, *Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ. At,* dices nempe, *φήσεις,* vel *Εἴποις ἂν, iucundum esse regnare: τοῖσι σώφροσιν Ἥκιστά γ', εἰ μὴ τὰς φρένας* etc.: *Qui quidem sapiunt hoc minime fatebuntur; nec nisi quibus mortalium mentem corrupit ipsis solis iucundus Principatus.* In Cod. Paris. b
scribitur *διέφθορεν·* in Flor. *διέφθειρεν* ex interpretamento; quo significatum, Atticis inprimis Poëtis *διέφθορε* positum pro *διέφθειρε· Ammonius* p. 41. *Διέφθαρται ὑφ' ἑτέρου· Διέφθορε δ' ἕτερον.* praeter *Graevium* Clar. *Sallierius* nonnulla notavit ad *Thom. M.* in *Διέφθορεν.*

Vs. 1019. *Πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι, κίνδυνος δ' ἀπὼν* c
Κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν.] Vellem in aliis etiam libris scriptis invenirentur quae dat Flor. *Πράσσειν τε γὰρ πάρεστι, κίνδυνός τ' ἀπὼν Κρείσσω δίδωσι τῆς τ. χ.* id est *καὶ γὰρ πάρεστι* (Regis amico) *πράσσειν ἄνευ κινδύνου· Facere namque licet quae velis absque periculo.* vulgatum *εὖ πράσσειν* idem est ac *εὐτυχεῖν,* quod praecessit. Cum his et vicinis Hippolyti Euripidei, Histiaei quaedam conspirant apud *Herodotum* V. d
c. 106. sed inprimis oratio Creontis crimen similiter repellentis obiectum in *Sophoclis* Oed. T. v. 592 — 610. Illinc sua quaedam efformavit in Oedipo *Seneca* v. 687.

Solutus onere regio, regni bonis
Fruor, domusque civium coetu viget, etc.

initio dramatis ista Oedipodis v. 6.

Quisquamne regno gaudet? ó fallax bonum e
Quantum malorum fronte quam blanda tegis!

expressa mihi videntur ex his Ionis Euripidei v. 621.

Τυραννίδος δε τῆς μάτην αἰνουμένης
Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδύ, τὰν δόμοισι δὲ
Λυπηρά.

Vs. 1021. *Ἓν οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν*] Literam probem 273
interiectam, *Ἓν γ' οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν· Unum quidem non-* a

dum dixi eorum quae habebam dicenda; τὰ δ' ἄλλ' ἔχεις· cetera vero iam dixi: Τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις· est in Phoen. v. 960. — In v. 1024. pro εἶδες docte corrigit *Reiskius* εἶλες· *Ἔργοις ἂν εἶλες τοὺς κακοὺς διεξιών.* In vs. 1002. ᾧ με νῦν ἕλειν δοκεῖς, nonnulla notata sunt.

b Vs. 1027. *Μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν*] *Iovem iuro et Terrae solum, tuum me nunquam attigisse lectum; neque futurum ut id unquam velim aut cogitem.* Vitiabat versum lectio vetus, μηδ' εἰς ἔννοιαν λαβεῖν· vitium sustulit in Barnesiana, μηδ' ἐς ἔνν. genuinam voculam ἂν praebuerunt Codd.
c Flor. Paris. quosque *Musgravius* adhibuit. Quod huius exhibet Editio, ἀν' ἔννοιαν λαβεῖν vereor ut Graece dici possit. *Ἂν*, sic iunctum temporibus infinitivis, praesenti et aoristis vim indit futuri; qui usus voculae pervulgatus est. Absque Codicibus illa repeti potuisset ex his dramatis *Χρ. Π.* v. 524.

Ὄμνυμι τὸν σύμπαντα σαφῶς εἰδότα,
Μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν.

d — Hippolytus *Euripidis*, *Νῦν δ' ὅρκιόν τοι Ζῆνα, καὶ πέδον χθονὸς Ὄμνυμι· Iovem* iurat *iurisiurandi vindicem et Terram matrem*; *Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ*, est in *Soph.* Phil. v. 1318. *Ὅρκιον* etiam Iovem attigit *T. H.* in *Lucian.* p. 99. *Πέδον χθονὸς*, ut *Eurip.* Medea v. 746. *Ὄμνυ πέδον γῆς, et Solem* v. 752. *Ὄμνυμι γαῖαν λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς.* hinc distat Ae-
e neae *Virg.* Aen. XII. v. 176. *Et nunc Sol testis et haec mihi terra precanti.*

Vs. 1028. *Ἥτ' ἂν γ' ὀλοίμην, ἀκλεὴς, ἀνώνυμος*] Codicibus obsequutus edidit *Musgravius*, *Ἥτ' ἄρ' ὀλοίμην·* de quibus voculis sic iunctis dixi in v. 480. Hic erat in Par. Cod. ἥ τ' ἄρ', in Flor. ἥ γ' ἄρ' ὀλ. *Heathio* servanda videtur vulgata lectio, *Ἥτ' ἄνγ' ὀλοίμην· certe peream: Aesch.* Theb. v. 558.
a *Ἥτ' ἂν πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο.* — In dramate *Χρ. Π.* v. 526. quum legatur, *Ἡ κατολοίμην ἀκλεὴς ἀνώνυμος·* suspicari licet, ex suo Codice scripsisse Auctorem, *Ἡ κάρτ' ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀ.* Atque ita forte dederat *Euripides*, cui ἦ κάρτα sic ut et *Sophocli* saepe iunguntur: sensus esset ἦ ὀλοίμην κάρτα ἀκλεής. — *Reiskio* venit in mentem *Ἥτ' ἀντολοίμην.*

b Vs. 1029. *Ἄπολις, ἄοικος, φυγὰς ἀλητεύων χθόνα*] Pro ἀλιτεύων, ex Cod. Paris. hic, et infra v. 1048. ἀλητεύων substitui: isto versu 1048. Theseus ad filium:

Ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς
Ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσεις βίον.

Illinc partim nostrum arbitror efformatum, et hoc certe loco
non ab *Euripide* profectum a quo scribi non poterat φυγὰς c
ἀλητεύων χθόνα. In altero versu recte dicitur ἐκ πατρῴας
χθονὸς φυγὰς ἀλητεύων, *exul ex patria terra vagus*, sive *huc
illuc oberrans*. *Homeri* satis auctoritate tutum Ἀλητεύειν, *huc
illuc vagari*, ἀλητείαν peperit, cuius forma Dorica Ἀλατεία le-
gitur in *Aesch.* Prom. v. 899. *Eurip.* Helen. v. 530. restituen-
da *Epimenidi* apud *Diog. Laërt.* I, 113. Ut in Hipp. v. 1048. d
sic in *Eurip.* Heracl. v. 515. Ἀλλ' ἐκπεσοῦσα τῆσδ' ἀλητεύω
χθονός· in *Anthol.* I. c. IV. ep. 1. III. c. XXV. ep. 4. *He-
liodor.* III. p. 150, 11. — Est utique ἀλητεύων idem ac ἀλή-
της ὤν, sive πλανήτης, unde πλανητεύειν. Nihil itaque no-
stro versu habet χθόνα unde pendeat. Hoc etiam solum mihi
versum monstraret adulterinum; ubi paulo post suo loco recte
legitur ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονός. Accedit huc *Con-* e
ditor dramatis *Χρ. Π.* qui versum hac in sede legisse non vide-
tur in suo Cod. dum haec exhibet continua v. 526, 7. Ἦ κα-
τολοίμην (f. κάρτ' ὀλοίμην) ἀκλεὴς, ἀνώνυμος, Καὶ μήτε πόν-
τος, μήτε γῆ μήτ' αὖ πόλος Τὸ σῶμά μου δέξαιτο. — Ad ver-
sum hic in Hipp. explendum Ἄπολις, ἄοικος, facile potuerunt
aliunde adsumi. Duo senarii mihi videntur ex *Euripidis* per- 274
dito dramate, qui latent apud *Aelianum* V. H. III. c. XXIX. a
et *Diog. Laërt.* VI, 38.

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
Πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων ἐφήμερον,

quibus accommodis Cl. *Burmann.* usus est in Ibin *Ovidii* v. 113.
Exul, inops erres, alienaque limina lustres. Nemo hic, opi-
nor, ex *Euripidis* more versum tuebitur. — Non solet certe b
Sophocles in eadem Tragoedia versus repetere: in eius Oed.
in Col. versus sunt 761, 2, 3.

Ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος,
Καὶ τοὖν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκὺ,
Καὶ 'μάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι.

sed horum ultimus illic ab alia manu fuit adiectus; quem su-
pra suo loco *Sophocles* posuerat v. 430. c

Χρόνῳ δ' ὅτ' ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων,
Κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι
Μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων.

De hoc quidem versu neminem confido dubitaturum, qui *So-
phoclem* cognoverit. In *Aristoph.* Acharn. qui legitur versus
383. Ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον· ex ista sede poterit
eiici, cum sua sede legatur 435. d

Vs. 1030. *Καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ δέξαιτό μου Σάρκας θανόντος; εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.*] Simile votum Pyladae in *Eurip.* Or. v. 1091.

Μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον,
Μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, εἴ σ' ἐγὼ προδοὺς,

e — *ἀπολίποιμι.* In istis *Μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, τὸ πνεῦμά μου δηλονότι* non absurde supplet *Schol. Pindari* p. 36. a. Ubi hunc ex Oreste locum attigit, *Eustathius* in *Hom.* Il. *H.* p. 538, 19. nostra haec ex Hippol. explicat, *μήτε πόντος μήτε γῆ δέξαιτό με, κατὰ φυσικὴν δηλαδὴ ἀνάλυσιν. Euripidis Scholiasta*, dum scribit ad v. ex Oreste, *Μήτε τὸ σῶμά μου ἀποθα-*
a *νόντος ἡ γῆ παραδέξαιτο μήτε εἰς αἰθέρα ἡ ἐμὴ ψυχὴ χωρήσαι* videri posset legisse, *Μὴ σῶμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον.* — Differt ab Hippolyti dicto Minois illud Ovidiani ad Scyllam Met. VIII, 98.

Dii te submoveant, ô nostri infamia secli,
Orbe suo; tellusque tibi pontusque negentur.

b Vs. 1032. *Εἰ δ' ἥδε δειμαίνουσ' ἀπώλεσεν βίον Οὐκ οἶδ'.*] Ab Hippolyto hoc vere dici poterat, dubitarique adeo, utrum indignata repulsâ Phaedra vitam sibi eripuisset an metu: *Iudiciine metu magis, offensâne repulsae*, Hippolyti, sive Virbii, versus in *Ovid.* Met. XV, 502. mihi quidem sententia pendere videtur ab alio qui periit. — Proxima, in Edd. sic collocata,
c *ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις λέγειν πέρα*, scribere malui prout legebantur in Cod. Paris. *πέρα λέγειν* erat in Flor. Eodem ordine, quo in Paris. exhibentur in *dramate Χρ. Π.* v. 531. *Ταῦτ' οἶδα· νῦν γὰρ οὐ πέρα θέμις λέγειν. Soph.* Elec. v. 635. — *οὐκ ἂν πέρα λέξαιμ' ἔτι.* v. 1513. — *Μὴ πέρα λέγειν ἔα* tamen in Philoct. v. 1269. *Παῦε, μὴ λέξῃς πέρα.*

d Vs. 1034. *Ἐσώφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν, Ἡμεῖς δ' ἔχοντες, οὐ καλῶς ἐχρώμεθα.*] Quid de Phaedra sentiret, quum palam dicere non liceret Hippolyto, verbo usus ambigui significatus, et oxymori figura tamen obscurius patefecit. Horum diversae prostant interpretationes; proxime veram haec mihi videtur accedere *Heathii: Illa casta et pudica existimata*
e *est, cum pudicitiam revera non habuerit; nos vero, qui habemus, infelici successu ea usi sumus. Ausonius* p. 527. — *pudicum*

Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.

Ludit et in ambiguo verbo *σωφρονεῖν* significante, *sana mente esse*; *prudenter agere.* Videri Phaedra poterat morte sibi sua

castitatis famam prudenter comparasse; contra Hippolytus nihil aliud effecisse sua pudicitia, quam ut patris cubile teme- 275
rasse censeretur. Oxymori figuram notissimam prae ceteris a
adamavit *Euripides;* cuius et ista sunt in Hec. v. 564. *Ὁ δ', οὐ θέλων τε, καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης.* Phoen. v. 360. *Μῆτερ, φρονῶν εὖ, κοὐ φρονῶν, ἀφικόμην.* Ion. v. 1444. *Ὁ κατθανών τε κοὐ θανὼν φαντάζομαι.* Recte iudicavit *St. Berglerus,* ista talia ridenda sibi Comicum sumsisse, dum in *Ἀχαρν.* v. b
395. interroganti, *Ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης;* servulus respondet, *Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις·* ubi praeter alia *Euripidis* hunc quoque versum adscripsit *Berglerus.* — Est in *Antholog.* Lat. L. I. epigr. CLIII. de Hippolyto et Phaedra:

Vincere falsa pudor poterat: sed castus et insons
Erubuit Phaedrae vincere falsa pudor.

In seq. vs. 1036. ad *αἰτίας ἀποστροφὴν,* quam recte *Scholia-* c
stes ἀπολογίαν interpretatur, adscriptum legitur in Cod. Paris. *ἀποφυγήν.* Qui quidem iudicibus videbatur *τὰς αἰτίας ἀποστρέψαι,* — ille velut *νικήσας καὶ λυθεὶς τῆς κατηγορίας* in Attico foro dicebatur *ἀποφυγών·* *elapsus criminibus Ciceroni:* *Horatius* L. I. Serm. Ecl. IV. v. 100. *sed tamen admiror, quo* d
pacto iudicium illud Fugerit: *ὅπως ταύτην τὴν δίκην ἀπέφυγε.*

Vs. 1038. *Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς, οὐ γόης πέφυχ' ὅδε, Ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ ψυχὴν κρατήσειν;*] Quod Codex dabat Paris. *οὐ γόης,* ut animosius, recepi pro *καὶ γόης·* *Eurip.* Hec. v. 490.

Οὐχ ἥδ' ἄνασσα —
Οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ;

In Bacch. v. 233. memoratur *Γόης ἐπῳδὸς Λυδίας ἀπὸ χθονός·* e
attigit haec *J. Pierson.* in *Moer.* Att. p. 113. — Hic Editionum et plerorumque Codicum lectionem *εὐορκησίᾳ* primus *Musgravius* nobis immutavit, posuitque in uno Cod. repertum, et *Scholiastae* lectum, *εὐοργησίᾳ·* Factum equidem laudo. In Cod. Paris. quem adhibuit *T. H.* scriptum etiam erat *εὐοργη-* a
σίᾳ· literis tamen *κη* velut emendatione superimpositis: *εὐεργεσίᾳ* dabat Cod. Flor. — Clar. *Heathius,* nec sane miror, *procul dubio legendum* decernit *εὐορκησίᾳ·* quia chorus paulo ante iusiurandum tantum Hippolyti memoraverat velut validissimum eius innocentiae argumentum: quod ait vocem *εὐοργησία apud neminem Lexicographorum reperiri,* fortasse verum est; sed in notis illam tamen legere potuerat ad *Hesych.* in b
Εὐόργητος, idonea munitam *Euripidis* auctoritate Bacch. v. 641.

Πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν.

Sed nec alteram vocem legerat *Heathius*, nisi hoc uno loco
c controverso firmatam: videtur illam in *Alexandri* (vid. *T. H.* in *Schol.* ad Plutum *Ar.* p. 323) Comoedia legisse, qui rariores voces Atticas ex veteribus adnotavit, *Grammaticus* in Cod. Sangerman. *MS.* ex cuius perinsigni libello has apud Cl. *Ruhnkenium* notas enotavi: *Εὐεργεσία* (L. *Εὐοργησία·*) *Εὐριπίδης Βάκχαις.* † *Εὐορκισία·* (L. *Εὐορκησία·*) *Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ.* Absque hac nota vox videri posset suspecta neque ex analogia
d sermonis commendabilis. Quia *εὐπαίδευτος* erat in usu, *εὐπαιδευσίαν* dicere potuit et *Euripides* teste *Polluce* IX, 161. Sed *ἀλειτουργησία· ἀκοινωνησία· ἀτιμωρησία· εὐεμπτωσία·* et similia non legerentur, nisi adiectivum *ἀλειτούργητος* etc. in usum fuissent recepta: par ratio est in *εὐοργησία* ab *εὐόργητος* formato; sed quum neque *εὐόρκητος* nec quidquam si-
e mile fuerit in usu, videri quoque potuisset *εὐορκησία* prorsus fuisse inusitatum: *qui sancte colit iusiurandum* dicitur *εὔορκος* et *εὐορκεῖν·* Sed quid hic tandem significabit *εὐορκησία*; *Εὐοργησία morum* erat *atque ingenii bonitas*, qua suam se patri speraverat Hippolytus innocentiam potius probaturum, quam iurandi formulis: morum etiam lenitate commendabilis *εὐόργητος* dicebatur: deleta vocula *οὐ*, scribendum apud *Plu-*
276 *tarch.* T. II. p. 413. C. *εὐόργητος γάρ ἐστι καὶ πρᾷος.* Asper
a in alios, qui facile tamen ferebat adulantium dicta Dionysius *Eubulo* fuisse dicitur:

Καὶ τοῖς κόλαξι πᾶσι τοῖς σκώπτουσί τε
Ἑαυτὸν εὐόργητος.

apud *Athen.* VI. p. 260. D. conf. *Casaub.* Anim. p. 454. et
h inprimis eximii Medici Nostratis *Adr. Heringae* Observ. c. VI. p. 49. Praeter ceteros, *Ὀργὴν* de moribus et ingenio, frequenter dixit *Theognis.*

Vs. 1043. *Ἔκτεινά τοι σ' ἂν, κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν,*] In Flor. Cod. legitur, *Ἔκτεινά τις ἂν, κοὐ φυγῆς ἐζημίουν·* in aliis si *φυγῆς* etiam inveniretur, velut diversa lectio considerari posset, *κοὐ φυγῇ σ' ἐζημίουν*, *morte te, non exilio mul-*
c *ctarem. Eurip.* Oreste v. 898. *Οὗτος κτανεῖν μὲν οὔτέ σ', οὔτε σύγγονον Εἷα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν.* in Med. v. 454. *Πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ.* sed et unius exilium vocat *φυγὰς* in Or. v. 514. *homicidam statuere φυγαῖσι δ' ὁσιοῦν, ἀνταποκτεῖναι δὲ μή.* Theseus *Euripidis* ap. *Plutarch.* T. II. p. 112. D.

Φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς·

illic scribitur πάτρας ἐμᾶς, alibi πάτρης ἐμῆς, utrumque d
vitiose.

Vs. 1045. — οὐχ οὕτω θανῇ· — 1047. Ταχὺς γὰρ ᾅδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ.] Ἀνδρὶ δυσσεβεῖ, quod et hic legitur in Paris. Cod. fluxit ex v. 1050. — Thesei Euripidei sententiam accurate *Horatius* expressit Epoda XVII, 62.

Sed tardiora fata te votis manent: e
Ingrata misero vita ducenda est in hoc,
Novis ut usque suppetas laboribus.

Eamdem adhibuit *Seneca* Tragicus; in Hippol. v. 713. Herc. in Oeta v. 111. Agam. v. 995.

Mortem aliquid ultra est? Vita, si cupias mori.

Ovidius in Ibin v. 124. a

Optatam fugiat vita coacta necem.

Vs. 1048. Ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς Ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσεις βίον] Hunc quoque versum supra iam dederat 898. ubi Hippolytum absentem Theseus, Ἢ τῇδε χώρας ἐκπεσὼν, ἀλώμενος Ξένην ἐπ' αἶαν, λυπρὸν ἀντλήσει βίον. sic solet interdum *Euripides* in eodem etiam dramate leviter mutatos eosdem repetere senarios: vid. Alc. v. 419, 782. b
Herc. Fur. 733, 756. His non sane vereor ne quis abutatur ad labefactanda quae supra dicta sunt ad versum 1029. cuius est longe diversa ratio. Virbius *Ovidii* XV, 504. suum olim Hippolyti fatum enarrans, *immeritum*, inquit, me *pater proiecit ab urbe, Hostilique caput prece detestatur euntis.* Medea *Senecae* v. 19. morte c

Mihi peius aliquid, quod precer sponso malum;
Vivat: per urbes erret ignotas egens,
Exul, pavens, invisus, incerti laris.

In seq. vs. 1050. vocem alio positam ordine dat Paris. Cod. Μισθὸς γὰρ οὗτός ἐστιν ἀνδρὶ δυσσεβεῖ.

Vs. 1053. Πέραν γε πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν,] d
Theseus *Racinii:*

Fusses-tu par de-là les Colonnes d'Alcide,
Je me croirois encor trop voisin d'un perfide.

In Edd. legebatur, Πέραν γε πόντου καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν· quod etiam Codices aliquot exhibent scripti; τερμόνων τ' Ἀτ- e
λαντικῶν in duobus a se Codd. inventum restituit *Musgravius:*

ad hos duo Codices accedunt Flor. et Paris. e quibus tamen illud non primus recepissem. Est illa quidem optima lectio: supra quoque v. 746. memorat τέρμονα — οὐρανοῦ, πὸν Ἄτλας ἔχει. in Herc. Fur. v. 234. Ἀτλαντικῶν πέρα Φεύγειν ὅρων. Sed est Hippolyti versus tertius,

277 Ὅσοι τε πόντου, τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν
a Ναίουσιν εἴσω·

cuius recordatus aut actor aut lector *Euripidis* hic quoque dare potuit τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν· ubi Poëta posuerat alterum illud. Nihilque adeo est cur τόπων Ἀτλαντικῶν minus videatur Euripideum; quum in talibus frequenter τόπων meminerint Tragici: praesertim *Aeschylus*; ex quo Σαλαμῖνος τόπους·
b Αὐλίδος τόπους· Πέλοπος τόπον enotavit Clar. *Abresch.* Anim. ad *Aesch.* I. c. 32. p. 232. *Euripides* apud *Strabon.* XIII. p. 916. A. Marsyam dicit τὰς διωνομασμένας — Legendum puto,

τὰς μὲν ὠνομασμένας·
Ναίειν Κελαινὰς ἐσχάτοις Ἴδης τόποις.

Seneca Agam. v. 436.

c *Juvat videre nuda Troiae litora,*
Juvat relicti sola Sigei loca.

In *Sophoclis* Trach. v. 1116. confecisse dicitur Hercules aureorum

Δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις·

id est ἐπ' Ἀτλαντικοῖς τόποις· aureis enim malis dives hortus
d *ad Atlantem usque montem pertingens*, *Hygin.* Poët. Astr. II. c. 3. ἣν παρὰ τῷ Ἄτλαντι, iuxta *Eratosthenem* in Catast. c. III. huic, ut et aliis, puellae Hesperides ipsius sunt Atlantis filiae; cuius etiam hortus habebatur:

solidis pomaria clauserat Atlas
Moenibus, et vasto dederat servanda draconi,

e *Ovid.* Met. IV. 645. In *Aeschyli* Prom. V. v. 348. *coelifer* (*N. Heins.* vid. in *Ovid.* V. Fast. v. 83.) *Atlas* πρὸς ἑσπέρους τόπους (πρὸς ἑσπέροις τόποις scripsisse potius videtur) Ἕστηκε, κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς Ὤμοις ἐρείδων. His addantur *Virgiliana* ex Aen. IV, 480. *Ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas Axem humero torquet.* — His lectis neminem opinor futurum, qui vulgatam ante lectionem hoc in
a versu, καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν, ex errore librariorum natam censuerit. Forsan utraque scriptio nunc *Euripidi* videbitur

contribuenda; τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν si dederat in prima Ed. causa poterit excogitari facilis, cur alterum in secunda praetulerit. — Paene omisissem Thesei *Senecae* similia quaedam ad filium Hipp. v. 930.

profugus ignotas procul
Percurre gentes: te licet terra ultimo b
Summota mundo dirimat Oceani plagis, etc.

Vs. 1057. Ἦ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη, Κατηγορεῖ σου πιστά.] In versu, qui praecedit, φήμας ἐλέγχων est in Cod. Paris. ἤλεγξας est in eadem re infra v. 1322. — His ista mihi significari videntur; *Tabella haecce, quae sortes incertas* c *sibi non accepit inscriptas, sic te accusat, ut firmissimum praebeat ad crimen probandum argumentum.* Respondent ad illud Hippolyti,

Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων
Φήμας ἐλέγξας ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;

ubi per πίστιν *argumenta* sunt intelligenda, quibus, praeter iusiurandum, utebantur in iudicio *ad crimen probandum.* Hic, d vocem adhibens κλῆρον, *sortitionem* proprie sic dictam respexisse videtur, et *notas* κλήρους etiam dictas, quas tabellis vaticinis augures ex observatis suis habebant inaratas. In sorte proprie sic dicta casus plurimum valet incertus: hinc *fortunae filiolus,*

Ὁ τῆς τύχης παῖς κλῆρος

in perdito dramate, ni fallor, *Euripidi* dicebatur ap. *Plutarch.* e T. II. p. 965. E. p. 644. D. ubi ψυχῆς perperam vulgatur: Augurum κλήρους, sive tabellis inscriptas notas, memorat in Phoeniss. *Euripidis* Tiresias v. 845.

Κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερί,
Οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν
Θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν.

— Nostrum etiam ex Hippolyto versum ob κλῆρον, et *Scho-* 278 *liastae* verba, *Jos. Scaliger* adhibuit in *Tibull.* p. 131. conf. a *Ez. Spanhem.* in *Callim.* p. 626. — Quomodo ceperit, aut sua voluerit intellecta *Conditor* mirifici dramatis *Χρ. Π.* non equidem exputo: haec ille chorum facit de Virgine matre dicentem v. 562.

Μαιευσάσης χεὶρ, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,
Κατηγόρησε πιστὰ σοῦ θεῖος τόκος. b

— Augurum κλήρους, velut sortes incertas, et totam disciplinam auguralem hoc quidem articulo temporis Theseus habebat despicatui; quod monstrant proxima,

τοὺς δ' ὕπερ κάρα
Φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

c Ex animi quoque sui sententia scripsit *Euripides* in Helenae v. 753.

εὔηθες δέ τοι,
Τὸ καὶ δοκεῖν ὄρνιθας ὠφελεῖν βροτούς.

Legitur in Oed. T. *Sophoclis* v. 974.

τί δῆτ' ἄν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις
Τὴν πυθόμαντιν ἑστίαν, ἢ τοὺς ἄνω
Κλάζοντας ὄρνις.

d Vs. 1062. Οὐ δῆτα· πάντως οὐ πίθοιμ' ἄν οὕς με δεῖ, Μάτην δ' ἂν ὅρκους συγχέαιμ', οὓς ὤμοσα.] *Absit ut hoc faciam: neque enim omnino moverem, quos flectere me oportebat,* (praeferrem, οὕς μ' ἔδει) *Et quam dedi fidem iuratam frustra violarem.* Quae dedit *Heathius* neque hic conveniunt, nec verbo activo πείθειν. Quod pro οἷς με δεῖ praeter Ed. primam e Flor. Codex dabat Paris. οὕς με δεῖ recepi (*Reiskio* detectum absque Codicis auxilio;) non item quod Flor. συγχέοιμ'· quia συγχέαι frequentatur Atticis, et πείθειν ista structura: πάντως οὐκ ἂν πίθοιμι οὕς με πείθειν ἔδει. Simile videtur, neque est tamen, in *Soph.* Oed. in Col. v. 1438. Μὴ πεῖθ' ἃ μὴ δεῖ· significant enim, *suadere noli quae minus decent.* Sed et aliquid alteri persuadere dicitur πείθειν τινά, ex gr. *Isocrati* p. 155. a D. p. 166. C. 343. B. 365. C. ὥς γ' ἐμαυτὸν πείθω, *Demosthenis* est p. 442. *Euripides* Alc. v. 827. ἀλλ' ἔπειθέ με Λέγων. huius generis quaedam adscripta sunt *Herodoto* P. 254. f. — Ut hic συγχέοιμι erat in Flor. idem ille Codex dabat in Medeae v. 794. Δόμον τε πάντα συγχέυσ' [id est συγχέουσ'] Ἰάσονος Ἔξεέμι γαίας· hic quoque praestat συγχέασ' Ἰάσονος· neque, b opinor, causae quidquam erat cur in *Aristoph.* Pace v. 1241. τῷ ἐγχέας, ἐγχέων substitueret *Dawesius* in Miscell. Crit. p. 238. Ἐκχέας est in *Aeschyli* Choëph. v. 518. ex *Euripidis* Philoctetis Prologo, — μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν, *Dion. Chrysost.* explicat, διαφθεῖραι τὴν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν γεγονόσιν εὔκλειαν. — Συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα scribit *Herodotus* VII. c. 136. ξυγχέαι — τὰς σπονδὰς, *Thucydides* V. c c. 39. συγχέαι τὰς ψήφους, *Isaeus* p. 52, 26.

Vs. 1064. Οἴμοι, τὸ σεμνὸν ὥς μ' ἀποκτείνει τὸ σόν.]

Ah! tristis ista vultus tui et ficta severitas quam me enecat! Est in talibus τὸ σεμνὸν quod *Terentio* dicitur, *Tristis severitas inest in vultu; Ovidio* (*non*) *est ficto vultus mihi tristis in ore.* — Pro ἀποκτενεῖ hic ex uno Cod. Paris. tempus convenientius admisi ἀποκτείνει. Ἀποκναίει, Atticis in eumdem d
sensum adhibitum, hic quoque scribendum videbatur *Jo. Piersono* ad *Moer.* Att. p. 74. haud sanequam alterum ignoranti, et ne quidem *Antiphanis* illud apud *Athen.* X. p. 449. B. Ἡράκλεις, ἀποκτενεῖς Ἀρά μ', εἰ μὴ γνωρίμως μοι πάνυ φράσεις κρεῶν χύτραν. *Grotius* in Exc. p. 604. *Aedepol, plane me enecas;* ex *Terent.* Andr. IV, 1, 36. *Cur me enecas? Achilles* e
Tat. I. p. 27. ἀποκτείνεις, εἶπον, σιωπῶν· τί σε λυπεῖ. *occidis me silentio tuo.* de iis qui importuna essent loquacitate molesti frequentius adhibebantur talia: *Aristoph.* Pluto v. 390. Οἴμοι τῶν κακῶν, Ἀπολεῖς. *Enecas me, Berglerus; Luciani* Iupiter in Iove Trag. §. 43. Σὺ ἡμᾶς ἐπισφάττεις, ὦ Μῶμε, οὐκ ἐν καιρῷ νῦν ἐπιτιμῶν. his in literis maximi facio iudicium *Piersoni;* hic tamen ob ista quae dedi servandum omnino vide- 279
bitur ἀποκτείνεις. a

Vs. 1065. Οὐκ εἶ πατρῴας ἐκτὸς ὡς τάχιστα γῆς;] Sic versus etiam legitur in Codd. Flor. et Paris. qui ad εἶ recte habet adscriptum πορεύσῃ. Pro πορεύσομαι vel ἐλεύσομαι, ἀπελεύσομαι· ἐξελεύσομαι· εἰσελεύσομαι· Atticis potius adhibebantur εἶμι· ἄπειμι· ἔξειμι· ἔσειμι, quod legitur mox versu b
1067. ἔσει, *ingredieris*, non intellectum in *Aristoph.* Vesp. v. 186. *Suidas:* Ἔξειμι, οὐκ ἐξελεύσομαι, λέγουσιν Ἀττικοί. In rem satis vulgatam minime tamen vulgata dedit *T. H.* ad *Thomam M.* in Ἐπεξελευσόμενος.

Vs. 1066. Ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων τρέψομαι;] Hippolytus *Racinii:*

Chargé du crime affreux, dont vous me supçonnez, c
Quels amis me plaindront, quand vous m'abandonnez?

Medea *Euripidis* v. 502. Νῦν ποῖ τράπωμαι; *Ennius* reddidit, *Quo nunc me vortam, quo iter incipiam ingredi?* comparavit et alia Nobiliss. *Janus Dousa* Filius Coniectan. in *Catull.* c. VI. p. 38. Hoc nostro loco vulgata, Ποῖ δῆτα τλήμων, ex uno d
Cod. Paris. mutavi in Ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων· τλάμων erat in Flor. In Or. v. 293. legitur, Ἐγὼ δ' ὁ τλήμων· v. 1033. Τέθνηκ' ὁ τλήμων· in Herc. Fur. v. 1013. etc. — In vs. 1069. ad ξυνοικουροὺς κακῶν adscriptum in Paris. συνεργάτας· quod est et in *Scholiis.* Supra Noster v. 417. Οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην. in Bacch. v. 1144. Τὸν ξυγκύναγον, τὸν ξυνεργά-

e *την ἄγρας.* Quia dixerat *γυναικῶν λυμεῶνας*, quas decebat esse *οἰκουροὺς*, domi simul cum aliis mala patrantes dixisse videtur *ξυνοικουροὺς κακῶν.*

Vs. 1070. *Αἶ, αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε.*] Mihi quoque dudum quod *Reiskio* fuit visum, verbum hic aliquod requiri, unde penderent ista *πρὸς ἧπαρ*· Ille, literis gemitus indicibus, *αἶ, αἶ*, extra versum collocatis, supplendum a suspicabatur, *Ἔρπει πρὸς ἧπαρ*· mihi verbum illud hinc alienius, aptum hac in sede videbatur, et a literis istis *αἶ αἶ* facile absorptum,

Δύνει πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε.

Hoc ad viscera usque permanat, sive *penetrat*, *et lacrymas* b *mihi prope exprimit.* Non libidinis tantum et irae, sed quorumcunque dolorum, qui mentem penetrabant, sedem Poëtae posuerunt in iecore; certe sensum illorum penetrare dicebant ad iecur usque. Tragici sat exemplorum praebebunt: *Sophocles* Aj. v. 951.

Χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη·

vehemens haec aegritudo permanat ad iecur usque. Aeschylus in Agam. v. 442. *Πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ.* v. 800. c *quisque paratus est gemere cum infortunatis,*

δῆγμα δὲ λύπης
Οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται

sed illorum iecur nullus ulcerat doloris morsus. versum 1173. egregie correxit *G. Canterus*, *Πέπληγμαι δ' ἧπαρ δήγματι φοινίῳ. Auctor* Rhesi v. 425. *Λύπη πρὸς ἧπαρ δυσφορῶν ἐτειρόμην.* — Hoc nostro versu scribi quoque potuit *Χωρεῖ*, vel *Θίγγει*, vel, quod malim, *Δύνει πρὸς ἧπαρ.* — *Homer.* Od. *Λ*, 578. *Γύπε δέ μοι — ἧπαρ ἔκειρον Δέρτρον ἔσω δύνοντες. Apollon. Rhod.* III, 763. *Ἔνθ' ἀλεγεινότατον δύνει ἄχος.* In Eumen. *Aeschyli* v. 846. *ὑποδύεται Πλευρὰς ὀδύνα.* conf. *Eurip.* Ion. v. 766. *Horatii* aliorumque dicta, quibus iecur ut e amoris et irae sedes consideratur, collegit *Lambinus* ad *Horat.* I. Carm. XIII, 4. et IV. Carm. Od. I, 12. Duo de Aeschyleis dictis cum formulis Orientalium contulit vir in suo genere literarum Summus *Alb. Schultensius* in *Jobi* XVI, 13.

Vs. 1071. *Εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, δοκῶ τέ σοι*] Pro *τε* voculam *γε* hic quoque dabant Flor. et Paris. Non scripta 280 mallem quae dedit *R.* Non sane *φαίνεσθαι* et *δοκεῖν* sed op- a posita sunt *δοκεῖν* et *εἶναι.* Qui malus et aliis videri poterat,

patri certe videbatur, erat tamen vir optimus Hippolytus. — Sequenti versui, ante ἐχρῆν, literam σ' interieci ex Codd. Flor. et Paris. quam ex aliis etiam insertam voluit *Musgrav.* Sententiam dat eamdem Elec. *Eur.* v. 1111. Ὀψὲ στενάζεις, ἡνίκ' οὐκ ἔχεις ἄκη.

Vs. 1074. Ὦ δώματ', εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι,] Ex b diversis verbi lectionibus optimam hic meo iudicio *Musgravius* elegit γηρύσαισθε, et mox μαρτυρήσαιτ' · γηρύσεσθέ με legitur in Flor. γηρύεσθε μοι in Paris. γηρύσεσθέ μοι Καὶ μαρτυρήσετ' in Ed. prima Flor. Supra v. 213. Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ, *ne dicas.* *Aesch.* Suppl. v. 469. Λέξον, τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσῃ; — Ad sententiam respondent ista Hipp. c v. 418. Τέρεμνα [τ'] οἴκων μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ. in Phoen. v. 1351. Ὦ δώματ' εἰσηκούσατ' Οἰδίπου τάδε.

Vs. 1076. *Εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις; σαφῶς Τόδ' ἔργον οὐ λέγον σε μηνύει κακόν.*] *Scholiastae* memorata lectio, in duobus etiam inventa Codd. σοφῶς. *Marklando* placuit, scribenti praeterea, σοφῶς. Τὸ δ' ἔργον. sic sensus d erit: *Mutos tu testes invocas: callide.* Est tamen commodus etiam sensus in vulgatis: *Ad mutos testes confugis?* ἔργον τόδε, οὐ λέγον, (atque adeo ἄφωνον) σαφῶς μηνύει σε κακόν. *hanc ecce tibi tabellam,* hoc cadaver novercae, *quae* dum tacet clamat, sive *perspicuis verbis te malum indicat.* Eleganter *Achilles Tatius* V. p. 285. Φιλομήλας, inquit, τέχνη σιωπῶσαν εὕρηκε φωνήν. μηνυτῆρος ἀφθέγκτου meminit *Aeschylus* e Eumen. v. 245. Est et hic ὀξύμωρον in istis οὐ λέγον λέγει, vel φράζει σαφῶς, sive μηνύει. Potuerat indicium obscuris esse verbis aut perplexe scriptum; sed plane verbisque perspicuis Hippolytus indicabatur in tabella. Propterea σαφῶς μηνύει hic retinuerim: *plane et perspicue dicere* σαφῶς λέγειν est in *Sophoclis* Phil. v. 597. v. 1332. et in similibus σαφῶς in a Oed. T. v. 106, 612, 712, 1075. etc. σαφῶς φράσω *Antiphanis Athen.* X. p. 450. D. 459. D. σαφῶς δεῖξαι *Diodori Sinopensis* ibid. VI. p. 239. B. Frequenter tamen etiam, nec mirum, σαφῶς et σοφῶς a librariis fuere permutata, etiam apud illos, quos nominabam: σοφῶς scribendum in *Soph.* Phil. v. 424. et in versu *Alexidis Athen.* III. p. 107. D. — Sequentes duo versus Hippolyti 1078, 79. mihi quoque videntur, ut *Mark-* b *lando*, obscuriores: tentarunt illos explicare *Heathius* et *Reiskius.* In margine primae Ed. Flor. vir doctus hanc adscripserat interpretationem: *Utinam hic esset aliquis, qui meas lacrymas et mea mala respiceret.* Forsan indignum videbatur Hippolyto, si suam ipse calamitatem, in quam innocens inciderat

c fraude novercae patrisque credulitate, lacrymis et fletu prosequeretur, ut adeo significatum voluerit, tum vero lacrymas se fuisse profusurum, si *tanquam alter idem* in eadem incidisset mala.

Vs. 1080. *Πολλῷ γε μᾶλλον σαυτὸν ἤσκησας σέβειν, Ἢ τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾶν, δίκαιος ὤν.*] *Temet ipse multo magis*
d *colere studuisti, quam iustus esse, et parentes qua decebat veneratione prosequi: ἢ, δίκαιος ὤν, τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾶν.* Eximie dicebant *θεοὺς σέβειν*· in hominum societate *τὰ δίκαια καὶ ὅσια ποιεῖν*· Viro Clariss. *δίκαιος ὢν δρᾶν* hic significare videtur, *cum hoc deberes facere:* saepe quidem *Plato* aliique Scriptores optimi vocem *δίκαιος*, infinitivo iunctam hunc in sensum adhibent: *δίκαιος εἶ* vel *εἰμὶ εἰπεῖν. δίκαιος εἶ ἀντιχα-*
e *ρίζεσθαι. δίκαιος ἦν τὴν πόλιν εὖ ποιεῖν. οὐ γὰρ ἐσμὲν ἀφαιρεθῆναι δίκαιοι.* Sed *δίκαιος ὤν* isto sensu paulo videretur insolentius, et *δίκαιος* apud Tragicos rarissime sic adhibetur: *Soph.* Antig. v. 406. *Eurip.* v. 186.

Vs. 1085. — *οὐκ ἀκούετε Πάλαι ξενοῦσθαι τόνδε προὐννέποντά με;*] *An non audiistis modo me palam edicentem, ut*
281 *hicce in exilium abiret. τῷδε προὐννέποντά με* sola praebet Ed.
a Flor. *Πάλαι προὐννέποντα* iungenda sunt, et in talibus locutionibus apud Atticos Scriptores, ut apud Latinos *dudum*, nonnunquam *πάλαι* ponitur *de re modo praeterita:* *Ἴσμεν*, inquit *Eustathius*, in Il. *I.* p 677, 24. *ὅτι ἡ Ἀτθὶς Πάλαι οἶδε λέγειν, οὐ μόνον τὸ ἀφ' ἱκανοῦ χρόνου, ἀλλὰ καὶ τὸ πρὸ ὥρας, ἢ καὶ*
b *στιγμῆς.* eam in rem in Il. *Θ.* p. 584, 15. *Eustath. Sophocleum* excitat *νῦν τε καὶ πάλαι λέγω· — νῦν μὲν γὰρ ἔφη τὸ προσεχῶς ἄρτι. πάλαι δὲ τὸ ἐν τῷ ἀνωτέρῳ ἐκεῖ προσεχεῖ στίχῳ.* sic in *Aristoph.* Pluto v. 1040. *Οὕπερ πάλαι κατηγοροῦσα τυγχάνω.* recte *Schol. Πάλαι, πρὸ ὀλίγου. Photius* Lex. *MS.* in *Πάλαι. τὸ ἤδη λέγειν εἰώθασι Πάλαι.* — Verbum *Ξενοῦσθαι* si vel isto significatu nusquam legeretur, nemo tamen adsentietur *R.* qui
c verbum prorsus inauditum hic nobis comminiscitur. *Ἀποξενοῦσθαι* usitatius: *φυγὰς Ἀπεξενοῦτο Sophoclis* est in Elec. v. 779. Apud *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 742, 19. *Euripides* Aegeo,

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
Πολυξενοῦσθαι;

illic *Sylburg.* tentabat corrigere *Ποτιξενοῦσθαι*· quod in Attico
d certe senario ferri posse negabit *Heathius;* cui meum fortasse *Πάλαι ξενοῦσθαι* minus alienum videbitur, *πάλαι* cum *ἐκλελοιπότα* iungendum esse cogitanti. hic *ξενοῦσθαι* significaret *ἐπὶ*

ξένης εἶναι· ut sensus esset, *Qua te terra dudum relicta dicemus peregrinari?* Fatebitur certe *H.* apud *Philostratum* de V. S. p. 600. a. pro τῶν πολυτοφῶν, corrigendum, τῶν πάλαι σοφῶν ἐνίους πολλὰ καὶ ἀνελεύθερα ὑπὲρ χρημάτων πράξαντας. — e
Versus sequens,

Κλαίων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται·

formulam dat comminantis notam: Androm. *Eurip.* v. 758. τίς ὑμῶν ἅψεται; κλαίων ἄρα ψαύσει. In *Aesch.* Suppl. v. 933. Κλάοις ἂν εἰ ψαύσειας. In illa formula saepe, pro κλαίων, οὔτι χαίρων· ut apud alios legitur; sic et apud *Euripidem.* — In vs. 1089. Οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς· vulgatum ὑπέρχεται scriptae lectioni Cod. Paris. ἐπέρχεται praetuli in *Eur.* Phoen. p. 463. a

Vs. 1090. Ἄρηρεν, ὡς ἔοικεν,] *Firmiter decretum est, ut videtur;* Ἄρηρε, sive Ἄραρεν, in Lexico Tragico redditum videtur παγίως δέδοκται· ut recte corrigunt in *Hesychio* viri Docti. Ut alias nonnullas, huius etiam Ἄρηρε formam Doricam, atque idcirco producto α medio, Ἄραρε Tragici mihi suos in senarios admisisse videntur, diversos in usus adhibitum: Ἄραρεν est in *Aesch.* Prom. v. 60. in *Eur.* Med. v. 1609. Or. 1334. ubi pro Ἄραρεν· ἀνάγκης· ex duobus Codd. Leid. scribendum, b

Ἄραρ'· ἀνάγκης δ' εἰς ζυγὸν καθέσταμεν.

Nostro versu Hipp. legitur in Paris. Cod. Ἄραρεν. ut in Dram. Χρ. Π. v. 837. Ἄραρεν, ὡς ἔοικεν. ὦ τάλαιν' ἐγώ. quod in eodem est dramate v. 1274. Ὡς ταῦτ' ἄραρεν· ex *Eurip.* Med. petitum v. 322. ubi nostris in Edd. vulgatur, Ὡς ταῦτ' ἄρηρε. cuius vice illic v. 1236. δέδοκται τοὔργον, et alibi frequenter legitur: in Med. v. 745. ἄραρε legit etiam *Auctor* Χρ. Π. v. 761. Aliis in locis *Euripidae* vulgatur ἄρηρεν· ut in Androm. v. 254. Ὡς τοῦτ' ἄρηρεν· id est δέδοκται. Heraclid. v. 399. Nisi scripserit in Elec. v. 948. Κάλλει τε χαίρων. quod vulgatur ἀραρὼν saltem cum viro D. mutandum est in ἀραρώς· unde formatum ἀραρότως· quod Cod. dat Flor. in *Eur.* Med. pro ἀρηρότως v. 1193. *Hesychio* Ἀραρότως redditur ἁρμοδίως, ἀσφαλῶς· ubi plura notantur, et a Clar. *Ruhnken.* in *Timaei* Lex. *Platon.* p. 35. c d e

Vs. 1092. Λητοῦς κόρη, Σύνθακε, συγκύναγε, φευξούμεσθα δή] Quia nusquam in senariis Tragicorum Doricum legitur κόρα· hic quoque κόρη Doricae fuit formae substitutum ex Cod. Paris. qui aeque ac Flor. cum, pro φευξόμεσθα, da-

ret φευξούμεσθα· ne hoc quidem restituere dubitavi; quia φευξοῦμαι Atticis etiam placuisse recordabar, saepius apud
282 Tragicos obvium. Θάκος iisdem aeque fuit usitatum ac Θῶ-
a κος. — Saepius autem Diana dicitur Λατοῦς κόρα· τὰν Διὸς κόραν Κλήσωμεν Ἄρτεμιν, ipsius est *Euripidis* Iph. in Aul. v. 1520. sed in carmine Chori. Hic vero κόρα nemini temere videbitur mutatum, quum relicta forma sit Dorica συγκύναγε· qui quidem *Phrynichi* legerit observationem in Ecl. p. 190. aut
b ad Phoen. notata p. 8. *Eurip.* Iph. in T. v. 709. Ὦ συγκύναγε, καὶ συνεκτραφεὶς ἐμοὶ, Ὦ πόλλ' etc. In istam classem forte Γαπόνως referendum, non nolente *Marklando* in *Eurip.* Suppl. v. 420. Γάπεδον certe Doricum Tragicos probasse testis *Stephanus* est *Byz.* in Γῆ· γήπεδον, ὅπερ οἱ Τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ Δωρίζοντες.

c Vs. 1095. Ὦ πέδον Τροιζήνιον, ὡς ἐγκαθηβᾶν πόλλ' ἔχεις εὐδαίμονα] In Epigrammate *Rhiani* Anthologiae *Stratonis*,

Ἡ Τροιζὴν ἀγαθὴ κουροτρόφος,

alio longe sensu dicitur, quam pudico Hippolyto multa terra praebere Troezenia loca iucundissima, in quibus quis possit ἐγκαθηβᾶν, *tempus iuventutis utiliter consumere.* Iuvenibus bene
d moratis ἡβητήρια erant *gymnasia*, quae hic vel inprimis respicit Hippolytus: pars stadii, Ἱππολύτου καλουμένου, supererat et aetate *Pausaniae* II. p. 187. Aliis *loca voluptaria*, et *amoeni secessus* dicebantur ἡβητήρια· quae *Herodoto* sunt ἐνηβητήρια II. c. 133. ubi quaedam notata sunt. Quandoquidem *Longus* alibi verbum adhibuit ἐνηβῆσαι, III. p. 79. suspicor idem illud posuisse L. II. p. 41. ubi, praeter alia, in ora
e Mitylenes maritima fuisse dicuntur λουτρὰ συνεχῆ, παράδεισοί τε καὶ ἄλση, τὰ μὲν φύσεως ἔργα, τὰ δὲ ἀνθρώπων τέχνη· πάντα ἐνοικῆσαι καλά. corrigo τέχνης, πάντα ἐνηβῆσαι καλά· *cuncta oportuna voluptati iuvenili:* illuc enim nave vecti paulo ante iuvenes venisse dicuntur opulenti Methymnaei, διαθέσθαι τὸν τρυγητὸν ἐν ξενικῇ τέρψει θελήσαντες.

a Vs. 1099. Προσείπαθ' ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονὸς] Hunc quoque versum satis absurde *Scriptor* adhibuit *Χρ. Π.* 1504.

Δεῦτ' ἴτε, κοῦραι, καὶ κατιδοῦσαι νέκυν
Προσείπατ' αὐτὸν, καὶ προπέμψατε χθονὸς,
Ὡς οὔποτ' ἄλλον τοῦ γένους ῥύστην, ἰώ,
Ὄψεσθε κείμενον.

rectius eumdem supra posuerat v. 686. — Paulo ante cum

M. *προσφθέγγομαι* recepi pro futuro, quia Codices in illam lectionem conspirabant. b

Vs. 1102. *Ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν Μελεδήμαθ', ὅταν φρένας ἔλθῃ, Λύπας παραιρεῖ.*] *Παραινεῖ*, quod est in Codd. Flor. et Paris. vitiosum quidem, oriri tamen potuit ex alia lectione *Παραίνυται*, atque ad illam versus in antistrophe olim accommodari; activum certe *παραιρεῖ* raro reperietur: *Hesychius*: *Παραίνυται, ὀλίγῳ* (leg. *ὀλίγου*) *ἀφαιρεῖται. propemodum aufert.* c — Ista satis clara sunt, et sequentiam sententiam bene mihi *Heathius* sic videtur expressisse: *Et cum spem conceperim me aliquid circa divinam providentiam certi intelligere, spes ista rursus me frustratur, cum in fortunas et facta mortalium intueor.* *Ξύνεσιν δέ τιν' ἐλπίδι κεύθων, | Λείπομαι ἔν τε τύχαις | Θνατῶν, καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσων.* sic hi versus, quique d his in antistrophe respondent, dispositi leguntur in Cod. Paris. — In versum 7 strophes, pro *ἄλλοτ' ἀμείβεται*, recepi *ἄλλοθεν ἀμ.* ex Codd. Flor. et Paris. — Velut piam *Euripidis* sententiam tres primos huius strophes versus excitat *Scholiastes* in Agam. *Aeschyli* v. 171. Rectius illorum et sequentium sensum Latinus Tragicus percepit, qui horum similia Chorum fa- e cit in Hippolyto dicentem, ista quoque in mundi rectorem v. 974.

hominum nimium
Securus abes; non sollicitus
Prodesse bonis, nocuisse malis;
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, spargitque manu
Munera coeca, peiora fovens.

Eadem semper cum fuerit infortunatorum querela, non mirum 283
est aliquoties obviam in *Euripidis* tragoediis, quem recte *Scho-* a
liastes animadvertit in hac stropha loquentem ex sua persona, atque ea dicentem quae mulieribus certe Troezeniis minus convenirent. In *Eurip.* Hecuba v. 486. et seqq. huius similis legitur de divina Providentia dubitatio: *Athenagoras* Leg. p. 102. *τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ δίκην εὖ πράττειν ἢ κακῶς ἐν ἀφασίᾳ τὸν* b *Εὐριπίδην ἐποίησε, τίνος ἢ τοιαύτη τῶν περιγείων διοίκησις*: habet ibidem ex perdito dramate *Eur.* hanc sententiam:

Πολλάκι μοι πραπίδων διῆλθε φροντὶς,
Εἴτε Τύχα, εἴτε Δαίμων τὰ βρότεια κραίνει,

quam mihi satis liquet obversatam *Claudiano* sua scribenti,

Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem, etc. c

Nota quoque sunt de Graecis quae Latina fecit *Ennius:*

Ego Deúm genus esse semper dixi et dicam coelitum;
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus:
Nam si curent, bene bonis sit, male malis; quod
nunc abest.

d De Dei tamen providentia, lenta quidem, sed certa scelerum vindice, dicta sunt *Euripidis* peregregia: Troasin v. 887.

πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
Βαίνων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

quo *Plutarchus*, *Themistius*, aliique saepe respiciunt: vid.
e elegantiss. vir ingenii, quem his literis gratulamur, *Jo. Toupius* Em. in *Suid.* I. p. 104. ἡ Δίκη,

σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
Στείχουσα, μάρπτει τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν,

Eurip. in *Stobaei* Ecl. p. 9. ed. *Grot.* p. 123. In eiusdem Florilegio plura sunt ex perditis Tragoediis *Euripidis* in eamdem sententiam dicta.

a Vs. 1114. *Καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν·*] Quam ex uno Cod. *Musgravius* pro *ἀγήραον* restituit, vocem *ἀκήρατον* praebent Flor. et Paris. in quo adscripta leguntur interpretamenta, *ἄφθορον, ἀήττητον. Animum curis vacuum* sic dicere potuit, vel *ab omni luctu purum*, et *incorruptum;* qua postrema voce *Cicero Platonis ἀκήρατον* interpretatur in Timaeo. Post hanc vitam beatis futura dicitur *ἀκήρατος ἀλυπία Aeschini* Socr. III.
b p. 164. *ὅταν ἀκήρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ·* ut scripsisse suspicor *Xenophontem K. Π.* VIII. p. 140, 10. quae *Cicero* sic Latina fecit de Senect. c. 22. *cum omni admixtione corporis* (animus) *liberatus, purus et integer esse coepisset. ἃ δέ γε τῷ σώματος κρᾶσις μιαίνει τὸ καθαρὸν τᾶς ψυχᾶς*, ut ait *Onatus* in *Stobaei* Ecl. p. 4. f. *Κῆρες* animi, suo carcere clausi, sunt
c *corporeae pestes*, quaeque dicitur *concreta labes Virgilio* Aen. VI, 737. et 746. his liberatus animus evadit *ἀκήρατος·* Eximie mens divina dicebatur *ἀκήρατος·* et *Timaeo Locro* p. 547. v. 7. *τὸ τῷ παντὸς σῶμα ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρῶν.* ubi scripsisse videbitur, ut infra scribit p. 561. m. *πολλαὶ δὲ κᾶρες ζωᾶς·* sed et in *Hipparchi* Fragm. *Stobaeano* p. 574, 47. *πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον πεφύκαντι. De-*
d *mocritus* apud Eumdem p. 534, 4. *brevem* vitam humanam dixit *πολλοῖσί* (*πολλῇσι* scribendum ex *Stobaei* Cod. *MS.* Paris.) *τε κηρσὶ συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχανίῃσι. Plato* L. XI. de LL. p. 937. D. *Πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ,*

τοῖς πλείστοις αὐτῶν οἷον κῆρες ἐπιπεφύκασιν αἳ καταμιαίνουσί τε καὶ καταῤῥυπαίνουσιν αὐτά. *Homerea* in Il. *M.* 322. et seqq. velut interpretatus *Theopompus* ap. *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 749, 10. τοσαῦται, inquit, κῆρες τῷ βίῳ παραπεφύκασιν. e Sed *Platonis* illud plures expresserunt. Vocem tractans ἀκήρατος Clar. *D. Ruhnkenius* ad *Timaei* Lex. p. 11, 12. duobus illam epigrammatis eximendam putabat, ἀγηράντους et ἀγήραντον corrigens; in quibus ἀκηρασίους et ἀκηράσιον legendum monuit *J. Toupius* Emend. in *Suidam* ad v. Ἀκήρατον.

Vs. 1115. Δόξα δὲ μήτ' ἀτρεκὴς Μήτ' αὖ παράσημος 284
ἐνείη] Ad ἀτρεκὴς adscriptum in Paris. Cod. ἀκριβής· Huic a
mulierum vel ipsius *Euripidis* optato rationem addidit *Grotius* in Exc. p. 220.

Nec nomen lateat meum,
Nec claro nimium loco
Splendens invidiam trahat.

Quod expertam se significat *Euripidis* Medea v. 292. b

οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις,
Ἔβλαψε δόξα, μεγάλα τ' εἴργασται κακά.

virtutibus et sapientia clari, v. 298. Φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφανοῦσι δυσμενῆ. — Βιότου δ' ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις neque Phaedrae placebant nutrici Hipp. v. 261. — Sed hic ἀτρεκὴς δόξα est ἐπίσημος· cui παράσημος opponitur: vid. *Schol.* in c
Eurip. Hec. v. 378. ubi vere παράσημον ἀργύριον κυρίως esse dicitur παρακεχαραγμένον. *Nummi* sic *adulterini* proprie vocabantur: *Hesychius*, τῶν νομισμάτων τὰ κίβδηλα Παράσημα λέγεται. alias dicti νομίσματα παρακεκομμένα· παράτυπα· παραπεποιημένα· quae cum similibus ad alia transferuntur; ad homines etiam indicandos, qui quidem sint τοῦ πονηροῦ κόμματος. — In sequentibus, Ῥάδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον Μεταβαλλομένα χρόνον αἰεὶ Βίον συνευτυχοίην· quorum sensum *Grotius* expressit eleganter, d

Mores sed faciles habens,
Et quos crastina molliter
Immutet veniens dies,
Tuto perfruar otio.

ultimum τῷ διευτυχοίην aptius congrueret: sed alterum, quod retinent Codices, explicant et *Scholiastae:* Ad Μεταβαλλομένα e
legitur et in Paris. Cod. ἀντὶ τοῦ μεταβάλλουσα. — Τὴν αὔριον, *crastinum diem* frequenter etiam Tragici memorant, quos nusquam arbitror dixisse τὸν αὔριον χρόνον. sed nec ὥριον

forte χρόνον dixerunt; pulcra tamen Clar. *Musgravii* videbitur coniectura legentis, Ῥάδια δ' ἤθεα τὸν ὥριον Μεταβαλλο-
a μένα· χρόνον αἰεὶ — *mores flexiles tempestive semper immutans*, Exercit. in *Eurip.* II. c. IV. f.

Vs. 1120. Οὐκέτι γὰρ καθαρὰν Φρὲν' ἔχω· παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω] In Par. Cod. et Flor. in aliis etiam legitur, παρ' ἐλπίδα λεύσσων· male; recte in eodem adscriptum ad καθαρὰν, ἀτάραχον· quod et *Scholia* praebent vulgata: παρὰ δ' ἐλπίδα
b λεύσσω, perperam intellecta, *Heathius* explicuit, ut oportebat, *praeter exspectationem autem res evenire video:* idem monuit *Reiskius*. Apud *Athenag.* Leg. p. 102. *Euripides, sive Deus*, inquit, *seu fortuna*,

Παρά τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν
Τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας
Ἄτερ βίου, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει.

Vs. 1122. Ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας Φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθά-
c νας Εἴδομεν εἴδομεν ἐκ πατρὸς ὀργᾶς Ἄλλαν ἐπ' αἶαν ἱέμενον.] Ad φανερώτατον adscribitur in Paris. Cod. ἐπιφανέστατον. Ἀθάνας, pro Ἀθήνας, praebuit *Eustath.* in Il. E. p. 388, 49. ubi, ἡ δὲ Τραγῳδία, inquit, τοῦτο (τὸ ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ) παραποιήσασα φησί τινα Ἑλλανίας φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας, ἤγουν ἀστέρα τῆς παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶς, ταυτὸν δ' εἰπεῖν, διάδηλον ἐν Ἀθήναις αἳ παρονομάζονται τᾷ Ἀθηνᾷ.
d Verborum sensum recte expressit. — Formam Doricam nominis Minervae Ἀθάνας Tragici quoque suis in senariis adhibuisse monitum fuit ad *Eurip.* Phoen. p. 8. — Ἑλλανίας meminit Ἀθάνας· ut Corinthius Sosicles *Herodoti* V. c. 92. θεοὺς dixit τοὺς Ἑλληνίους· *Aelianus* etiam in V. H. VI. c. I. p. 444. XII. c. I. p. 714. — Nisi Ἑλλανίας dixisset *Euripides*, non absurda videri potuerat lectio Codicis Flor. Φανερώτατον ἀστέρ'
e Ἀθήναις· sic φέγγος Ἀθήναις dixisse videtur *Aristophanes*, cuius in Equit. versus 1316. vitiosissime vulgatus,

Ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε, καὶ φέγγος Ἀθήναις·

audaciori forte coniectura hunc in modum redintegrabitur:

Ταῖς ἡμετέραις ἐπίκουρε φανεὶς νήσοις, καὶ φέγγος
Ἀθήναις,

285 ex ἡμετέραις tantum relictum τέραις cetera corrupisse videtur.
a φανεὶς sic legitur v. 832. et saepius alibi. — Sed procul dubio rectum est ἀστέρ' Ἀθάνας. *Homerum* sic Μουσάων ἀστέρα καὶ Χαρίτων dixit *Alcaeus* Epigrammatographus Anthol. III.

c. XXV. ep. 1. *Antipater* ep. 6. *Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον.* et *Sophoclem* incertus ep. 42. *Τὸν τραγικῆς Μούσης ἀστέρα Κεκρόπιον. Menandrum* dixerunt *ἀστέρα τῆς νέας κωμῳδίας.* Ex b
Epigrammatis ineditis unum adponam brevissimum *Meleagri:*

Ἄβρους, ναὶ τὸν Ἔρωτα, τρέφει Τύρος, ἀλλὰ Μυΐσκος
Ἔσβεσεν ἐκλάμψας ἀστέρας ἠέλιος.

Vs. 1126. *Ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς*] *Arenas vicini litoris* intelligo, non *cani*, cum *Eustathio* in Il. *Δ.* p. 357, 9. c
τὴν πολιὴν θῖνα — πολιῆτιν ἀκτὴν Εὐριπίδης φησὶ περιφραστικῶς ἐν τῷ, ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτῆς, ἤγουν λευκῆς κατὰ τοὺς παλαιούς· καὶ ἔοικεν ἐκεῖνος πρῶτα μὲν πολίτην (L. *πολῖτιν*) *εἰπεῖν τὴν πολιὰν, εἶτα Ὁμηρικῶς πλεονασμῷ τοῦ ἡ.* A *πολιὰ* non videtur formari potuisse *πολιῆτις·* sed esse foemininum ab Homerico *πολιήτης·* et maris litus Troezeni vicinum, atque adeo *eiusdem regionis*, Euripideis Troezeniis dictum *πο-* d
λιῆτις ἀκτά. In *Scholio* ad Il. *Π*, 233. in Animadv. ad *Ammon.* vulgato p. 246. *Εἰκότως τὸν πολίτην καὶ γείτονα καὶ προπάτορα θεὸν ἐπικαλεῖται, ὡς καὶ — τὸν Λυκογενῆ Πάνδαρος.* sic legendum. — Ut vini circa Acanthum nati Acanthius quidam istius dicitur *Οἴνου πολίτης Amphidi* apud *Athen.* I. p. 30. F. In *Dionysii Halic.* vel alterius Arte Rhetor. legitur p. e
76, 4. *si peregrini nomina sua profitentur inter certaminis candidatos, πολλῷ δήπου μᾶλλον σπουδαστέον* (sic legendum arbitror) *περὶ αὐτὸν τοῖς, ὡς ἂν εἴποι τὶς, πολίταις τοῦ ἀγῶνος οὖσιν, in eadem regione natis, in qua certamen fuit institutum.* Cophinum plenum carbonibus Acharnenses, carbonarii plerique, suum vocant *δημότην, popularem*, in *Aristoph.* *Ἀχ.* v. 332. conf. *H. Vales.* in *Mauss.* ad *Harp.* p. 302. et *A.* a
Dounaeum in *Demosth.* p. 36. — *Πολιῆτιν* autem *ἀκτὰν* dixerit, ut *ἄκραν τὴν Τεμενίτιν καλουμένην Thucyd.* VII. p. 448, 78. sic enim ibi scribendum ex duobus est Codd. non *Τεμενίτην·* et pro *δραπέτην* recte *Sylburgius* apud *Etymol.* p. 393, 43. in *Sophoclis* versu restituit:

Εὐναῖος εἴη δραπέτιν στέγην ἔχων·

ubi scribi poterit, — *λαγὼς* | *Εὐναῖος εἴη* — ex *Hesychio* b
in *Εὐναῖος.*

Vs. 1127. *Δρυμός τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν Ὠκυπόδων ἐπέβας Θεᾶς μετὰ θῆρας ἐναίρων,*] In Paris. Cod. legitur *Ὦ δρυμοὶ, ὄρειος ὅθι* — in Flor. *Δρυμὸς ὄρειος, ὅθι* — Nisi cum *Scholiaste* praepositio *μετὰ* traiecta statuatur, ista commode nequeunt explicari; sic ille, *ὅθι μετὰ* (sic leg.) *κυνῶν ἐπέβης* c

ὠκυπόδων, θεᾶς θῆρας ἐναίρων. Mira hic comminiscitur et inaudita Cl. *R.* ἐπέτα, et θοὰς θῆρας —.

Vs. 1131. *Οὐκ ἔτι συζυγίαν Πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσῃ*] *Non amplius currum inscendes, cui duae iungi solebant equae Venetae.* συζυγίαν dixit, quam alias ξυνωρίδα vocant. Supra Hipp. v. 228.

d *Δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνας,*
Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
Εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις
Πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένα.

ubi de stadio quaedam dicta sunt, quod hic vocat *Τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον*· et in quo non amplius in posterum *equos ageret exercitatos: Οὐκ ἔτι συζυγίαν Πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσῃ, (κατὰ) τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον Κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους.*
e ad ultima pertinent in Scholiis, *τοὺς γυμναστικοὺς τόπους* (*ἵππους* legendum arbitror) *κατέχων τῷ ποδὶ καὶ γυμνάζων. pede cohibens equos in cursum exercitatos:* Hippolytus ad famulos v. 110. *καταψήχειν χρεὼν Ἵππους, ὅπως ἂν ἅρμασι ζεύξας ὕπο — γυμνάσω τὰ πρόσφορα.* Longe aliter haec accipienda censuerunt viri Doctissimi, legentes, *γυμνάδος ἵππου*· —
286 In sequentibus, *Μοῦσα δ' ἄϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν Λήξει*
a *πατρῷον ἀνὰ δόμον*· pro *ἄϋπνος* in Codd. Flor. et Paris. *μὲν ὕπνος*· et, pro *δόμον*, legitur in iisdem *δρόμον*. Attigit haec *Euripidis Eustath.* in Il. *E.* p. 456, 18. *Ἄντυξ — οὐ μόνον ἐπὶ ἅρματος — ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ζυγοῦ κιθάρας κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἢ πήχεως, καθ' ὃ σημαινόμενον Ἄντυγα χορδῶν Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ἱππολύτῳ.* Inter Lyrae partes *ζυγοῦ* meminit et *πή-*
b *χεως Eratosthenes* Catast. c. XXV. cuius Graeca deërant *Scaligero* Latina tractanti *Hygini* et *Schol. Germanici* ad *Manil.* p. 422. Rem de lyrae quoque partibus intricatam esse significavit Clar. *T. H.* in *Lucian.* p. 223. — Versus huius antistrophes 9 et 10. *mutili Marklando* videbantur et sine Codicibus *vix restituendi*: vox *λέχη* abest a Flor. In Cod. Paris. sic dispositi leguntur (9) *Νυμφίδια δ' ἀπόλωλε λέχη* (10) *Φυγᾷ*
c *σᾷ* (11) *Λέκτρων ἅμιλλα κούραις.* Sententiam ista mihi satis aptam hanc praebere videntur: *Lecti tui sponsalis, super quo certabant inter se, puellis spes exilio tuo omnis ablata periit: Νυμφίδια δὲ λέχη, Λέκτρων ἅμιλλα κόραις, ἀπόλωλε φυγᾷ σᾷ.* atque in hunc ista sensum cepisse quoque videntur Grammatici Graeci, quorum haec sunt in *Scholiis*: *διὰ τὴν φυγὴν οὐκ ἔτι*
d *ἀμεληθήσονται αἱ παρθένοι ὑπὲρ τοῦ γάμου, τίς σοι δοθήσεται γυνή*· quae sequuntur illic, verbis diversa, in eamdem conspirant sententiam; sed in istis, quae posui, *ἀμεληθήσον-*

ται non *Heathio* in *μεληθήσονται*, vel *ἐπιμεληθήσονται*, sed mutandum est in *ἁμιλληθήσονται*, *certabunt*. Thiodamanteum Hylam ubi Nymphae fontanae proprium dicat Iuno *Valerii Flacci* III, 542.

Hunc tibi, vel posito venantem pectine Phoebum e
Crede dari; quae spes Nymphis aufertur Achaeis.

Achillem *Statii* Ach. II, 40, 44.

non alias rediturum ad Thessala Tempe,
Jam tristis Pholoë, iam nubilus ingemit Othrys;
Et sperata diu plorant connubia Nymphae.

Vs. 1144. — *ὦ τάλαινα Μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνητα.*] Vitio- a
sum in Flor. *ἀνόναντα·* forsan est ex *ἀνόνατα·* quod dat Paris. forma Dorica. Ad *Aristoph.* Vesp. v. 312. *Τί με δῆτ' ὦ μελέα μῆτερ ἔτικτες;* — 313. *Ἀνόνητον ἆρά σ' — εἶχον ἄγαλμα·* in *Scholiis* utrumque dicitur ex *Euripidis* Theseo petitum, quorum prius ibi pueri dixerint Minotauro obiiciendi; quum Hippolytus in eodem dixerit dramate, *Ἀνόνητον ἄγαλμα, πάτερ,* b
οἴκοισι τεκών. In *Eurip.* Hec. v. 765. quaerenti Regi, *Ἦ γάρ τιν' ἄλλον ἔτεκες;* respondet Hecuba,

Ἀνόνητά γ', ὡς ἔοικε, τόνδ' ὃν εἰσορᾷς.

In proximis, *Μανίω θεοῖσιν*, rarior forma his in Choricis carminibus Dorica; qualis et *Μάνυσον* videtur in Hecubae v. 192. In Flor. Cod. pro *Μανίω* legitur *μὰν ἰὼ* — In versu c
sequente *συζυγίαι χάριτες* explicantur in Cod. Paris. *αἱ συζευγνύουσαι, ὅ ἐστι γαμήλιοι.*

Vs. 1151. *Καὶ μὴν ὀπαδῶν Ἱπολύτου τόνδ' εἰσορῶ, Σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὁρμώμενον*] Hinc Chorus in Hipp. *Senecae*, v. 989.

Sed quid citato nuncius portat gradu,
Rigatque moestis lugubrem vultum genis? d

Vulgatae voci *ὀπαδὸν*, etiam absque Codicum auctoritate, substituere non dubitavi *ὀπαδῶν· τόνδε ὀπαδῶν, huncce famulorum Hippolyti*, qui supra v. 108. *Χωρεῖτ'*, ait, *ὀπαδοί.* Mecum legit *Auctor* dramatis *Χρ. Π.* v. 1866.

Καὶ μὴν ὀπαδῶν τιν' εἰσορᾷν δοκῶ
(f. scribendum, *εἰσορᾷν τιν' αὖ δοκῶ*)
Σπουδῇ σκυθρωπὸν ἐνθάδ' ἐφορμημένον. e
Δοκεῖ δὲ καινῶν ἄγγελος μηνυμάτων.

In *Euripidis* leguntur ista Medea v. 1118.

Καί τοι δέδορκα τόνδε τῶν Ἰάσονος
Στείχοντ' ὀπαδῶν.

ubi est in Cod. Flor. *Καὶ δὴ* (L. *Καὶ μὴν*) *δ. τόνδε τὸν Ἰάσο-*
287 *νος Στ. ὀπαδὸν*, — vitiose: nobiscum et ista eadem legisse
a falsum *Gregorium Χρ. Π.* monstrat v. 123. *Καί τοι δέδορκ' ἐνθάδε τὸν* (L. *τῶν*) *παιδὸς τινὰ Στείχοντ' ὀπαδῶν.* In *Eurip.* Alcest. v. 134. *Ἀλλ' ἥδ' ὀπαδῶν ἐκ δόμων τις ἔρχεται Δακρυρροοῦσα.* Apud *Achill. Tat.* I, 43. *παῖς εἰςτρέχει τῶν τοῦ Χαρικλέους οἰκετῶν, ἔχων ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν ἀγγελίαν τοῦ κακοῦ.*

b Vs. 1153. *Ποῖ γῆς ἄνακτα τῆςδε Θησέα μολὼν Εὕροιμ' ἄν.*] Perperam in Flor. Cod. legitur *τόνδε Θησέα·* Vivebat quidem Pittheus, (v. 794.) sed senex regionem Troezeniam ex filia nato Theseo dederat regendam; ut Thebanum regnum Cadmus

Πενθεῖ δίδωσι, θυγατρὸς ἐκπεφυκότι,

Eurip. Bacch. v. 44. — Nostra haec in suum drama *Χρ. Π.*
c sic transsumsit *Auctor* v. 1869.

Πῇ νῦν μολὼν εὕροιμ' Ἰησοῦ μητέρα,
Εἴπατέ μοι, γυναῖκες, εἴπερ ἴστέ, μοι
Σημήνατ', ἆρα τῶνδε δωμάτων ἔσω;

Respondet ad ista chorus:

Ἥδ', αὐτὸς ἀθρεῖς, δωμάτων ἐκτὸς μένει.

Euripidis v. 1156. *Ὅδ' αὐτὸς ἔξω δωμάτων πορεύεται·* choro
d recte quoque tribuitur; ac si verba essent Thesei, *πορεύομαι* legitur in Cod. Flor. Ista talia sunt in Tragoediis plerumque chori verba; in *Soph.* Antig. v. 392. Oed. in Col. v. 542. Oed. T. v. 539. ubi eadem paene leguntur,

Αὐτὸς ὅδ' ἤδη δωμάτων ἔξω περᾷ.

e Vs. 1157. *Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον Σοὶ καὶ πολίταις*] In eodem *Dramate* Christ. haec quoque leguntur v. 1874. *Καὶ νῦν μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον* (Est et versus illic 643.) *Σοὶ καὶ μαθηταῖς·* respondet *ἡ θεοτόκος· Εἰς καιρὸν ἥκεις καίπερ ἀγγέλλων φόβον. Τί δ' ἐστί; μῶν τις συμφορὰ νεωτέρα.* — Theseus vs. 1160. *Τί δ' ἐστί; μῶν τις συμφορὰ νεωτέρα Δισσὰς κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις;* *Senecae* Theseus Hipp. v. 993.

a *Ne metue clades fortiter furi asperas;*

Non imparatum pectus aerumnis gero. —
Proloquere, quae sors aggravet quassam domum.

Nuncius respondet,

Hippolytus (heu me!) flebili letho occubat.

Nuncius *Euripidis*

Vs. 1162. Ἱππόλυτος οὐκ ἔτ' ἐστὶν, ὡς εἰπεῖν ἔπος· Δέ- b
δορκε μέν τοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.] Totidem verba sunt in *Χρ. Π.* v. 649, 50. nisi quod nomini Hippolyti substituerit auctor, Παῖς νῦν σὸς οὐκ ἔτ' ἐ. — Quia formula usitatissima, Οὐκ ἔτ' ἐστὶν, idem significat ac τέθνηκε, vel ὄλωλεν, ab *Euripidis* Theseo vs. 1164. dici potuit, Πρὸς τοῦ; *a quonam in-* c
terfectus periit? Πρὸς τοῦ τέθνηκεν; *Sophoclis* est in Trach. v. 1147. Πρὸς τοῦ δ' ὄλωλεν; in Aj. v. 1052. Talia dantur plurima: rarius illud ex *Euripidis* Scyriis *Sexto* servatum *Empir.* Ἀντιῤῥ. I. §. 308.

Α. Ἡ παῖς νοσεῖ σοῦ κἀπικινδύνως ἔχει.
ΛΥ. Πρὸς τοῦ; τίς αὐτὴν πημονὴ δαμάζεται;

— Ex vs. 1166. ἁρμάτων ὄχον attigit *G. Cuperus* Obs. II. c. X. d
— Ex vs. 1168. Πόντου κρέοντα *Eustathius* in Il. *Δ.* p. 381, 38. ὁ κρείων καὶ κρέων λέγεται, ὅθεν Πόντου κρέων ὁ Ποσειδὼν παρ' Εὐριπίδῃ· huc quoque spectat in Il. *Γ.* p. 303, 48. vel *Eurip.* Elec. v. 1262. Πόντου κρέοντος παῖδα. Ista forma vocis simplicior est et in *Aesch.* Suppl. v. 583. et quivis *Reges Pindaro* saepe κρέοντες dicuntur *Π.* VIII, 43. *Ν.* V, 22. VII, 66. In Nem. III, 17. κρέοντι a *Scaligero* in libri margine egre- e
gie mutatur in *Κρεοντί.* Poëtis usitatior forma restituenda *Rhiano Stobaei* p. 54, 25.

Ζηνὶ θεῶν κρείοντι.

pro κριόεντι· in θεῷ κρυόεντι, *Gesnero* mutatum, et *Grotio* p. 33. In Epigrammate inter vulgata *Reiskio* 432. Ἑρμῇ τῷ κλείοντι perperam legitur; κρείοντι recte Codex dat *MS.* et in 288
ep. 403. a

Ἁλὸς τύραννε, σοὶ, Πόσειδον, Ἀρχικλῆς
Ἔθηκε.

Is alibi Ποντομέδων, et πόντου dicitur ἀνάκτωρ *Euripidi*, *Rector aquarum* Poëtis Latinis.

Vs. 1169. Ὦ θεοὶ, Πόσειδόν θ', ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πα- b
τὴρ Ὀρθῶς,] Sic ista *Marklandus* et *Reiskius* distinguenda

monuerunt. *Πόσειδόν θ', ὡς* ex Codd. procul dubio dedit *Musgravius*, inventum in Paris. In *dramate* Christ. v. 1442.

Ὦ τέκνον, ὡς ἄρ' ἔστι σοι πατὴρ μέγας,
Ὀρθῶς ἀκούσας τῶν ἐμῶν πατευγμάτων.

In versu illic sequente,

Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον ὡς προδόντα σε·

c perperam vocem Auctor omisit Euripideam, ad sententiam explendam omnino necessariam, *Δίκης· Δίκη* quidem simpliciter *malos* dicitur *παῖσαι·* sed quid significabit *Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον*; — *Euripides* vs. 1171. *τῷ τρόπῳ Δίκης Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον αἰσχύναντά με*; Hoc inter *Euripidi* ἅπαξ *λεγόμενα* adnotavit *Eustathius* in *Hom.* Il. *Γ.* p. 288, 41. *καὶ ῥόπτρον*
d *δέ φησι Δίκης ἔπαισέ τινα, ἤγουν θεόθεν τιμωρία.* in Il. *Δ.* p. 382, 33. *ῥόπτρον,* — *δηλοῖ οὐ μόνον εἶδός τι ξίφους καὶ πάγης κατὰ τὸ, Δίκης Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον, ἀλλὰ καὶ θύρας ἐπίσπαστρον*, de quo significatu plura dedit priori loco. Iudice Theseo Tragico Iustitiae laqueus irretitum oppresserat Hippolytum. Figuram mihi Tragicus ab usu transtulisse videtur *Archilochi*, qui *paxillum in decipula*, quo moto irretiun-
e tur animantia aut retinentur, *ῥόπτρον* appellavit. *Etymologus* p. 715, 44. *Σκανδάληθρον, τὸ πέταυρον τῶν παγίδων, ἀπὸ τοῦ σκαζόμενον· συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσόν· ἔστι δὲ τὸ ἐν τῇ παγίδι καμπύλον ξύλον, ᾧ ἐρείδεται. Ἀρχίλοχος δὲ ῥόπτρον ἔφη.* sic in Cod. Leid. MS. recte legi, ubi vulgatur nomen *Ἀρίσταρχος*, monstrat *Schol.* in *Aristoph.* Acharn. v. 687. sive *Suidas* in v. *Σκανδάληθρα.* Clar. *Ruhnkenius* in Praefat.
a ad *Hesychii* T. II. p. VII. docte nomen *Aristarchi Hesychio* restituit aliisque pro nomine *Archilochi:* vulgatur apud *Hesychium* in v. *Ἀνθρήνη* contra *Ἀρίσταρχος·* ubi dubitari nequit, quin scribi debeat *Ἀριστοφάνης.*

Vs. 1174. *Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας*] Huc respiciens *Eustath.* in Il. *Θ.* p. 577, 13. *Καλλίτριχες*, inquit, *λέ-*
b *γονται ἵπποι, οἷς καὶ ψήκτραις αἱ τρίχες κτενίζονται κατά τινα Τραγικόν.* Supra *Καταψήχειν ἵππους* in v. 110. explicatur in Cod. Paris. *ψηκτρίζειν·* id hic dicitur *ἵππων τρίχας κτενίζειν ψήκτραις, equorum crines pectere strigilibus. ψήκτρην, ἵππων ἐρυσίτριχα Philodemus* dixit in Epigramm. Anthol. VI. c. 2, 1. in alio epigrammate memoratur *πριστὸν ψήκτρης κνῆσμα σιδηροδέτου·* utrumque *Suidas* adnotavit in v. *ψῆκτρα·* de pectine
c loquens *Lucianus* capillis pectendis inserviente, *πριστοῦ κτενὸς ἐντομὰς* dixit *κόμην καταψήχειν δυναμένας*, in Amor. T. II. p. 447. — In versum 1176. *ἀναστρέψοι*, pro *ἀναστρέφοι*, cum

Musgravio recepi. Ceterum minime miror longam de morte Hippolyti narrationem, etiam in Gallica Tragoedia tot ornamentis insignitam, quibusdam idoneis in Gallia iudicibus nimiam fuisse visam. Dignissima sunt lectu quae cogitate scrip- d
sit *M. A. Racinius dans les Memoires de L'Acad. R. des Inscr.* T. VIII. p. 311.

Vs. 1177. — *ἐκ σοῦ τλήμονας φυγὰς ἔχων*] Melior mihi scriptura videtur Cod. Paris. *ἐκ σοῦ τλήμονος·* — In proximo versu 1178. *Ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸ δακρύων φέρων μέλος·* pro vulgato *ταυτὸν*, *ταὐτὸ* recepi ex Codd. Flor. et Paris. quorum hic e
cum Ed. Flor. prima praeterea dabat *ἔχων μέλος·* alter *ἔχον μέλος*. In aliis si Codd. *ἔχων* legeretur, suspicari liceret, *Euripidem* hoc in versu participium *ἔχων*, *φέρων* in versu posuisse qui praecedit, atque adeo, — *ἐκ σοῦ τλήμονος φυγὰς φέρων· Ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸ δακρύων ἔχων μέλος Ἡμῖν·* Hic subsistendum arbitror; neque enim dici commode potest Hippolytus *ἐλθεῖν* — *ἐπ' ἀκταῖς·* qui venerit ad gymnasium litori pro- 289
ximum; sed *ἐπ' ἀκταῖς μυρία δ'* (*μυρίων δ'* est in Ed. Flor. a
prima,) *ὀπισθόπους Φίλων ἅμ' ἔστειχ' ἡλίκων ὁμήγυρις.* — Versus 1181, 82. ad institutum leviter immutatos sic adhibuit *Gregor.* qui vocatur in *Χρ. Π.* v. 1241.

Χρόνῳ δ' ἀπαλλαγεῖσα τῶν γόων ἔφη,
Τί ταῦτ' ἀλύω; πειστέον παιδὸς λόγοις.

Vs. 1183. *Ἐντύνεθ' ἵππους ἅρμασι ζυγηφόρους, Δμῶες·*] b
Ἐντύναθ' est in Paris. Cod. *Orpheus* qui dicitur in Argon. v. 786. *δμωσὶν δέ οἱ ὦκ' ἐπέτελλεν Ἵππους ἐντύνειν, ὑπὸ δὲ ζεύξασθαι ἀπήνην.* — Verbum *ἐντύνειν*, *parare*, Poëtis satis frequentatum fuit; quod vero Lexicographi praebent, *Ἐπεντύνειν* uno nititur *Sophoclis* in Aj. versu 451. quo non *ἐπεντύνοντ'*, at scripsisse Poëta videtur: c

Ἤδη μ' ἐπ' αὐτοῖς χεῖρ' ἐπευθύνοντ' ἐμὴν
Ἔσφηλεν·

confer Aj. v. 72, 541, 1088. etc. — In hoc ferme loco prioris Editionis Hippolyti sedem arbitror invenisse, quod ad *στάσιν ἵππων* adfert *Euripidis* ex Hippolyto *Καλυπτομένῳ Pollux* IX, 50.

πρὸς ἵππων εὐθὺς ὁρμήσας στάσιν. d

Quam ex *Lysiae* oratione *Pollux* excitat, *ἱππόστασιν* in *Euripidis* etiam Phaëthonte invenisset,

Ἔω φαεννὰν ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

Vs. 1186. — *θᾶσσον ἢ λέγοι τις*] *Dicto citius.* Pro *λέγει* recte *Musgrav.* posuit *λέγοι* ex Codd. quibus accedunt
e Flor. et Paris. Olim satis videbatur dixisse, *ἅμ' ἔπος τε καὶ ἔργον.* *Herodotus* III. c. 135. *ἅμα τε ἔπος ἔφατο καὶ ἔργον ἐποίεε.* ubi quaedam sunt notata. Ad facti celeritatem demonstrandam postea diversas adhibuere formulas hyperbolicas: *λόγου θᾶσσον·* vel *θᾶττον ἢ λόγος· θᾶττον νοήματος·* quae frequenter occurrunt apud Sophistas: egregie *Xenophonti*
a *Ἀπομν.* IV, 467, 21. omnia in hoc universo rectori Deo dicuntur *θᾶττον νοήματος ὑπηρετοῦντα.* Attica formula *Θᾶττον ἢ Βούτης* vix nisi Athenis adhiberi potuit, nobis ex *Zenobio* narratis nota Cent. IV. Pr. 28. *Nictu oculi citius* famulis in *Eurip.* Bacch. sic expressit v. 745. *Θᾶσσον* —

Ἢ σὺ ξυνάψαις βλέφαρα βασιλείοις κόραις.

b *θᾶττον ἢ καταμῦσαι* dixit *Philostratus* in Her. p. 675. f.

Vs. 1188. *Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος, Αὐταῖσιν ἀρβύλησιν ἁρμόσας πόδας.*] Miror equidem non in Edd. tantum, sed et Codicibus huc usque collatis plerisque, quin et apud Grammaticos, hunc versum excitantes, *πόδα* scriptum legi, non *πόδας.* Si calcei hic sunt intelligendi, qualibus ve-
c nator Hippolytus uti solebat ad cursum aptis, et velut *ἐνδρομίσιν·* (*ἀρβύλας calcei* fuisse *venatorii genus expeditum* monuit *T. H.* in argum. Pluti *Aristoph.* p. 6.) non alterum certe pedem fuit *ἀνάρβυλος*, ut Aetolos processisse venatores in Meleagro testatus est *Euripides* apud *Macrob.* in Saturn. p. 508. Videtur itaque scribi debuisse *πόδας*, quod ex duobus Codd. et
d Ed. Flor. recepit in suam *Musgravius.* — *Schol.* in *Eurip.* Phoen. v. 3. in exemplum omissae praepositionis *σὺν* haec, meo iudicio valde aliena, citat ex *Eurip.* Hipp. *Αὐτῆσιν ἀρβύλησιν ἁρμόσας πόδα.* Apud *Etymologum* legitur p. 135, 12. *Ἀρβύλη*] *Εὐριπίδης, Αὐταῖσιν ἀρβύλησιν ἁρμόσας πόδα.* — *ἔστι δὲ εἶδος ὑποδήματος περισσῶς εἰργασμένον.* ubi saltem scribendum *ἀπερίσσως·* fuisse enim *ἀρβύλην*, *ὑπόδημα εὐτελὲς τὴν*
e *ἐργασίαν* tradit et *Pollux* VII, 86. Sed in *Etymologico MS. D'Orvilliano* legebatur, *Ἀρβύλη, Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ, αὐταῖσιν ἀρβ.* unde suspicari licet *Euripidem* scripsisse,

Αὐταῖς ἐν ἀρβύλησιν ἁρμόσας πόδας.

Contrarium huic vitium insidere versum videtur Hippolyti 1219.
290 Nota quidem ellipsi scribi potuit a *Theocrito*, quod vulgatur
a Eid. VII, 70. *Αὐταῖσιν κυλίκεσσι·* mihi tamen ut elegantius scripsisse videtur,

μεμναμένος Ἀγεάνακτος
Αὐταῖς ἐν κυλίκεσσιν·

amici *memor inter ipsa pocula:* quo sensu dederat, credo, *Callimachus* Epigr. 37.

ἐν δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι. b

— Sed hoc Hippolyti loco causam equidem comminisci nequeo, cur hic quorumcunque tandem calceorum facta fuisset mentio; et verum arbitror, quod, obscurius *Scholiasta*, magis perspicue tradidit *Eustathius*, partem currus hic fuisse designatam, in qua stabat auriga. Ista leguntur in *Scholiis:* Αὐταῖσιν ἀρβύλῃσιν] Ταῖς τοῦ ἅρματος περὶ τὴν ἄντυγα, ἔνθα c τὴν στάσιν ἔχει ὁ ἡνίοχος. *Eustathius* in Il. *E.* p. 456, 19. ἄντυγα χορδῶν Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ἱππολύτῳ, ἔνθα κεῖται καὶ Ἀρβύλη οὐκ ἐπὶ ὑποδήματος ἐν τῷ, Αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα· αἳ δηλοῦσι τὸ περὶ τὴν ἄντυγα τοῦ ἅρματος μέρος, ἔνθα, φασὶν, ἡ τοῦ ἡνιόχου στάσις ἐστί. Prodibit forsan aliquando, qui hanc currus partem nobis demonstret, ac tam clare ponat ob oculos, quam ἄντυγα nobis monstravit *Ti. Hem-* d *sterhuis* in *Luciani* T. I. p. 279. excitans proximum etiam ex Hipp. versum,

Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος·

antygi habenas (curru consistente) *circumligatas manu corripit.* Ubi dixerat ad Phaethonta Pater in *Ovidii* Met. II, 145. *Corripe lora manu*, secundum *Euripidem* in Phaëthonte, Τοιαῦτ' ἀκούσας παῖς ἔμαρψεν ἡνίας. *Spe subita fervidus Virgilii* e Turnus Aen. XII, 326.

Posvit equos, atque arma simul, saltuque superbus
Emicat in currum, et manibus molitur habenas.

eamdem Phaëthontis imaginem pinxit *Ovidius.* Quod secundum Graecum Poëtam famulorum fuerat Hippolyti munus, ipsi a tribuit Hippolyto *Seneca* v. 1002.

Celsos sonipedes ocius subigit iugo,
Et ora frenis domita substrictis ligat.

Vs. 1190. Καὶ πρῶτα μὲν θεοῖς εἶπ' ἀναπτύξας χέρας] Ἀνατείνας adscriptum in Cod. Paris. quod est et in *Scholiis* editis. *Eustathio* in Il. *Δ.* Homericum v. 523. πετάσαι τὰς b χεῖρας — videtur ἀκριβέστερον τοῦ ἀναπτύξας χεῖρας, εἰς εὐχὴν δηλαδὴ, κατὰ τὴν Τραγῳδίαν, ὅπερ Ὅμηρος ἀνασχεῖν χεῖρας φησίν.

Vs. 1194. *Κἀν τῷδ' ἐπῆγε κέντρον εἰς χεῖρας λαβὼν Πώλοις*]

Acerque habenis lora permissis quatit,

c *Seneca* Hipp. v. 1006. Vocem ὁμαρτῇ *Marklandus* optime retulit ad sequentia. In istis, quod saepius, locum invenit, ut vox κέντρον aeque ad ἐπῆγε πώλοις pertineat, quam ad phrasin εἰς χεῖρας λαβών. *Atque interea flagello, quod in manum sumserat, admoto equos ad cursum concitabat. Flagellum* κέντρον dixit Ὁμηρικῶς· ad κέντρον adscribitur in Par. Cod. μάστιγα. *Homero* dicitur Antilochus Κέντρῳ ἐπισπέρχων, Il. Ψ,
d 430. et Troiani aliique Κέντορες ἵππων· ipsi etiam equi *flagello morigeri* κεντρηνεκέες. In Il. Θ. v. 392. *Eustath.* p. 608, 26. τὸ, — μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετο ἵππους, explicat, ἐμάστιζεν· Εὐριπίδης δ' ἂν εἴποι, κέντρον ἐπῆγεν ἵπποις. — Hinc multum distat in *Eurip.* Heraclid. v. 846.

Λαβὼν δὲ χερσὶν ἡνίας, Εὐρυσθέως
Πώλοις ἐπεῖχε.

e Κέντρον, quo hic in Hipp. sensu, legitur in *Eurip.* Herc. ubi furens v. 947.

ἅρματ' οὐκ ἔχων, ἔχειν
Ἔφασκε, δίφρου τ' εἰσέβαινεν ἄντυγα,
Κἄθεινε, κέντρῳ δῆθεν ὡς θένων χερί.

Nihil in his adeo desideraremus, θένων χερὶ, ὡς δῆθεν κέντρῳ. sed lectiones istius loci praebet *Dion Chrys.* Or. XXXII. p. 391. C. minime contemnendas,

291 εἰσέβαινεν ἄντυγας,
a Κἄθεινε, κέντρον δῆθεν ὡς ἔχων χερί.

— In proximis, ὁμαρτῇ πρόσπολοι δ' ὑφ' ἅρματος Πέλας χαλινῶν εἱπόμεσθα δεσπότῃ· vitiosas praebent lectiones, ἐφ' ἅρματι Paris. Cod. ἐμφ' ἅρματος, Cod. Flor.

Vs. 1197. *Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίαν ὁδόν.*] Hoc
b Codices dabant Flor. et Paris. pro κἀπιδαυρίας· suspicor id ipsum in aliis etiam repertum iri: notam excitat Cl. *D. Ruhnken.* in *Timaei* Lex. p. 92. ex *Photii Lex. MS.* in Εὐθὺ Λυκείου, reprehendentis *Euripidem*, qui scripserit, ubi εὐθὺ fuerat dicendum, Τὴν εὐθὺς Ἄργους καὶ Ἐπιδαυρίην ὁδόν. *Pausanias* II. p. 169. f. ἔχεται τῆς Ἀργείας ἡ Ἐπιδαυρίων. p. 181. f. τῆς δὲ Ἐπιδαυρίας ἔχονται Τροιζήνιοι. *Via* itaque
c ex Troezenia regione, primum ducens Epidaurum, Argos usque pertingebat. Illam dixisse Poëta videtur, τὴν εὐθὺ vel

εὐθὺς Ἄργους ὁδὸν, καὶ Ἐπιδαυρίαν sc. καλουμένην· nisi for te scripserit,

Τὴν εὐθὺς Ἄργους κατ' Ἐπιδαυρίαν ὁδόν·

viam quae Troezene per Epidauriam regionem recta ducit Argos. Qui dramatis sui scenam Athenis constituit in Hippol. d
Seneca, huius *ad Argos viae* mentionem omittere debuerat v. 1057. Hiatum hic evitare maluit *Euripides*, quam usitato more scribere Τὴν εὐθὺ Ἄργους. conf. Clar. *Abresch.* Diluc. *Thucyd.* p. 798. — Mox famulo vs. 1199. dicitur esse Ἀκτή τις — τοὐπέκεινα τῆςδε γῆς, (*ultra hanc regionem*, recte *Heathius* interpretatur) Πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικόν· in quibus cum eodem mihi *H.* ἤδη servandum videtur, neque in ἤδε cum viro Clar. mutandum; alienissimum hinc Σαρδονικὸν e
Codex dat Flor. *Callimach.* h. in Del. v. 41.

Πολλάκι σ' ἐκ Τροιζῆνος ἁλιξάντοιο πολίχνης
Ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου
Ναῦται ἐπεσκέψαντο.

sic vulgatas literas ἀπὸ Ξάνθοιο felicissime correxit *Ruhnkenius*, V. C. de sinu, sive ponto Saronico notavit illic Ill. *Ez.* a
Spanhemius.

Vs. 1201. Ἔνθέν τις ἠχώ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς, Βαρὺν βρόμον μεθῆκε,] *Musgravium* sequutus et *Marklandum*, pro φωνὴ Διὸς, recepi βροντὴ Διὸς, praeterquam a ceteris adfirmatum a Codd. Flor. et Paris. quae hic χθόνιος βροντὴ Διὸς, in *Euripidis* Electra dicitur νερτέρα βροντὴ Διὸς, v. 748. b
Istiusmodi velut mugientis terrae fragorem βροντὴν ubi dixerat *Sophocles* Oed. in Col. v. 1457. versu scribit 1602.

Ἐκτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι
Ῥίγησαν ὡς ἤκουσαν.

Scholiastes ibi, μύκημα, inquit, ἐγένετο, καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ. Ex Atthide *Melanthii* haec nobis excitantur, σεισμὸς γέγονε καὶ ἔγρυπεν ἡ γῆ· apud *Harpocr.* in Γρυπάνιον, *Suidam* in Ἔγρυπεν. c
Inter *Attii* Tragici reliquias hoc quoque Dramatis fragmentum praebet *P. Scriverius* p. 149.

Sed utrum terrae motus, sonitusve inferum
Pervasit aures inter tonitrua et turbines?

Claudian. de R. P. II, 152. *Ecce repens mugire fragor*, etc. d
173. — *Siculae tonuere cavernae.* Hae forsan erant in *Sophoclis* Phaedra Ἀελλάδες φωναί. *Etymologicon M.S.* Bibl. Leid. Ἀελλάδες φωναὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φαίδρᾳ. — In sequentem

versum 1203. *Ὀρθὸν δὲ κρᾶτ'* ex Codd. recepi Flor. et Paris. ubi et in illis erat, *οὖς δ' ἐς*, vel *οὖς δ' εἰς οὐρανὸν*, literam reliqui vulgatam. — Litora, ad quae se fluctus allidentes so-
e nitum edunt v. 1005. *ἁλιῤῥόθους* vocat *Ἀκτάς*· neque *ἁλιῤῥόος*, sed *ἀκτή τις ἁλιῤῥόθος* scripsisse *Moschus* in Europa videtur v. 128.

Vs. 1206. *ἱερὸν εἴδομεν Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον.*] *Ingentem vidimus fluctum ad coelum usque pertingentem;* sive *qui erectus in coelum usque crescebat.* *Seneca* Hipp. v. 1007.

292 *subito vastum tumuit ex alto mare,*
a *Crevitque in astra.*

In eius Agam. v. 471. *In astra pontus tollitur.* Bellua *Manilio* V, 603, 4. *Efflat et in coelum pelagus, — pontumque extollit in astra.* *Ovidio* Met. XI, 497. *Fluctibus erigitur coelumque aequare videtur Pontus, et inductas adspergine tinguere nubes.* Haec et similia quum satis vulgata sint apud Poëtas,
b probabiliter nusquam alibi praeterquam hoc *Euripidis* loco reperietur *Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον.* Transsumsit loquutionem ab *Homero*, cuius *Ἔρις*, *Discordia*, *Parva metu primo, mox sese attollit in auras, — et caput inter nubila condit;* in II. *Δ*, 443.

ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται. αὐτὰρ ἔπειτα
c *Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.*

in *Scholiis* *ἐστήριξε* redditur *προσεπέλασεν*, *ἤγγισεν*. *Eustathii* diligentiam, in multis sollerter comparandis incredibilem, *Euripidis* locus non praeteriit. P. 378, 3. *Εὐριπίδης*, inquit, *ἐν τῷ, κῦμα οὐρανὸν στηρίζον, ὑπερβολικῶς τε ἔφη κατὰ ἀφέλειαν τοῦ λαλοῦντος προσώπου, καὶ οὐδὲ ἀνελλιπῶς· εἰ μή τις τὸ Στηρίζον ἀντὶ τοῦ ἐγγίζον εἴπῃ, καὶ στηριζόμενον.* In Eu-
d ripideis non *οὐρανὸν* sed scripsisse videtur *Eustathius*, quod vulgatur, *οὐρανῷ*. sive autem dicatur *Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον*· sive *ἐς οὐρανὸν στηρίζον*· seu tandem *πρὸς οὐρανὸν στηριζόμενον*, ad sensum nihil equidem arbitror interesse; *οὐρανῷ στηρίζον* hic scripsit ut in Bacchabus v. 970.

Ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος·

unde suum versum efformavit *Auctor Χρ. Π.* 1538. *Κἂν τῇ*
e *χθονὶ στηρίζων (στηρίζον) εὑρήσεις κλέος.* Est autem *οὐρανῷ στηρίζον* eiusdem generis et propemodum significatus, ac *αἰθέρι κῦρον* *Callimachi* et *Apollonii*, quin et *Aeschyli*, de quo supra dictum fuit in vs. 744. *Aeschyli θυμὸς — οὐρανῷ*

κύρων ἄνω· videtur obversatus *Virgilio* scribenti in Aen. X, 548.

Dixerat ille aliquid magnum;
coeloque animum fortasse ferebat:

in Aen. III, 678. dixit *Aetnaeos fratres, coelo capita alta ferentes;* et *coelo*, pro in coelum, etiam Aen. II, 186. VI, 178. conf. Aen. I, 167. Ad στηρίζειν proxime accedit significandi potestate verbum ἐρείδειν. diciturque non tantum quis εἰς γῆν ἐρείσας ὄμμα· sed et τῇ γῇ τὴν ὄψιν ἐρείσας, et πρὸς τὴν γῆν. similiter στηρίζειν et στηρίζεσθαι. *Eurip.* Bacch. v. 1071. a

Ὀρθὴ δ' ἐς ὀρθὸν αἰθέρ' ἐστηρίζετο, b

nempe ἡ ἐλάτη. Tertiae quoque quam dicebam structurae praebet exemplum eiusdem Tragoediae v. 1080.

Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανόν
Καὶ γαῖαν ἐστήριζε φῶς σεμναῦ πυρός.

ubi ponitur ἐστήριζε, pro ἐστήριζεν ἑαυτὸ, sicut nostro versu στηρίζον. Rariori usu verbum adhibuit *Thucyd.* II. p. 128, 92. vis morbi, sive praecipuus dolor, ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι, *quum sedem suam fixerat in corde: ubi* — c

Morbida vis in cor moestum confluxerat aegris,

Lucretio VI, 1150. — Initio huius adnotationis quem *ingentem* dicebam, *sacrum* etiam *fluctum* licet interpretari: ἱερὰ κύματα dixit *Eurip.* in Cycl. v. 264. ἱερὰ κεύματα πόντου, *Dionys.* Perieg. v. 1181. conf. *Ez. Spanhem.* in *Callim.* h. Apoll. v. 112. Hic vero fluctus divinitus concitatus peculiari quoque ratione famulo videri potuit *sacer.* d

Vs. 1207. — ὥστ' ἀφηρέθη Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾶν· Ἔκρυπτε δ' Ἰσθμὸν καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ.] In ὥστ' ἀφ. cum Codice *Musgravio* memorato conspirant Flor. et Paris. — Haec *Euripidis*, in ista scena satis aliena, *Seneca* nobis expressit in Hippol. v. 1022. e

Latuere rupes, numen Epidaurii Dei,
Et scelere petrae nobiles Scironides,
Et quae duobus terra comprimitur fretis.

sic ista legenda censuit *J. F. Gronovius*, per *rupes*, dictas *numen Epidaurii Dei*, intelligens ipsam *Epidaurum*, *ubi colitur* 293 a
Aesculapius; sed per πέτραν Ἀσκληπιοῦ Epidaurus *Euripidi* non potuit designari, cuius sane prospectus per fluctum maris Saronici non potuit auferri ex Troezenia euntibus viâ, quae

ducebat Argos. Altus itaque scopulus in Saronico sinu, ab Epidauro non longe remotus, de nomine Dei sic appellatus
b Epidaurii, dictus videtur *Euripidi πέτρα Ἀσκληπιοῦ*, *Senecae — rupes nomine Epidaurî Dei:* hanc enim ex diversis *Gronovio* memoratis lectionibus veram arbitror. — Illud vero mirum videbitur, sic hoc in loco iunctim *petras Scironidas, Isthmum*, sive Acrocorinthium, et *Aesculapii rupem* memorari, ac si in ista quoque loca, tanta maris intercapidine dissita,
c hinc alias patuerit prospectus. — *Σκείρωνος* autem sive *Σκειρωνίδες πέτραι* hic paulo dicuntur insolentius *Σκείρωνος ἀκταί*: *Σκείρωνος ὄρη* dixit *Nicander* Ther. v. 215. vid. de his *T. H.* in *Lucian.* p. 307.

Vs. 1210. *Κἄπειτ' ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν Πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι Χωρεῖ πρὸς ἀκτάς,*] Latinis ista
d Poëtis, rem eamdem vel similem fabulam narrantibus, expressa sunt: *Senecae* quidem in Hipp. v. 1015.

Consurgit ingens pontus in vastum aggerem
Tumidumque monstro pelagus in terram ruit.

Ovidio Met. XV, 508. ubi loquitur Hippolytus in Virbium versus,

e *mare surrexit, cumulusque immanis aquarum*
In montis speciem curvari et crescere visus;
Et dare mugitus.

De bellua loquens marina *Manilius*, cui tanquam praeda destinata fuerat Andromeda. L. V, 579. *gravidus*, inquit, *iam surgere pontus Coeperat, et longo fugiebant agmine fluctus Im-*
a *pellentis onus monstri.* — In his Euripideis *καχάζων* exhibetur in *Scaligeri* Castigat. in *Catull.* p. 79. ubi vir Magnus haec admovit *undis Catulli* Carm. LXIII, 272.

Quae tarde primum clementi flamine pulsae
Procedunt, leni et resonant plangore cachinni.

b scribi malim, cum *Jano Dousa* Filio Coniect. in *Catull.* p. 42. *clangore cachinni:* sic *Excita saxis saeva Celaeno Crepitu* (*cum crepitu* leg. cum *Jano Dousa*) *clangente cachinnat*, in fragmento Phinidarum *Attii*, quod emendavit ea ratione *Bentlej.* in Epist. ad *J. Mill.* p. 27. Sunt vero *leni clangore cachinni resonantes undae*, *Theocriti κύματα — Ἄσυχα καχλάζοντα*,
c Eid. VI, 11. et *Dionysius* in Perieg. v. 838. meminit *Καΰστρου Ἥσυχα καχλάζοντος*. *Caystri leni strepitu labentis:* Phasis Argoae navi *Καχλάζων ὑπόεικεν*, *Apollon. Rhod.* II, 1270. *leni susurro manantes undae*, *καχλάζοντα νάματα* sunt in epigramm.

Platonis Anthol. I. c. XX, 13. *Euripidis* vero fluctus non sane velut risu tremulo concussus leniter *cachinnabat;* sed *in altum consurgens magno cum fremitu concitasse* dicitur *spumas,* d *circumquaque flatu marino pulsas,* ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν Πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι· ubi non dicitur usitato more καχλάζον κῦμα, sed ἀφρὸν Πολὺν καχλάζον. in quibus καχάζον a *Scaligero* praeferri non potuit, qui optime noverat ab Atticis ista talia Poëtis corripi, et formam esse verbi sinceram Καχλάζειν, hac etiam in re velut propriam. De hominibus *cachinnum edentibus* in usu fuere verba Καχάζειν· e Καγχάζειν· et Κακχάζειν. Vid. *T. H.* in Auctario Em. ad *Hesychii* Κακχάζει. et *Jo. Pierson.* in *Moer.* Attic. p. 215. De undarum non *leni* tantum murmure, sed et commoti maris maximo fragore, fluctuum albicantium, litori vel in litoris lapillos, κάχληκας dictos, illisorum strepitu, Καχλάζειν fuit adhibitum; quum *spumea circum Saxa fremunt, laterique illisa re-* 294
funditur alga, Virg. Aen. VI, 589. *Apollon. Rhod.* IV, 943. a ἀμφὶ δὲ κῦμα Λάβρον ἀειρόμενον πέτραις ἔπι καχλάζεσκεν. I, II, 572. ὑψόθι δ' ὄχθης Λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη. haec verba restitui poterunt in *Etymol. M.* p. 494, 11. ubi hic locus et verbum explicatur Καχλάζω· quod sic scriptum, ut in istis locis exhibui, suis in Codd. invenit Grammaticus. Imber magno cum strepitu decidens Ζηνὸς καχλάζων νασμὸς est in *Lycophronis* Alex. v. 80. b

Vs. 1214. Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας] *Inhorruit concussus undarum globus, Solvitque sese, Senecæ* Hipp. v. 1031.

Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis,

Ovidius Met. XV, 511. *Phocam Servius* vocat in *Virg.* Aen. c VI, 445. VII, 761. qui *patrem* illic scripsisse videtur, non *Aegeum patrem.* In eadem Aen. VII, 780. Hippolytum equi — *monstris pavidi effudere marinis*; hoc quoque *Propertii* II. El. XXI, 23. *Andromede monstris fuerat devota marinis*, commendare videbuntur in his Euripideis excogitatam ab *Is. Vossio* lectionem: adnotata Codicis lectione Flor. ταύριον ἀγαῖον d τέρας, adscripsit *Is. Voss.* „forte leg. Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον „Αἰγαῖον τέρας." *Ruptus fluctus taurum exposuit marinum monstrum.* Ταῦρον, Αἰγαίου τέρας, docte corrigebat vir Summus *J. F. Gronovius;* quam avi sui coniecturam mecum communicavit Clar. *Abr. Gronovius:* sic *Aegaei*, nempe *maris, monstrum taurus* diceretur: ἐνάλιον τέρας non sane mirarer a e vicino Graecis mari dictum *Aegaeum Euripidi*; vid. *T. H.* in

Hesych. ad v. *Αἰγαίοις.* ἅλιον autem τέρας, et ἐνάλιον alibi quoque memorantur; in *Apollon. Rhod.* IV, 1598. Εἴτε σύγε Τρίτων ἅλιον τέρας. quia scilicet Triton τὰ μὲν ἀνδρὸς εἶχε, τὰ δὲ κήτους. In epigr. *Antipatri*, inter illa quae *Reiskius* publicavit, 473. piscator dicitur Δαίμοσιν εἰναλίοις δοὺς τέρας εἰ-
a νάλιον. — Nihil tamen adeo causae est, cur vulgatam hic lectionem mutaremus: *ferum* certe *monstrum* dici potuit ἄγριον τέρας· ut dicitur *Hom.* h. Apoll. v. 302. conf. *Oppian. Κυν.* II, 564. — In vs. 1216. Οὐ πᾶσα μὲν χθὼν φθέγματος πληρουμένη Φρικῶδες ἀντεφθέγγετ'· ἀντεφθέγξατ' exhibent Cod. Flor. et *Drama Χρ. Π.* v. 857. ubi reliqua totidem literis ea-
b dem leguntur. *Seneca* Hipp. v. 1225. *en totum mare Immugit; omnes undique scopuli adstrepunt.* *Pacuvius* apud *Non. Marc.* in v. *Bount*,

Clamore et sonitu colles resonantes bount.

Vs. 1216. — εἰσορῶσι δὲ Κρεῖσσον θέαμα δεργμάτων ἐφαίνετο.] Non aliter legisse videtur falsus *Gregorius* in *Χρ.*
c *Π.* ubi versus est 858. Θέαμα κρεῖσσον ὀμμάτων ἐφαίνετο. Quia dedit in Hipp. *Seneca* v. 1032. *Euripidis* illic vestigia sequutus,

litori invexit malum
Maius timore,

suspicabar illum legisse, et scripsisse *Euripidem*,

Κρεῖσσον θέαμα δειμάτων ἐφαίνετο.

d hanc suspicionem indicavi in *Eurip.* Phoen. v. 896. visam fortasse probasset *Musgravius*, cui venit in mentem Κρεῖσσον θέαμα φθεγμάτων· Neutrius memorata lectione, nihil immutandum statuit *Heathius*; sententiam enim esse, *Monstrum forma adeo horrendum fuisse, ut ne aspectum eius quidem sustinere possent.* *Reiskii* eadem est opinio. Nec diffiteor sententiam satis accommodam; sed ut illam veram crederemus et
e Euripideam, debebat similibus quibusdam exemplis communiri, quale mihi quidem se nullum hactenus obtulit. Quaecunque rebus aliis *maiora* sunt vel *potentiora*, Scriptoribus Atticis τούτων κρείσσω sive κρείττω esse dicuntur; quique alios *vincunt* vel quacunque re *superant*, τῶν ἄλλων κρείσσονες sive κρείττους εἶναι· *Euripidi*; *Sophocli*; *Thucydidae* p.
295 196, 8. 13. p. 474, 40. 477, 44. *Xenophonti* p. 112, 36.
a 171, 14. 375, 42. *Antiphonti* p. 127, 25. *Lycurgo* p. 165, 36. *Aeschini* Or. p. 55, 21. etc. Notus ille versus ex *Eurip.* Med. 1079.

Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,

redditur ap. *Chalcidium* in Tim. *Platon.*

Sed vincit ira sanitatem pectoris.

Civitas, cuius res gestae famam superant, *ἀκοῆς κρείσσων* di- b
citur *Thucyd.* II. c. 41, 17. *Schol.* *ὑπὲρ ἀκοὴν ἀνθρώπου* Quae sunt adeo magna, mira, metuenda, ut eorum magnitudo, vel admiratio, vel metus verbis exprimi nequeat, dicuntur illa *κρείσσω*, sive *μείζω*, *λόγου· θαυμάτων· φόβου·* atque adeo etiam *δειμάτων.* Ut *Thucyd.* II. c. 50. *κρεῖσσον λόγοῦ· Xenophon Απομν.* III. p. 456, 1. *κρεῖσσον λόγου τὸ κάλλος τῆς γυναικός.* In *Aristoph.* Av. v. 1703. *ὦ μείζω λόγου.* c
Demosth. p. 45. §. 14. *ἔστι μείζω τὰ ἐκείνων ἔργα, ἢ ὡς τῷ λόγῳ τὶς ἂν εἴποι. Κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ*, et similia prostant ad *Herodot.* P. 201. quorum eodem tempore similia *Marklandus* dedit in *Eur.* Suppl. v. 844. cuius eximii viri mihi saepe consensum gratulor. In *Eurip.* Bacch. v. 666. *δεινὰ* memorantur, *θαυμάτων τε κρείσσονα.* In *Eurip.* Hel. v. 607. *Θαῦμ' ἐστ', ἔλασσον τοὔνομ' ἢ τὸ πρᾶγμ' ἔχον.* Proximum illud ex d
Bacchabus accedit *Κρεῖσσον θέαμα δειμάτων.* Recte *Thomae Mag.* p. 603. *Μεῖζον φόβου πρᾶγμα* explicatur *τὸ ὑπερβολικὸν φόβον ποιοῦν. Κρεῖσσον δεργμάτων* vel simile quid ubi nobis in istius aevi Scriptoribus monstraverint viri docti, hic illud etiam servabimus. Diversas huius etiam generis formulas apud Sophistas reperiri non ignoro: nihil tamen apud illos etiam in- e
veni, quod hic vulgatae voci faveret.

Vs. 1219. *Καὶ δεσπότης μὲν, ἱππικοῖς ἐν ἤθεσι Πολὺς ξυνοικῶν;*] Dici fortasse potuerat *ἱππικοῖς ἐν ἤθεσιν Πολὺς μὲν οἰκῶν·* sed *Πολὺς ξυνοικῶν* postulare videtur *ἱππικοῖσιν ἤθεσιν. Euripidis* est in Heraclid. v. 996. *Ὅπως — τὸ λοιπὸν μὴ ξυνοικοίην φόβῳ.* Ad Alcibiadem Socrates *Platonis* T. II. p. 118. B. *ἀμαθία ξυνοικεῖς, ὦ βέλτιστε, τῇ αἰσχίστῃ·* a
plura dabit Clar. *Abresch.* Dilucid. *Thucyd.* p. 211. Equorum domitor Hippolytus, *in equorum indole sive ingeniis cognoscendis multum versatus*, vs. 1221.

ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν,
Ἕλκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ,
Ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας,

Seneca Hippol. v. 1054. *solus immunis metu Hippolytus artis* b
continet frenis equos. — v. 1057. *ora nunc pressis trahit Constricta frenis.* Propius ad Euripidea haec accedunt Hippolyti Latini *Ovid.* Met. XV, 519.

ego ducere vanâ
Frena manu, spumis albentibus oblita, luctor;
c *Et retro lentas tendo resupinus habenas.*

Euripidis Hippolytus *ἡνίας Ἕλκει, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ, habenas retro trahebat, ut remos impellit nauta resupinus.* Sequentis versus sensum Clar. *Heathius* recte videtur explicuisse.

Vs. 1223. *Αἱ δ', ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γναθμοῖς,*]
d Hoc ex uno Cod Paris. recepi, pro *γναθοις*, ut hic aptius; et quia saepe talia fuerunt in his Poëtis a sciolis mutata; ex. gr. *ξυνηρετμεῖν* in fine senarii *Soph.* in Aj. v. 1346. in *ξυνηρεμεῖν·* alibi claudunt *Sophoclis* senarios *ἀντίσταθμον· ἀνήριθμον.* In Antig. v. 326. *Τί δαί; ῥυθμίζεις* — sciolos etiam offendit. — Et alibi *γναθμῶν* fit mentio, et in *Eurip.* Med. v. 1201.
e *Γνάθος* tamen scribitur nostris in Edd. *Eurip.* Alc. v. 492. *χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις,* (494.) *ora frenare lupatis*, et Phoen. v. 1145. *Manilius* dixit V, 73.

moderantem quattuor ora
Spumigeris frenata lupis:

Ovid. Amor. I. El. II, 15. *Asper equus duris contunditur ora lupatis:* tandem paret domitori,

296 *Et placide duros accipit ore lupos:*

a hoc Graecis est *Στόμια δέχεσθαι·* quod felici translatione *Sophocles* usurpat in Elec. v. 1489. Imperio moderantis nondum obsequens *frena mordere* dicitur *δακεῖν* et *ἐνδακεῖν στόμια.* ad Promethea, Iovi Diisque frustra reluctantem, Mercurius *Aeschyli* Prom. v. 1008.

δακὼν δὲ στόμιον, ὡς νεοζυγὴς
b *Πῶλος, βιάζῃ καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ.*

hoc *Euripidi* dicebatur in Theseo, *σφαδάζειν — ὡς νεόζυγα Πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον.*

ut iniecto eculei
Freno repente tactu exagitantur novo,

apud *Ciceron.* Tusc. III. c. 28. — Nostro *Euripidis* loco —
c *ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γναθμοῖς Βίᾳ φέρουσιν·* hinc in *Senecae* Hipp. v. 1068.

Inobsequentes protinus frenis equi
Rapuere currum.

Βίᾳ φέρουσι, nempe *τὸν ὄχον*, ut in *Sophoclis* Elec. v. 726.

Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι Πῶλοι βίᾳ φέρουσιν, *Aenianis equi frenis immorigeri currum rapiunt*: ἄστομοι, in Scholiis σκληρόστομοι, sunt *ore duro frena mordentes*, ἐνδακοῦσαι στόμια, *equi rigidae cervicis*, σκληροτράχηλοι· quales imperio legitimo d reluctantes in libris nostris Sacris Iudaei dicuntur. Sophoclea ista cum forte legerentur apud *Plutarch.* T. II. p. 521. homines eruditos eorum sedem ignorantes fefellerunt: et saepenumero fuit etiam ab hominibus literatissimis in talibus peccatum. — Satis erat hic dixisse *Βίᾳ φέρουσιν*, aut, si quis id malit, φοροῦσι, quod dat in Sophocleis *Plutarchus*; — sed praeterea e dicuntur equae apud *Euripidem*

οὔτε ναυκλήρου χερὸς,
Οὔθ' ἱπποδέσμων, οὔτε κολλητῶν ὄχων
Μεταστρέφουσαι.

In *Senecae* Hipp. v. 1082.

Tum vero pavida sonipedes mente exciti
Imperia solvunt, seque luctantur iugo
Eripere.

Equorum et currus moderatorem, sive *aurigam*, in istis *Ναύκληρον* dictum, paulo post *οἴακας ἔχοντα*, navis contra *gubernatorem* ἡνίοχον νεὼς nemo mirabitur, qui vel ad similia vel ad haec attenderet *Ovidii* Trist. I. El. IV, 11. etc. *Navita* a

Jam sequitur victam, non regit arte, ratem.
Utque parum validus non proficientia rector b
Cervicis rigidae frena remittit equo:
Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undae,
Aurigam video vela dedisse rati.

Ex Marcipore *Varronis nautici equisones Nonio* memorantur in v. *Equisones.*

Vs. 1226. — *κεἰ μὲν ἐς τὰ μαλθακὰ Γαίας ἔχων οἴακας* c *ἰθύνοι δρόμον*,] In Cod. Paris. legitur ἐς τὰ μ. Γ. ἔ. οἴηκας (ut in Edd. prima Flor. et *Ald.*) εὐθύνοι· Hoc an illud probetur nihil interest, quum ἰθύνειν aeque ac εὐθύνειν, hoc tamen frequentius, apud Tragicos inveniatur; sed probari non debebat Ionicum οἴηκας. Οἴακας, πόρπακας, et similia, media quoque syllaba producta, semper adhibent hi Poëtae. Initio versus 726. Suppl. meminit *Aeschylus* Οἴακος εὐθυντῆρος· d initio v. 3. Theb. Οἴακα νωμῶν legitur; ubi versus est 62.

Σὺ δ' ὥστε νηὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος,

totidem paene literis scriptus in *Eurip.* Med. v. 523. Ἀλλ' ὥστε

v. κ. ο. Euripidis versus est Iph. in Taur. 1357. *Οἴακας ἐξη-*
e *ρούμεν εὐπρύμνου νεώς. Οἰάκων φύλαξ* est in Helenae v. 1594.
hic *currus moderator*, *ἡνιοστρόφος*, dicitur *ἔχων οἴακας*, id
est *οἰακοστρόφος*. In *Eurip.* Hel. v. 1626.

ἐπ' οἰάκων δὲ βὰς
Ἄναξ ἐς Ἑλλάδ' εἶπεν εὐθύνειν δόρυ.

hinc gubernator etiam *νεὼς ἰθυντὴρ*, et *εὐθυντήρ*. conf. *Spanhem.* in *Julian.* p. 181. *Senecae* Hippolytus v. 1072.

297 *qualis turbido rector mari*
a *Ratem retentat, ne det obliquum latus*
Et arte fluctus fallit; haud aliter citos
Currus gubernat. — sequitur assiduus comes,
Nunc aequa carpens spatia, nunc contra obvius
Oberrat, omni parte terrorem movens,

Euripidi,

b *Ταῦρος, φόβῳ τέτρωρον ἐκμαίνων ὄχον·*

in quibus *τέτρωρον ὄχον* per *τέθριππον ἅρμα Eustath.* interpretatur in Il. *Γ.* p. 324, 36. — *Aequa spatia Senecae*, quaeque arduis opposita Latinis *plana* dicuntur, sunt *Euripidis τὰ μαλθακὰ Γαίας*, hic etiam opponuntur *πέτραι*, *saxa*, *loca scopulosa; Μαλθακὰ* sunt proprie *mollia*. *Mollia sunt parvis prata terenda rotis: τὰ λεῖα καὶ ἀναπεπταμένα δάπεδα Themistio*
c p. 217. A.

Vs. 1233. *Ἀψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος*] *Cum rotae curvaturam in grande saxum impegisset, currum labi fecit et praecipitavit, ἔσφηλε, κἀνεχαίτισεν·* quorum hoc, figurate adhibitum *Demostheni* p. 13, 15. *Harpocration* recte per *ἀνέ-*
d *τρεψεν* interpretatur. Proprie *qui sessorem excutit* equus, *ἐπὶ τοῖς ὀπισθίοις ἀνιστάμενος ποσὶ*, dicitur *ἀναχαιτίσας·* hanc verbi vim spectabat *Seneca* Hipp. v. 1084. ubi

pavidi sonipedes
Imperia solvunt, seque luctantur iugo
Eripere, rectique in pedes iactant onus.

Equi Hippolyti *Praecipitant currum scopulis* in *Ovid.* Met. XV,
e 518. ubi v. 521.

Nec vires tamen has rabies superasset equorum,
Ni rota, perpetuum qua circumvertitur axem,
Stipitis occursu fracta ac disiecta fuisset.

In proximis vs. 1234. *σύριγγές τ' ἄνω Τροχῶν ἐπήδων, ἀξό-*

νων τ' ἐνήλατα, quam Clarissimus iuvenis Frisius *J. Piersonus* coniectura fuit adsequutus in Verisim. p. 64. lectionem ἐπήδων, a pro ἐπεπήδων, praeter alios adhibitos *Musgravio*, Codices praebent Flor. et Paris. in quo ad Σύριγγες adscriptum αἱ χοινικίδες. ad Ἐνήλατα, πασσαλίσκοι. *Eustathius* in Il. *E.* p. 455. quum multa dixisset de *rotarum fistulis*, sive *modiolis*, et *clavo* rotae continendae praefixo, *axisque* extremitati infixo, haec etiam attigit *Euripidis*, v. 40. φασὶν (οἱ παλαιοὶ) ὅτι Σύριγγες, b χοινικίδες, πλῆμναι· Ἐνήλατα δὲ, τὰ ταῖς χοινικίσιν ἐμβαλλόμενα, ἢ πασσαλίσκοι κωλύοντες ἐξιέναι τὸν τροχὸν, τὰ καλούμενα, φασὶν, ἁμαξηδόνια. Hinc ἁμαξηδόνια nobis enotarunt *H. Stephanus* in Thes. Gr. Ling. et *Jo. Schefferus* de Re Vehic. I. c. 5. p. 38. mihi quidem suspecta vocis est compositio, quam in *Scholiis* ad *Euripidem* inventam praebuit, qualem illic legerat, *Eustathius;* vera vocis scriptio fortasse videbitur c Παραξόνια. *Pollux* I, 145. τὸ κωλύον ἐκπίπτειν τὸν τροχὸν, ἐμπηγνύμενον τῷ ἄξονι, Παραξόνιον.

Vs. 1236. Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων, ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς, Δεσμὸν δυσεξήνυστον ἕλκεται δεθεὶς,] Legitur in Cod. Paris. δυσεξέλικτον, velut interpretamentum, opinor, vocis Euripideae δυσεξήνυστον· sic enim, ut syllaba produci possit, scribendum, d recte mihi videtur Cl. *Heathius* animadvertisse: Ἀνήνυστον aeque fuit in usu, ac ἀνήνυτον. nec Δυσήνυτον tantum, sed et Δυσήνυστον invenisse videtur *Hesychius:* cui talia tamen erant notissima, δεσμὸς παρ' Εὐριπίδῃ δυσεξήνυτος memoratur *Eustathio* in Il. *Γ.* p. 290, 42. — Attigit Euripidea *Jer. Marklandus* in *Eurip.* Suppl. v. 689. Sed habenis implicitum Hippolytum hinc expresserunt etiam Poëtae Latini: Hippoly- e tus *Ovidii* XV, 524. *Excutior curru: lorisque tenentibus artus Viscera viva trahi — videres.* Fast. VI, 743. *Exciderat curru; lorisque morantibus artus Hippolytus lacero corpore raptus erat.* Accurate *Seneca* Hipp. v. 1085.

Praeceps in ora fusus implicuit cadens 298
Laqueo tenaci corpus; et, quanto magis a
Pugnat, sequaces hoc magis nodos ligat.

Talis *Virgilio* Troïlus Aen. I, 480.

Fertur equis, curruque haeret resupinus inani,
Lora tenens tamen; huic cervixque, comaque trahuntur
Per terram.

Infelix Hippolytus inani curru haerens resupinus *Euripidi* pin- b gitur —

Vs. 1238. *Σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα, Θραύων δὲ σάρκας,*] In Cod. Flor. legitur et Paris. *πρὸς πέτραις*· hoc in uno quoque Cod. *Musgravius* invenit, in ceteris *πρὸς πέτρας*· quod hic praestat: in aliis locutionibus illud ip-
c sum *πρὸς πέτραις* reperietur apud *Aeschylum*, in *Sophocleis* etiam, et *Menandri* reliquiis. Explicatius haec enarrat in Hipp. *Seneca* v. 1093.

Late cruentat arva, et illisum caput
Scopulis resultat: auferunt dumi comas:
Et ora durus pulcra populatur lapis, etc.

In Paris. Cod. *Σποδούμενος* explicatur *συντριβόμενος*· prae-
d terea legitur in *Scholiis κατακλώμενος τὴν κεφαλὴν ἐν ταῖς πέτραις. Hesychii, Σποδούμενος. τυπτόμενος, καὶ τὰ ὅμοια*· pertinuisse videtur ad *Eurip.* Androm. v. 1129.

Πυκνῇ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος.

alia prostant in nota ad *Hesych. Κατεσποδημένοι* sunt *occisi* in *Aesch.* VII. c. Theb. v. 815. — Ceterum cum his et vicinis comparandus est *Sophocles* in Elec. v. 747. etc. ubi narratur Orestes v. 754.

e *Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ*
Σκέλη προφαίνων· ἔςτε νιν —
Ἕλυσαν αἱματηρόν.

— Ex vs. 1241. *Μή μ' ἐξαλείψητ'* attigit Clar. *P. Wesseling.* in *Diodor. Sic.* I. p. 207. Frequentatum *Platoni* Scriptoribusque verbum *Ἐξαλεῖψαι* ista significandi virtute rarius invenietur. Illic scribi quoque potuit,

a *Μή μ' ἐξαλείψῃς ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά.*

— In vs. 2246. voculam *δὴ Musgravius* interiecit ex Codd. repertam et in Flor. et Paris.

Vs. 1247. *Ἵπποι δ' ἔκρυφθεν, καὶ τὸ δύστηνον τέρας Ταύρου λεπαίας οὐ κάτοιδ' ὅπου χθονός.*] In his *ὅπου χθονὸς* Co-
b dicibus debetur et *Musgravio*, pro *ὅπως χθονὸς* recte restitutum: *ὅπου* legitur et in Paris. *ὅποι* in Flor. — Ex his duobus Codd. recepi *τὸ δύστηνον τέρας Ταύρου*· pro vulgato *κάρα Ταύρου*. in uno quoque Codicum Paris. *πέρας* invenisse videtur *Musgravius*. — Primum in his observabunt harum rerum studiosi iuvenes *Ἔκρυφθεν*, pro *ἐκρύφθησαν*, formam Homericam, aliis quidem illam Poëtis quibusvis usitatam, in primis
c *Apollonio Rhodio*; sed cuius exemplum apud hos Poëtas Atticos in senariis vix alibi reperietur. *Aeschylum* in Pers. v.

1005. (ubi vulgatur Ἔταφον, ἔταφον) scripsisse autumo Ἔταφεν, ἔταφεν· id est ἐτάφησαν. — Deinde pro κάρα restitutum ex Cod. δύστηνον, τέρας Ταύρου, viris opinor eruditis facile probatum iri; nec non in oraculo veteri βοὸς τέρας ἀγραύλοιο· quo vulgatur βοὸς κέρας, in *Schol.* ad *Eurip.* Phoen. v. 641. d
et ad *Aristoph.* Ran. v. 1256. qui quidem alia legerint similia: *Eurip.* Or. 1001. Τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς Ὁπότε γένοιτο τέρας ὀλοόν. *Eurip.* Phoen. v. 813. Οὔρειον τέρας Σφιγγός. — In talibus ubique τέρας, nusquam, quantum recordor, adhibent κάρα. — Praeterea hinc sumtum Λεπαία χθὼν, explicatur ἡ ὀρεινὴ, *Eustathio* in Il. Δ. p. 372, 22. — Tandem ὅπου χθονὸς hic praestare videtur lectioni Cod. Flor. ὅποι χθονός· — e
Recte legitur ὅποι, *quo*, in *Eurip.* Heraclid. v. 595.

Οὐκ οἶδ' ὅποι τις τρέψεται·

perperam in isto versu scribitur apud *Stobaeum* Οὐκ οἶδα πῇ· vid. *Aristoph.* Ἀχ. v. 206. Εἰρ. v. 71. Ὅπου scripserit *Euripides* Iph. in Taur. v. 119. an, quod vulgatur, Ὅποι, dubito,

χωρεῖν χρεὼν 299
Ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας· a

praestiterit tamen Ὅπου, *ubi.* Hos libros tractantibus ne minuta quidem talia negligenda sunt; qualia monere non neglexit vir eximius *Io. Aug. Ernesti* in *Callim.* h. in Del. v. 117. conf. *R. Dawes Miscell.* Crit. p. 293.

Vs. 1250. Ἀτὰρ τοσοῦτόν γ' οὐ δυνήσομαί ποτε Τὸν σὸν b πιθέσθαι παῖδ' ὅπως ἐστὶν κακὸς,] Cogitate Tragicus prolixam narrationem famulo Thesei contribuit; cuius illa personam multo mihi magis decere videtur, quam amicum et educatorem, quem *Io. Racinius* finxit Theramenem; quidquid aequus iudex filius *Mich. Arnoldus Racinius* dixerit *dans les Memoires de L'Acad. des Inscr.* T. VIII. p. 311, 312. — Ob verborum structuram haec *Euripidis* attulit *L. Kuster.* in *Aristoph.* c
Pl. v. 55. — Pro τοσοῦτον οὐ, *Musgr.* ex uno Cod. dedit τοσοῦτό γ' οὐ· ex duobus ego Flor. et Par. τοσοῦτόν γ' οὐ· nihil refert hoc an illud probetur; apud Tragicos tamen absque illa necessitate pro τοσοῦτο scribitur et τοσοῦτον· *Soph.* Aj. v. 441. Καί τοι τοσοῦτόν γ' ἐξεπίστασθαι δοκῶ· *Atqui hoc saltem unum planissime novisse videor.* Eleo. v. 334. Καί τοι τοσ- d
οῦτόν γ' οἶδα· Oed. T. v. 1454. Philoct. v. 1299. Quam hic interieci literam requiri apud *Thucyd.* P. 82, 7. monstrabit similium comparatio. — Haec autem *Euripidis* et sequentia bis in dramate Χο. Π. auctor παρῳδεῖ. ista dicit Maria v. 321.

Οὐ γὰρ τοσοῦτον σὺ δυνήσῃ πώποτε,
Οὐ δ' εἰ (ἦν) γένος πᾶν δαιμόνων σοι συνδράμῃ,
e Καὶ γῆν ἅπασαν ῥημάτων πλήσῃ κακῶν·
Ἐπεί μιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταται κτίσις.

De Praeceptore suo Iosephus senator ad Mariam v. 1297.

Ἀτὰρ τοσοῦτον οὐ δυνήσομαί ποτε
Τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ' ὅπως οὐκ ἐσθλὸς ἦν·
Οὐ δ' εἰ τὸ (εἴγε) σύμπαν τὸ βροτῶν λέγῃ γένος,
Καὶ τὴν ὀρεινὴν γραμμάτων πλήσειέ τις
Ὕλην, ἐπεί μιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.

a Vs. 1253. Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις Πεύκην, ἐπεί νιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι] Suum νὶν ex Codd. Par. et Flor. recepit Tragicus, cuius loco *Homericum* μὶν irrepserat: *Νὶν Hesychius* explicat αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτό· quibus addere potuerat αὐτοὺς, αὐτὰς, αὐτά. his enim etiam significandis *Νὶν* apud Atticos interdum Poëtas inservit. — *H. Stephanus* Thes. b L. G. T. III. p. 259. E. „Apud Euripidem, inquit, in Phae„dra *Πεύκη* ponitur pro pugillaribus sive codicillis e picea seu „larice factis ante repertum chartae usum. *Δέλτος ἐκ πευκί„νου ξύλου*, Eustath." Nituntur ista his apud *Eustath.* in Il. Z. p. 489, 53. *Οἱ παλαιοὶ καὶ ἐν τῇ κατ' Εὐριπίδην Φαίδρᾳ, ἔνθα μνήμη Πεύκης κεῖται, φασὶ*, (490.) *πεύκην ἐκεῖ ῥηθῆναι τὴν ἐν τῇ χειρὶ τῆς Φαίδρας δέλτον, τὴν κατὰ τοῦ Ἱπολύ*c *του, ὡς ξυλίνην οὖσαν καὶ ἴσως ἐκ πεύκης, διὸ τὸ τῆς γραφῆς ἐν τοιούτῳ ξύλῳ εὐτύπωτον.* Alibi quoque Hippolytus *Euripidis* Phaedrae nomine citatur *Eustathio*; fierique adeo potest, ut in editione dramatis primâ tabella *Πεύκη* fuerit dicta, qua credulum illa maritum decepit, et innocentem Hippolytum perdidit: hac in Editione dramatis secunda tabella Phaedrae d nusquam nisi *Δέλτος* vocatur vss. 856, 865, 1057. Tales tabellas ligneas *Πεύκην* mihi dixisse videtur *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 29. ubi senex ad Agamemnona quid caperet consilii prorsus incertum:

Δέλτον τε γράφεις
Τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις,
Καὶ ταῦτα πάλιν γράμματα συγχεῖς,
Καὶ σφραγίζεις, λύεις τ' ὀπίσω,
Ῥίπτεις τε πέδῳ πεύκην, θαλερὸν
e Κατὰ δάκρυ χέων.

quam picturam iure velut admirabilem laudat ipse quoque Poëta *Michaël Arnoldus Racinius, dans les Memoires de Litterature de L'Academie R. des Inscript. et B. L.* T. VIII. p. 290.

Euripidea, illinc, ut opinor, sumpta, feliciter *Ovidius* in sororem transtulit, illegitimum amorem suum fratri per epistolam indicaturam, Met. IX, 522.

Incipit; et dubitat; scribit; damnatque tabellas; 300
Et notat; et delet; mutat, culpatque, probatque; a
Inque vicem sumtas ponit, positasque resumit.

In istis *Euripidis* quid per *πεύκην* praeter *tabellas*, quas abiicit Agamemnon, intelligi possit non video. Tabellas ex pinu b
factas propria adpellatione vocabant *πινάκιον*, et *πινακίδα*. Nec penes me dubium ullum est, quin ad Phaedrae tabellas famulus respexerit, dum, pro innocentia libere loquens, sibi quidem negat unquam persuasum iri, Hippolytum criminis reum esse, cuius in Phaedrae tabellis accusaretur; si vel omne genus muliebre laqueo vitam finiret, et non unam quis duntaxat ligneam tabellam, sed montis Idae piceas (*piceis ilicibusque* c
frequens mons erat Idae) omnes impleret accusationibus in Hippolytum incisis, quem integerrimum cognovisset. Haec mihi famuli Euripidei sententia, prorsusque aliena videntur quae nobis narrat *Eustathius*; illud quidem non male observans in Il. *Λ*. p. 766, 12. *ὥσπερ Ἀρῦς ἅπαν δένδρον, ἤδη δὲ τὸ Πεύκη, ὡς καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ ἐν τῷ, τὴν ἐν Ἴδῃ πεύκην.* Sed d
non inspecto volumine Tragoediarum ista, partim olim excerpta sibi, scripsit *Eustath.* in Il. *Z*. p. 490, 13. postquam morem memorasset antiquum amicorum vel puellarum nomina corticibus arborum incidendi, *ὅθεν*, ait, *λάβων Εὐριπίδης ἔφη τὸ, μὴ ἂν ἀγαθὰς εἰπεῖν τὰς γυναῖκας, οὐδ' εἰ περὶ τούτου τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις πεύκην. ἔνθα ὁ νοῦς μὲν, ὡς οὐκ* e
ἂν εὐλογήσοι τὰ γυναικῶν, οὐδ' εἰ πάντα τὰ Ἰδαῖα δένδρα καταγραφεῖεν Καλὰς εἶναι τὰς γυναῖκας. Haec ut ut aliena sint, veterem tamen istam consuetudinem hic quoque respexit *Euripides*; de qua notarunt *Is. Casaub.* Anim. in *Athen.* III. c. 7. Lect. *Theocr.* c. IX. et *R. Bentlejus* ad (Elegiae) *Callimachi* Fragm. CI. p. 466.

Vs. 1258. — *νῦν δ' αἰδούμενος*] In Flor. Cod. scriptum, a
Λόγοισιν ἥσθην τοῖσδ' ὁμοῦ αἰδούμενος· mox in Paris. *Θεοὺς, ἐκεῖνον θ'* — tandem in hoc Cod. *ἐπάχθομαι·* in Flor. *ἀπάχθομαι·* quorum prius, absque Codd. excogitatum ingeniosissimo *Jo. Piersono* Verisim. p. 67. munitum auctoritate Codicum *Musgravius* restituit *Euripidi*, cui sane scribi potuit etiam:

Λόγοισιν ἥσθην τοῖσδ'. ὅμως δ' αἰδούμενος b
Θεοὺς, ἐκεῖνόν θ', οὕνεκ' ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ,
Οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἐπάχθομαι κακοῖς.

Ad hanc sententiam quam narrat historiam *Barnesius* minime pervulgatam hausit ex *G. Canteri* Annot. in *Lycophr.* Cass. v. 116. qui versum illic adhibuit *Euripidis*, et sua didicit a
c *Joanne Tzetze* in v. 124. ubi filios ab Hercule occisos Aegyptius Proteus cum intellexisset, *οὐ γελᾷ μὲν ὅτι παῖδες ἦσαν αὐτοῦ, ὅτι δὲ ξενοκτόνοι οὐδὲ δακρύει.* In Hipp. *Senecae* Theseus v. 1114.

o nimium potens,
Quanto parentes sanguinis vinclo tenes,
Natura! quam te colimus inviti quoque!
Occidere volui noxium; amissum fleo.

d conf. *Soph.* Elec. v. 769, 773. In Gallica Tragoedia Theseus:

Je t'aimois. Et je sens que malgré ton offense
Mes entrailles pour toi se troublent par avance.

Hac in parte quanto diversum ab Euripideo suum nobis Thesea expinxerit *Jo. Racinius*, huius filius demonstrat, ad Grae-
e cum Gallicum drama comparans, *dans les Memoires de L'Acad. des Inscr.* T. VIII. p. 310.

Vs. 1261. *Πῶς οὖν; κομίζειν, ἢ τί χρὴ τὸν ἄθλιον Δρᾶσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί;*] Voculas *Πῶς οὖν;* ad mentem *Marklandi* sic a reliquis separavi, prout alibi leguntur et in *Eurip.* Hel. v. 1282. *Πῶς οὖν; ἐς οἶδμα τίνι τρόπῳ καθίε-*
301 *τε;* Hic aliis videri poterant illae cum verbo *φρόντιζε* iungen-
a dae; *φρόντιζε οὖν πῶς* — non mihi; quia tum *ὅπως* requireretur. *Berglerus* ista confert cum *Aristophaneis* in Pace v. 357. conf. *Aeschyli* Choëph. v. 682. *Soph.* Trach. v. 394. — Hos versus et sequentes ita *παρῳδεῖ Conditor* dramatis *Χρ. Π.* v. 1291.

Πῶς δ' οὖν; κομίζειν ἢ τί μὴ (χρὴ) δεδρακότας
b *Τὸν νεκρὸν ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενὶ,*
Φρόντιζ', ἐμοῖς δὲ χρωμένη βουλεύμασι,
Σιγῇ φέρ'· ἔσται γὰρ τὸ σύμπαν εὐπρεπὲς,
Οὐδ' ὠμὸν εἰς σὸν παῖδα τεθνεῶτ' ἴδῃς.

Qui sequitur in Euripideis vs. 1265. est et illic v. 1486. — vs. 1266, 67. ordine leguntur inverso in Cod. Paris.

c Vs. 1268. *Σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα Καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι, σὺν δ' Ὁ πικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν Ὠκυτάτῳ πτερῷ*] Hoc quidem Chori cantico, ab hac certe parte dramatis satis alieno, nihil adeo continetur, quod non aut supra iam fuerit significatum, (v. 447. etc.) aut alibi huic quoque Tragico di-

otum, de Veneris imperio eiusque filioli latissime patente. Hic puerulus, ἄρχων οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης, si Iovem ipsum saepe coelo detraxit, non mirum est, si homines et animantia d reliqua victa domat. Praeter ceteros huius θεῶν τε κἀνθρώπων τυράννου potentiam eleganter laudat *Oppianus* Ἁλ. IV, 34 — 39. — Carminis initio ad θεῶν ἄκαμπτον φρένα· adscriptum in Cod. Paris. ἄκλιτον. *Flectit Amor Deorum etiam mentem, quam alius nemo inflectat. Hesychio* Ἄκαμπτος recte redditur ἀκατάκλαστος· Ἀκαμπής, σκληρός. alibi *Hesych.* Ἄκναπτον, ἀκατάκλαστον. Reperiuntur et Ἄγναπτον et Ἀ- e γναμπτον. quae formâ tantum distant. *Aeschylo* in Prom. V. v. 163. *Jupiter*

> Θέμενος ἄγναμπτον νόον
> ἀάμναται οὐρανίαν γένναν.

et hunc ipsum tamen victum domat Amor. Hercules ψυχὰν ἄκαμπτος est in *Pindari* Ἰσθμ. IV, 89. feroci Medeae ἀκαμπέα θυμὸν dat falsus *Orpheus* Argon. v. 992. — Qui dicitur hic a *Euripidi* ποικιλόπτερος est *versicoloribus alis* — *Amor* in epigramm. *Virgilii* Anthol. Lat. T. I. p. 38. ubi lectionem istam egregie tuetur Celeberr. *P. Burmannus Secundus.* — Quis primus Cupidinem pinxerit alatum ignorasse videntur veteres. *Schol.* in *Aristoph.* Av. v. 575. Νεωτερικὸν, τὸ τὴν Νίκην καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπτερῶσθαι. *Simmias* quidem *Rhodius* Cupidinem b Deorumque adeo antiquissimum *alatum* finxit: cum coelestem ille civitatem misceret, coelo dicitur eiectus, alis ante puero praecisis, ne in coelum revolaret, *Aristophonti* Comico ap. *Athen.* XII. p. 563. B. ubi praeterea Cupidini ablatas alas Dii dedisse dicuntur τῇ Νίκῃ· *Porphyrius* π. Ἀ. III. §. 16. οἱ Ἕλληνες, inquit, τὰς Μούσας ἐπτέρωσαν, καὶ τὰς Σειρῆνας, κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τήν τε Νίκην, καὶ τὴν Ἶριν, καὶ τὸν Ἔρωτα, c καὶ τὸν Ἑρμῆν. *Eubulo* vel *Araroti* ridetur pictor, seu fictor, qui primus Amorem fecerit alatum, apud *Athen.* XIII. p. 562. C.

> Τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
> Ἢ κηροπλαστήσας Ἔρωτ' ὑπόπτερον;

etc. sic ista legenda sunt. Laudatur *Propertio*, Comici Graeci locum respicienti, II. El. IX, 1. d

> *Quicunque ille fuit puerum qui pinxit Amorem, —*
> *Idem non frustra ventosas addidit alas.*

Secundum *Cornutum* de N. D. p. 200, 6. Πτερωτὸς fingebatur, ὅτι κουφόνους ποιεῖ. sic corrige vulgata καὶ φόνους· in MS.

erat κούφονας. Comicorum loca, quae designavi, spectabat
e *Eustath.* in Il. Ξ. p. 979, 27. Epigrammata dantur pervenusta, quibus alatus Cupido pingitur in ea quoque parte *Anthologiae*, quae scripta latet. Πτανὸς dicitur in hoc disticho *Meleagri*,

Οὐκ αὐτὸν τὸν Πτανὸν ἐπόμνυμι, οὔ ποτ' ἂν ἔγνως
Ἐκ μορφᾶς, τίς ἔφυ, Ζώϊλος, ἢ τίς Ἔρως;

in Cod. MS. legitur, ἐπόμνυμαι — et, εἴ τις Ἔρως. — Sic et in his *Euripideis* vs. 1275.

302 Θέλγει δ' Ἔρως,
a Ὦι μαινομένᾳ κραδίᾳ
Πτανὸς ἐφορμάσει·

ubi scribitur in Flor. ut in aliis Codicibus, ἐφορμάσῃ· in illo quoque μαινομένην καρδίαν, sive κραδίαν· quorum illud vulgatae formae postponerem: vid. *Eur.* Phoen. v. 448. Or. v. 1553.
b sed praeferrem vulgatis ᾧ μαινομένην κραδίαν Πτανὸς ἐφορμάσει· *cuius cor furens invaserit Pinniger:* neque enim Amoris est sed amantis μαινομένα κραδία· quale Medeae tribuitur in cognomine Trag. v. 433. — Pro αἰθόμενος ex Codd. Flor. et Paris. vs. 1279. αἰθομένην Poëta recepit; γᾶ — Τὰν ἅλιος αἰθομένην δέρκεται, *terra, quam sol aspicit splendore suo collustratam.*

c Vs. 1285. Λητοῦς δὲ κόρη σ' Ἄρτεμις αὐδῶ, Θησεῦ· τί τάλας τοῖσδε συνήδῃ;] Pro αὐδᾷ, in versuum horum primum αὐδῶ recepi, Cod. Flor. auctoritate munitum; in altero ν tantum in γ mutato, pro συνήδῃ, scribendum arbitror,

τί τάλας τοῖσδε σύγ' ἥδῃ;

Nihil quidem est, cur αὐδᾷ suspectum videretur, nisi specta-
d tae bonitatis Codex αὐδῶ praeberet, hoc autem *Euripidis* consuetudo confirmaret. Quae hic ex machina prodit in scenam Diana, *Te, Theseu,* inquit, *ego Latonae filia Diana compello.* Qui prodit in eius Oreste, ad Menelaum Apollo v. 1664.

Φοῖβός σ' ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ' ἐγγὺς ὢν καλῶ.

Castores ad Aegypti Regem in Helenae v. 1660.

e Θεοκλύμενε, γῆς τῆσδ' ἄναξ, δισσοὶ δέ σε
Διόσκουροι καλοῦμεν.

In Ione Minerva v. 1555. Ἐπώνυμος δὲ σῆς ἀφικόμην χθονὸς, Παλλάς. Eadem in Aj. *Soph.* v. 73. Αἴαντα φωνῶ. Nimis vero frequenter Poëta Philosophus vindice dignos nodos nexuit, quibus solvendis Deos Deasve introduceret: Hic quoque ma-

china *D. Heinsio* displicuit ad init. Hipp. *Senecae*, cuius in a
Horat. conferri possunt Notae p. 84, 85. neque placuit illa *Michaëli Arnoldo Racinio*, nobilissimi Tragici Filio, illam tamen ex istius aevi moribus excusanti, *dans les Memoires de L'Acad. des Inscr.* T. VIII. p. 312, 313. — In istis, τί τάλας τοῖσδε συνήδῃ; compositum illud alienum, aptissimum simplex videtur, τί τάλας τοῖσδε σύγ' ἥδῃ; *quid tu miser hisce malis* b
delectaris? Supra dixerat Theseus v. 1258, 60. *ante* Λόγοισιν ἥσθην τοῖσδε· nunc tamen Οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ' οὔτ' ἐπάχθομαι κακοῖς. *Soph.* Aj. v. 272.

Αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἶχετ' ἐν κακοῖς.

Nostrum ἥδῃ *Suidae* restituendum, ubi vulgatur, Ἤδη τέρπῃ σύ, *Jam tu delectaris*; scribendum enim sine controversia Ἤδη, τέρπῃ σύ, *tu delectaris*. Nemo nisi memor Euripidei c
versus intelliget quid sibi velint ista *Suidae*: Εἴσῃ· γνώσῃ· Εὐριπίδης, Εἰ σώσαιμί σ' ἐξ Ἀνδρομέδας. Interpres, *Si eripuero te ex Andromedae manibus.* Imo versus est ex *Euripidis* Andromeda: Ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ' εἴσῃ μοι χάριν. — Hoc in loco haerebit aptius simplex ἥδῃ· contra, quod hic vulgatur, verbum compositum libenter restituerem *Diodoro Siculo* XIII. p. 559, 26. καλὸν τὸ τῆς τύχης ἀντιπραττούσης ἔχειν τοὺς d
συναλγήσοντας, καὶ πάλιν ἐν τοῖς κατορθώμασι τοὺς συνηδομένους· pro vulgato ἡδομένους. quibusvis Scriptoribus συναλγεῖν sive συνάχθεσθαι, et συνήδεσθαι sic opponuntur. Συνήδεσθαι significat *in alterius re laeta laetari*: ἐφήδεσθαι, *malis alicuius insultare.* [Vid. Reisig. ad Sophocl. Oed. Col. p. CLXIX. Ed. Lips.] Quibus hic σύγ' ἥδῃ placebit, pro συνήδῃ· hic facile persuaserim pro συνεπείσθης *Luciano* restituendum ὅπως δὲ e
καὶ σύγ' ἐπείσθης, T. III. p. 289, 10.

Vs. 1288. Ψεύδεσι μύθοις ἀλόχου πεισθεὶς Ἀφανῆ, φανερὰν δ' ἔσχες ἄταν] Ablata litera versus sanabitur ex Ed. prima si scribatur, φανερὰν δ' ἔχες ἄταν. fietque paroemiacus; neque in anapaesticis ἔχες displicebit. Clar. *Musgravio* placuit φανερὰν δ' ἐσέβης ἄταν· qui trium Codicum auctoritate ἀλόχου πεισθεὶς, (quod est et in Paris.) legi maluit, quam πεισθεὶς 303
ἀλόχου. — Haesit in Ἀφανῆ *Aem. Portus*, censuitque tan- a
dem positum pro ἀφανῶς. verum vidit *Heathius.* Iungendum illud cum πεισθείς· πείθεσθαι τὰ δίκαια· οὐ πείθομαι ταῦτα, *ista mihi persuaderi non sino*, et similia sunt in usu: manifesta hic est oppositio inter τὸ πεισθῆναι ἀφανῆ, et φανερὰν ἔχειν ἄταν. in Rheso v. 743. οἷά τις ἡμᾶς Δράσας ἀφανῆ φροῦ- b
δος, φανερὸν Θρῆξιν πένθος τολυπεύσας. — Hic *falsis uxoris verbis obscura persuasus* Theseus *in manifestam calamitatem*

inciderat. *Euripidis* sententiam sic expressit in Hipp. *Senecae* Theseus v. 1209.

dum falsum nefas
Exsequor vindex severus, incidi in verum scelus.

c — In sequentem v. 1290. literam ex Cod. Flor. restitui; *Πῶς δ' οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις Δέμας αἰσχυνθείς; Ἢ, πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον, Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις;* — In his ad *Μεταβὰς* adscribitur in Par. Cod. *ἀντὶ τοῦ μεταβαλών·* Pro *πόδα τόνδ' ἀνέχεις*, in Flor. Cod. legitur, *πόδα τῶνδ' ἀπέ-*
d *χεις·* quam lectionem probasse videtur Cl. *J. F. Gronovius.* *Ἀπέχεις* est et in Paris. sed illic etiam adnotatur altera lectio: *γράφεται Ἀνέχεις, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ἀναφέρεις, ἀνάγεις.* — Ad *Μεταβὰς βίοτον* haec etiam pertinent in *Scholiis*, *μεταβιβάσας, μεταβαλὼν, μεταλλάξας ζωὴν, καὶ ἀλλοιωθεὶς εἰς ὄρνεον.* mihi *πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον* videtur insolentius; quumque
e *Πτηνὸς* in Euripideis plerumque semper adhibeatur velut adiectivum, hic quoque scripsisse:

Πῶς δ' οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις
Δέμας αἰσχυνθείς;
Ἢ πτηνὸν ἄνω μεταβὰς βίοτον·

id esset *εἰς πτηνὸν*, sive *ὄρνιθος, βίον μεταβαλὼν*, seu *μεταβαλόμενος·* sic loqui solitos monitum fuit in nota ad *Eurip.* Phoen. v. 1222. quae hic, eadem iunguntur in Medeae v. 1296.

a *Δεῖ γάρ νυν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω*
Ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ' εἰς αἰθέρος βάθος,
Εἰ μὴ τυράννων δώμασιν δώσει δίκην.

— In sequenti versu sincera lectio videtur vulgata *Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις·* id est *ἀναφέρεις, ἀνάγεις*, sive *ἄνω ἔχεις.* *Ἀναφέρει πόδα, pedem retrahit*, est in *Eurip.* Phoen.
b v. 1419. in Troasin v. 332. *Χόρευε μᾶτερ, χόρευε, Ἄναγε πόδα σόν.* hic etiam *Ἄνεχε* scribi potuerat, *attolle pedem tuum:* vid. *Aristoph.* Av. v. 1717. et *Bergler.* Apud *Suidam* in *Ἄνεχε* Comici sunt ista *Theopompi*, (non historici,) *Ἄνεχέ μοι τὴν χεῖρα·* ut apud *Lucian.* T. I. p. 783, 25. *ἀνέχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα.* — Nostra *Stanlejus* attigit in *Aeschyli* Prom. V. v. 263. *Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν.* — Ut
c *Homero* dicitur *ἄνω — ἐέργει*, pro *ἀνείργει*, notante *Suida* in *Ἄνω, ἀντὶ τοῦ ἀνά.* contra nonnunquam et in aliis compositis et in *Ἀνέχειν* praepositio *ἀνὰ* adhibetur pro adverbio *ἄνω.* Idem *Suidas: Ἀν' οὖς ἔχων, ἀντὶ τοῦ ἄνω τὸ οὖς ἔχων καὶ Σοφοκλῆς· Τὸν οἴνωπ' ἀνέχουσα κισσόν· ἀντὶ τοῦ ἄνω ἔχουσα.*

vid. in hunc *Suidae* locum eruditiss. *Jo. Toupius* I. p. 44. — In vs. 1294. pro Ὡς τοῖς ἀγαθοῖς, tres Codices praeter *Schol.* (quibus accedunt Flor. et Paris.) *Musgravio* praebuerunt Ὡς d
ἔν τ' ἀγαθοῖς· cuius ille loco recte, mea quoque sententia, corrigendum censuit, Ὡς ἔν γ' ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οὔ σοι Κτη-
τὸν βιότου μέρος ἐστίν.

Vs. 1296. Ἄκουε, Θησεῦ, σῶν κακῶν κατάστασιν,] Ad hanc vocem adscriptum in Paris. διήγησιν· — Hinc in *Χρ. Π.* v. 259. e

Ἄκου', Ἰούδα, σῶν κακῶν κατάστασιν,
Καί τοι προκόψω γ' οὐδέν.

Ista vero, Καί τοι προκόψω γ' οὐδέν, ἀλγυνῶ δέ σε· sive potius hinc expressa Menandrea videri queat respexisse *Terentius* in Andr. IV, 1, 16.

atque aliquis dicat, nihil promoveris;
Multum molestus certe ei fuero.

— In vs. 1298. Ἀλλ' εἰς τόδ' ἦλθον· vulgata contra *Barne-* 304
sium aliosque iam fuit adfirmata ad *Eurip.* Phoen. v. 1409. a
Male *Eustath.* in Il. *A.* p. 123, 23. εἴρηται παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἱππολύτῳ τό, Εἰς τόδε, ἀντὶ τοῦ ἕως τότε. significatur enim, *sed in illud*, vel *hunc in finem veni*, *ut* etc. (ὥστε) παιδὸς ἐκ-
δεῖξαι φρένα

Τοῦ σοῦ δικαίαν, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ. b

Ultimum praebuere Codd. Flor. et Paris. pro θάνοι. Modus optantis Deae minus congruit; et ὡς, pro ἵνα positum, subiunctivo quoque iungitur *Eurip.* Alc. v. 75. Or. v. 265, 797, 1634. In Hec. v. 712. Χρυσὸν ὡς ἔχοι κτανών· in *MSS.* Leid. est ἔχῃ· ut v. 1252. Ἀλλ' ὡς ἔχῃς τὸν χρυσόν. — Hic praeterea minus commodum videtur ὑπ' εὐκλείας θάνῃ· quia non c
tanquam causa mortis ἡ εὔκλεια consideratur; sed significatur, ὡς εὐκλεῶς vel εὐκλεὴς ἀποθάνῃ, *ut non inglorius moriatur:* placebit fortasse *Reiskii* coniectura legentis ἐπ' εὐκλείας. — In vs. sequenti, pro τρόπον τινά, Flor. Cod. dat τινὰ τρόπον· ut in fine versus τίνι τρόπῳ, Phoen. v. 417. Helenae v. 1282. *Aristoph.* Ach. v. 919. — vs. 1302. attigit *Eustath.* in Il. *Δ.* p. 383, 36. ἡ Παρθένειος ἡδονὴ ἐν Ἱππολύτῳ τὴν εἰ δίφθογ- d
γον φιλεῖν λέγεται.

Vs. 1303. Δηχθεῖσα κέντροις] *Amoris*, sive *Veneris stimulis percussa* meo quidem iudicio dici debuit; neque ab *Euripide*, aut istius aetatis, vel proximae, Poëta dici potuit Phae-

dra Veneris *morsa stimulis*; *Δηχθεῖσα κέντροις* si vel in omni-
e bus inveniatur exemplaribus scriptis, vocem suspicor iam ante
hic quoque fuisse leviter vitiatam, quam Codices scriberentur
qui supersunt. Fac una litera minus prave scriptum iam olim
Δηχεῖσα· Hinc, ut *Δηχθεῖσα* facile potuit efformari, sic etiam
potuerat effingi *Πληγεῖσα*· quod quidem in hanc sedem revo-
candum arbitror atque *Euripidi* velut suum restituendum.
a Suum dico, quia sic, praeter ceteros, loqui solet: supra Ve-
neri Phaedra dicebatur Hipp. v. 38. *στένουσα, καὶ πεπληγμένη*
Κέντροις Ἔρωτος· ubi quaedam prostant alia; in Aeolo *An-*
tiphanes apud *Athen.* X. p. 444. C.

Μακαρεὺς ἔρωτι τῶν ὁμοσπόρων μιᾶς
Πληγεὶς τέως μὲν ἐπεκράτει τῆς συμφορᾶς·

quorum priora probabiliter ipsius sunt *Euripidis* ex Aeoli pro-
b logo verba: (vid. *Aristoph.* Nub. v. 1574. *Schol.* in istum lo-
cum, et ad Ran. v. 873.) *Hermesianax Athen.* XXIII, p.
538. A.

Λύδης δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος
Πληγείς.

Libanius T. I. p. 48. B. *ὁ μοιχὸς ἔρωτι πληγεὶς ἔβλαψε μίαν οἰ-*
κίαν· δεινὸν μὲν, ἀλλ' ἑνὶ (L. *ἐν ἑνὶ*) *τὸ κακὸν ἵσταται.* *Amo-*
c *re percussum* Latini dixere Poëtae: *Amore percussum gravi*,
Horatius Epod. XI, 2.

magno laudum percussus amore

Euryalus dicitur *Virg.* Aen. IX, 197. *percussus amore Venan-*
di, *Nemesian.* Cyneg. v. 97. Scripsisse potius *Propertius* vi-
detur I. El. VII, 15.

d *Te quoque si certo puer hic percusserit arcu;*

quam *concusserit*, quod vulgatur *Inque cor hamata percussit*
arundine Ditem, *Ovidius* Met. V, 384. *volucres* dictae sunt
Veneris vi *percussae corda Lucretio* I, 13. stimulos et tela Ve-
neris Amorisque calcaria memoranti: IV, 1046. *Veneris qui te-*
lis accipit ictum; est V, 1074. *Pinnigeri calcaribus ictus Amo-*
e *ris: Veneris stimuli* sunt in L. IV, 1219. ut in *Columellae* de
R. R. X, 198.

Bacchatur Veneri, *stimulisque Cupidinis actus:*

ictus esset *πληγεὶς*, *actus* est *Ἔρωτος κέντρῳ ἐλαυνόμενος*·
Agitor, *stimulor*, *versor in amoris rota*, *Plautus* Cist. II, 1.
v. 4. sed *irae*, *invidiae*, *Amoris*, *stimulis agitari*, notissimae

sunt locutiones. — Iam vero Amoris, seu Veneris *Δηχθεῖσα* 305
κέντροις, *Morsa stimulis*, mihi sane non videtur Euripidea a
locutio. Non eo tamen haec accipi velim, ac si *morsum* ignorarem *Amoris*. Dici quidem mulier potest *ἔρωτι*, sive *ζηλοτυπίᾳ δηχθεῖσα* (*Heliodor.* X. p. 503, 22.) neque Phaedra tamen, Veneris ictu gravissimo percussa, stimulisque Cupidinis vehementer agitata. In amore *γλυκὺς ὁ ὀδοὺς τοῦ πόθου δάκνει*, *Lucian.* T. II. p. 400. *ἔρωτος δῆγμα Sophocli* memoratur apud *Plutarch.* T. II. p. 619. A. Amans Iupiter b

Πρὸς λέκτρον ᾔει, καρδίαν ὠδαγμένος.

eidem *Sophocli* apud *Clem. Alex.* Strom. V. p. 716, 16. Amoris *δῆγμα* est in *Xenoph.* *Ἀπομν.* I. p. 422, 8. In eius Symp. Socrates p. 516, 12. *ἐγὼ ὥσπερ ὑπὸ θηρίου τινὸς δεδηγμένος* c
τόν τε ὦμον (quo humerum attigerat Critobuli) *πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ὥσπερ κνῆσμά τι ἐδόκουν ἔχειν.* hinc in *Platonis* etiam Sympos. p. 218. A. *δεδηγμένος* explicandum. Apud *Athen.* Aspasia V. p. 219. C.

Σώκρατες οὐκ ἔλαθές με πόθῳ δηχθεὶς φρένα τὴν σὴν
Παιδὸς Δεινομάχης καὶ Κλεινίου.

Sed de amore toties loquutus *Euripides* nusquam dixit *ἔρωτι* d
δηχθῆναι, nedum Amoris *Κέντροις δηχθῆναι*, de furore insanientis amoris. *Κέντρον stimulus* est in Euripideis, sive *flagellum*, *μάστιξ*· et *Veneris*, *Πληγεῖσα κέντροις*, *Percussa stimulis*. Huc, opinor, non advocabitur ex *Eurip.* Med. v. 110. *δηχθεῖσα κακοῖσιν*· Alc. v. 1100. — *λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι*· e
qualia quibusvis sunt Scriptoribus usitata: *Anxia curis Mordetur*, est in *Statii* Sylv. III. Ecl. IV, 72. *Mordear opprobriis falsis*, *Horatii*, etc. quorum affatim collegit *Th. Gataker.* in *M. Antonin.* XI, 18. p. 333. Sunt enim haec et similia valde diversa. Neque hoc vereor ut quis sibi in animum inducat, posse tamen Phaedram dici *Veneris δηχθεῖσαν κέντροις*· cui velut apis Amor aculeum suum, *κέντρον* dictum, a
immiserit. Non nescio hic dici posse speciosa quaedam. Apud *Theocritum*, Amor, Venere quoque iudice, *ἴσος ἐντὶ μελίσσαις*· Ut apis suum spiculum cuti, sic Cupido suum quoque *κέντρον* in cor infigit:

Πικρὸν ἀεὶ κραδίᾳ κέντρον Ἔρωτος ἔχει,

est in ep. *Meleagri* Anthol. VII, 13. Apis spiculum infigens dicitur *ἐγχρίσαι τὸ κέντρον* et *ἐγχρίψαι*· hoc forsan et de Cupidinis telo fuerit adhibitum: apud *Apollon. Rhod.* III, 764. b
legitur in Cod. *MS.*

ὁππότ' ἀνίας
Ἀκάματοι πραπίδεσσιν ἐνιχρίμψωσιν Ἔρωτες,

Illud mirum in *Eustath.* de Ism. Amor. VII. p. 269. *os meum*
c *ὡς ἐκ κεντρούσης μελίσσης πληγὲν φλεγμαίνει τοῖς πάθεσιν·* literis ille saltem seiunctis dederat, *ὡς ἐκ κέντρου σῆς μελίσσης πληγέν.* Ne naturae quidem pictoris *Virgilii* pervenustum illud Georg. IV, 237.

venenum
Morsibus inspirant, et spicula coeca relinquunt,

d nedum cetera mihi hic vulgatum *Δηχθεῖσα* tueri videntur.

Vs. 1306. *Ὁ δ', ὥσπερ ἦν δίκαιον, οὐκ ἐφέσπετο Λόγοισιν*] In Flor. *ἐφέπετο·* legitur in Par. *Ὡς ὥσπερ ὢν δίκαιος οὐκ ἐφείπετο.* De quibus ultimum, in alio quoque Cod. repertum, placuit viro Clar. tanquam usitatius: sed et alterum in senarios suos admiserunt Tragici: *ξυνέσπετο* et *ἑσπόμην* legun-
e tur in *Soph.* Oed. T. v. 1512. Antig. 1210. Trach. v. 1091. Alterum si plures darent Codd. *ὥσπερ ὢν δίκαιος*, non deterius vulgato iudicaretur; haec enim sequuntur,

οὐδ' αὖ, πρὸς σέθεν κακούμενος,
Ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς.

Ista autem duo, *ὢν δίκαιος*, et *εὐσεβὴς γεγὼς*, omnia com-
306 plectuntur officia Diis, hominibusque praestanda: *Aemathion*
a *aequi cultor, timidusque Deorum, Aristophani θεοσεβὴς καὶ δίκαιος ὢν ἀνήρ·* in libris nostris Sacris talis *δίκαιος* dicitur *καὶ εὐλαβής.* — In istis autem *Οὐδ' αὖ* — *Ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν·* probari non debebat verbum *ἔσφηλε·* quod versum pessumdat. — In vs. 1311. *Ἡ δ', εἰς ἔλεγχον μὴ πέσῃ, φοβουμένη,* (*Indicii metu, Ovid.* Met. XV, 503.) *ψευδεῖς γραφὰς*
b *ἔγραψε·* Cod. Paris. praebet *ψ. γ. ἔτευξε*, fortasse genuinum. Quod hic Dianae dicitur, ipsa se fecisse confitetur in *Senecae* Hipp. Phaedra v. 1192.

falsa memoravi; et nefas,
Quod ipsa demens pectore insano hauseram,
Mentita finxi: vana punisti pater;
Juvenisque castus crimine incestae iacet,
Pudicus, insons.

c In vs. 1314. *ὡς ἂν οἰμώξῃς πλέον*, optime recepit ex Codd. *Musgravius*, pro vitioso *οἰμώξῃ*. — Versui 1315. subiectam sustuli notam interrogandi: *Ἄρα* initio periodi saepe notat *uti-*

que: *Ἄρ' οἶσθα.* *Nosti utique* vel *sane.* — In v. 1319. *ἤνεσεν* in Cod. Paris. redditur *ἐπηγγείλατο.*

Vs. 1321. *Ὃς οὔτε πίστιν, οὔτε μάντεων ὄπα Ἔμεινας,* d
οὐδ' ἤλεγξας, οὐ χρόνῳ μακρῷ Σκέψιν γ' ἔνειμας.] Quod est in Codd. Flor. et Paris. *Σκέψιν παρέσχες·* non sane natum ex interpretamento, sed prioris potius Editionis fuisse videtur lectio; *Σκέψιν γ' ἔνειμας*, ut elegantius, in secunda positum. In *ἔμεινας* et *ἔνειμας* *Eustathio* quaesita videbatur *παρήχησις·* in harum enim exemplum ad Il. *Δ.* p. 372, 20. profert *καὶ τὸ Ἔμεινας καὶ Ἔνειμας παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ, — οὐ μάντεως* e
ὄπα Ἔμεινας, οὐ χρόνῳ μακρῷ σκέψειν (imo *σκέψιν γ'*) *ἔνειμας.* Variis inservit loquendi formis *Νέμειν*, *tribuere.* *Nihil odio, nihil amicitiae tribuens Luciano* dicitur de Hist. Scrib. T. II. p. 55. *οὐ* (L. *οὔ τι*) *μίσει, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων.* *Eidem* Socrates de Saltat. p. 282. *μέγιστον νέμων εὐρυθμίᾳ καὶ εὐμουσίᾳ.* *Sophocles* Aj. v. 28.

Τὴν δ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει·

illi quisque culpam tribuit: id est *εἰς αὐτὸν τρέπει·* hinc *τρέ-* a
πει vulgatas illic insidet Edd. ex vetustis et Codd. legendum *Νέμει·* in quod verbum frequentandum *Sophocles* fuit *εὐεπίφορος.* *Euripidis* Diana,

οὐ χρόνῳ μακρῷ
Σκέψιν γ' ἔνειμας·

non tu veritati explorandae tempus tribuisti; sive potius, *non* b
exspectasti, dum tempus tandem verum patefaceret. quod supra dixerat Hippol. v. 1051. *οὐδὲ μηνυτὴν χρόνον Δέξῃ καθ' ἡμῶν.* *Sophoclis* est ex perdito dramate dictum,

ὁ πάνθ' ὁρῶν
Καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

apud *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 742, 6. *Stobaeum* Ecl. *Grot.* p. 143. *A. Gellium* N. A. XII. c. XI. ubi in *MS.* Cod. est *ἅ-* c
πανθ' ὁρῶν, ut apud *Stob.* sed *ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος* etiam in *Soph.* Oed. T. v. 1222. Eiusdem est,

Πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει.

Pindaro dicitur *ἐξελέγχων μόνος Ἀλάθειαν ἐτήτυμον χρόνος*, Ol. X, 65. — Priora Dianae Tragicae, *οὔτε πίστιν οὔτε μάν-* d
τεων ὄπα Ἔμεινας, οὐδ' ἤλεγξας· sic supra dixerat Hippolytus v. 1055.

Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων

Φήμας ἐλέγξας ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς·

Huc, opinor, spectabat ubi huius simillimam enarrans Atticam historiam *Heliodorus* I, p. 19. *credulus*, inquit, *pater ταῦτα ὡς ἤκουσεν, οὐκ εἶπεν*, (malim *οὐδὲν εἶπεν*,) *οὐκ ἠρώτησεν, οὐκ ἀπολογίαν προὔθηκεν, ἀλλὰ πιστεύων* etc. Ad
e priorem *Euripidis* locum eiusdem *Heliodori* X. p. 474. ista comparari possunt: *πᾶσα δίκη καὶ κρίσις δύο τὰς μεγίστας ἀποδείξεις οἶδε, τάς τε ἐγγράφους πίστεις, καὶ τὰς ἐκ τῶν μαρτύρων βεβαιώσεις.* Non satis considerate hic *πίστιν* viro Docto visum fuit in *πύστιν* mutandum: ut *Euripides*, *πίστιν* dixit *Sophocles* in Elec. v. 893. *Τίν', ὦ τάλαιν', ἰδοῦσα πίστιν — θάλ-*
307 *πῃ; quo argumento nixa — hoc tibi persuades?* In Attico
a foro quaevis argumenta, quibus ad causam utebantur probandam, quasvis *probationes πίστεις* dicebant: *τὰς μαρτυρίας — καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὰς ἄλλας πίστεις ἑκατέρων* (litigantium) memorat *Harpocration* in v. *Διαιτηταὶ*, et sic saepius Oratores: *Antiphon* p. 139, 18. p. 144, 34. *Isocrates* p. 28. B. p. 51. D. p. 227. D. *οὐδεμίαν πίστιν* (id est *ἀπόδειξιν*) *εἴρηκας.*
b *Isaeus* p. 74, 13. etc. ap. *Budaeum* C. L. G. p. 115, 116. Suas opiniones Christiani *Luciano* dicuntur *ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως παραδεξάμενοι* T. III. p. 338. — Illud adnotare paene praetermiseram, quod praebet in Euripideis Cod. Paris. *οὐκ ἤλεγξας·* Flor. *οὐ μακρῷ χρόνῳ.* Neutrum, si legeretur etiam in aliis, spernerem: *Euripidis* est ex Palamede ap. *Stobaeum* p. 360, 6. *Imperator Σοφὸς δ' ἂν εἷς τις, ἢ δύ', ἐν μα-*
c *κρῷ χρόνῳ.* Alcest. v. 670. *Γῆρας ψέγοντες καὶ μακρὸν χρόνον βίου.*

Vs. 1326. *Ἔτ' ἐστὶ καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν·*] In versu, qui praecedit, *Ὀλοίμην*, ut est in Ed. prima Flor. praetuli formae Doricae; hoc in versu dat Codex Paris. *Ἔνεστι καὶ σοὶ* — Flor. *τῶνδε συγγνώμην ἔχειν.* Quorum prius *Ἔνε-*
d *στι καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν·* placere poterit ut Atticum atque elegantius. *Thomas M.* *Ἔνεστι καὶ ἀντὶ τοῦ ἐνυπάρχει, καὶ ἀντὶ τοῦ δυνατόν ἐστιν.* saepius illud infinitivo iunctum sic legitur apud *Sophoclem*; Elec. v. 882. *malis ἴασιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν·* Antig. v. 219. *Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί που τ' ἔνεστί σοι.* Phil. v. 1264. *Οὔκουν ἔνεστι καὶ μεταγνῶναι πάλιν*; etc. — Vulgata tamen hoc versu praebet *Χρ. Π.* v. 815.

e *Τί Πέτρε θρηνεῖς; δεῖν' ἔπραξας, ἀλλ' ὅμως*
Ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.

Horum quoque veniam impetrare poteris. Quantumvis autem qui veniam impetrat ab alio aeque dicatur *συγγνώμην ἔχειν*,

quam qui dat alteri, atque utroque sensu phrasis frequentetur Tragicis, quin apud illos nusquam forte legatur *συγγνώμης τυχεῖν*, hoc tamen omnino hic servandum arbitror; alterum tan- a
quam usitatius describentis effluxisse calamo. *Isocrateum* hoc, adhibitum *Heliodoro* I. p. 35, 11. p. 72. legitur in his Comici *Philippidae* apud *Stobaeum* in Florileg. p. 164, 36. *Grot.* p. 99.

Οὐκ ἔστιν, ἐμεθύσθην πάτερ, λέγοντα νῦν,
Ἥμαρτον, ὥστε πρὸς ἐμὲ συγγνώμης τυχεῖν.

In his, pro *πρὸς σέ με* *Grotius* posuit *πρὸς ἐμὲ*, quod hac in b
structura mihi Graecum non videtur: *πρὸς* mutetur in *πατρὸς*, — *λέγοντα νῦν* cum Cl. *Ruhnkenio* in *οὐ δέον τὰ νῦν*, sententia inerit commoda sic scriptis:

Π. . . . ἐμεθύσθην, πάτερ, οὐ δέον τὰ νῦν
Ἥμαρτον, ὥστε πατρὸς ἐμὲ συγγνώμης τυχεῖν.
Γ. Οὐκ ἔστιν . . . .
Ὁ γὰρ εἰς τὸν ἀσθενῆ βίᾳ τὶ, Πάμφιλε, c
Ποιῶν, ὑβρίζειν, οὐχ ἁμαρτάνειν, δοκεῖ.

Vs. 1327. *Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε, Πληροῦσα θυμόν.*] *Τόδε* legitur in Codd. Paris. et Flor. — Superfluam hic, ut alibi, voculam *ὥστε* monuit *Marklandus* in *Eurip.* Suppl. v. 581. Sensus idem inesset sic scriptis, *Κύπρις γὰρ εἰς τὸ πληρῶσαι τὸν θυμὸν οὕτω τάδε γίγνεσθαι ἠθέλησε. Haec ita fieri voluit Venus, animum ut expleret suum.* d
Πληρώσασα θυμὸν, Dea dici potuit, quae *odiis exsaturata* quiescit: *Virgilii* Iuno *θυμὸν* gerebat *ἄπληστον*, *inexsaturabile pectus.* Hinc paulo diversum *Terentianum* illud; *sivi animum ut expleret suum*, est *πληρῶσαι τὰς ἐπιθυμίας.* ut et hoc *Lucilii* ex Satyr. L. V. —

qui credimu' porro
Divitias ullas animum mi explere potesse. e

Euripidis vero *Πληρῶσαι θυμὸν*, est *animum vindictae cupidum saturare;* quod *Virgilio* in Aen. II, 586. — *animumque explesse iuvabit;* et *Attio* in Astyanacte apud *Nonium* in v. *Satias,*

Quorum crudelitatem nulla unquam explet satias sanguinis.

Thucydidi VII. c. 68. *ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον.* 308
Platoni ἀποπιμπλάναι τὸν θυμὸν, de LL. IV. p. 717. D. ubi, a
parentibus, inquit, *θυμουμένοις ὑπείκειν δεῖ καὶ ἀποπιμπλᾶσι τὸν θυμόν. Apollonio Rhodio θυμὸν ἐπιπλῆσαι*, IV, 233. Si

Veneris odium potuit exsaturari, Hippolyto quidem Tragici, quo oderat mulieres, pectus erat inexsaturabile; ipso teste su-
b pra v. 664. *μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι Γυναῖκας.*

Vs. 1328. — *θεοῖσι δ' ὧδ' ἔχει νόμος· Οὐδεὶς ἀπαντᾶν βούλεται προθυμία Τῇ τοῦ θέλοντος.*] Hanc Deorum legem sive consuetudinem vereor ne nobis confinxerit *Euripides*, ut oeconomiam sui dramatis tueretur; ut sane permulta finguntur his etiam Poëtis *οἰκονομικῶς*· aut, si lex fuit ista coelestibus,
c ab Homericis illa Diis saepe fuit violata; nam *Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo; Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit*, etc. — *Saepe ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem; Eripuit patruo saepe Minerva suo*, *Ovid.* Trist. I. El. II, 5 — 10. Haec eadem tamen Minerva variis malis afflicto non ausa fuit Ulyssi opitulari, non illa Legis, sed Neptu-
d ni sive metu deterrita, sive potius patrui reverentiâ mota. *Homer.* Od. Z, 331.

Παλλὰς Ἀθήνη
Αὐτῷ δ' οὔπω φαίνετ' ἐναντίον· αἴδετο γάρ ῥα
Πατροκασίγνητον.

ab Ulysse propterea compellata hoc uno se tuetur argumento Dea, in Od. *N.* 341. *Ἀλλά τοι οὐκ ἠθέλησα Ποσειδάωνι μά-*
e *χεσθαι Πατροκασιγνήτῳ*· Ad priorem locum *Eustathius* p. 266, 34. quaestionem sibi ponit; Neptuno irato cur non obluctata fuerit Minerva; quam, me iudice, solvere debuerat ex adiectis *Homero*, *αἴδετο γάρ ῥα Πατροκασίγνητον*· solvit illam ex *Euripidi* memorata consuetudine; *λύειν* illam scribit *Euripidem* in Hippolyto suo, *ἔνθα ἡ Ἄρτεμις ἔθος εἶναι θεοῖς φησὶ, μὴ ἀντικαθίστασθαι ἀλλήλοις ὅτε τινὰ βλάπτουσι, κἂν ὁ φίλτατος ἀν-*
a *θρώπων εἴη. καθὰ καὶ αὐτὴ οὐκ ἀντέπραξε τῇ Ἀφροδίτῃ ἐφ' οἷς ἐθανάτου τὸν φίλον Ἱππόλυτον.* horum similia dedit in Od. *N.* p. 519, 28. ubi duo quoque profert *Euripidis* ex Hipp. versus, *Οὐδεὶς ἀπαντᾶν βούλεται προθυμία Τῇ τοῦ θέλοντος, ἀλλ' ἀφιστάμεσθ' ἀεί.* hos quidem versus dubium nullum est quin expresserit *Ovidius* Met. III, 236.; cum irata Iuno Tiresiam coecasset,

b *pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam*
Facta Dei fecisse Deo) pro lumine ademto
Scire futura dedit; poenamque levavit honore,

quae hinc sumta monuit etiam *Burmannus* vir Clar. L. XIV. Met. v. 783.

c *Sola Venus portae cecidisse repagula sensit;*

Et clausura fuit; nisi quod rescindere nunquam
Dis licet acta Deum.

— Quod addit ad Legem *Euripidis* Diana; *Ἐπεὶ, σάφ' ἴσθι, Ζῆνα μὴ φοβουμένη, Οὐκ ἄν ποτ' ἦλθον εἰς τόδ' αἰσχύνης ἐγώ, ut virum mihi carissimum sic sinerem perire;* hoc propius accedit ad *Homericum αἴδεσθαι;* Cum ab infero Iove Proserpina raperetur apud *Claudian.* R. P. II, 232. d

Invitae cessere Deae; compescuit arcum
Cum gemitu, talesque dedit Latonia voces:
Sis memor, ô, longumque vale; reverentia patris
Obstitit auxilio.

L. III, 291. Dianam et Minervam increpat Ceres: e

ast illae (prohibet reverentia patris)
Aut reticent, aut nosse negant.

Vs. 1333. *Ὥστ' ἄνδρα πάντων φίλτατον βροτῶν ἐμοὶ*] In Paris. aliisque Codd. hoc ordine voces leguntur. Absque Codd. placere potuit ex viri Docti coniectura posita *Barneso* lectio, *φίλτατόν γ' ἐμοὶ βροτῶν.* alteram tamen illam facile quis ex 309
similium comparatione detexisset: nam in Oreste dedit v. 723. a *εἰσορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν·* v. 730. *φίλταθ' ἡλίκων ἐμοί·* Herc. v. 1156. — *φιλτάτῳ ξένων ἐμῶν. Soph.* Elec. v. 1132. *Ὦ φιλτάτου μνημεῖον ἀνθρώπων ἐμοί.* — In vs. 1336. quam ex aliis edidit *M.* literam quoque praebent Flor. et Paris. *Ἔπειτα δ' ἡ θανοῦσ' ἀνάλωσεν γυνὴ Λόγων ἐλέγχους. Deinde* b *vero mortua mulier morte sua sustulit verborum indicia, ex quibus verum exquiri potuisset.*

Vs. 1338. *Μάλιστα μὲν νῦν σοὶ τάδ' ἔῤῥωγεν κακὰ, Λύπη δὲ κἀμοί·*] *In te quidem nunc maxima cum vi haec eruperunt mala; mihi vero etiam pariunt aegritudinem.* Pro vulgata, *Μάλιστα νῦν σοί που*, recepi lectionem Codd. Flor. Paris. in aliis etiam inventam *Musgravio;* qui ex duobus hanc pro- c fert, *Μάλιστα νῦν δή σοι·* ob sequens *δὲ* mihi sincerum videbatur *μὲν νῦν·* quod si quis pro *μὲν οὖν* positum malit accipere, scribi poterit *μέν νυν.* — Quaecumque *magna cum vi eruperunt*, sive quae *vehementi cum impetu in obstantia quaevis* feruntur *illisa*, *ῥαγῆναι* dicuntur, sive *ἐῤῥωγέναι· ἐκραγῆναι· καταῤῥαγῆναι· κατεῤῥωγέναι.* Pervulgata sunt, *ὕδατος ἐξ οὐ-* d *ρανοῦ πολλοῦ καταῤῥαγέντος· ἐῤῥάγη ὄμβρος, imber nube rupta decidit: Polybiana, καταῤῥαγέντος ὄμβρου λάβρου καὶ συνεχοῦς, Livius* interpretatur XXXVIII. c. 15. *ni se — tanta vis aquae deiecisset: Aeschylus* Prometheo v. 367. *ἐκραγήσον-*

ταί ποτε Ποταμοὶ πυρὸς, ignes ex Aetnae vertice *aliquando erumpent. Eurip.* Alc. v. 1068. *ἐκ δ' ὀμμάτων Πηγαὶ κατερ-*
e *ρώγασιν. Soph.* Trach. v. 865. *Ἔρρωγεν παγὰ δακρύων.* In eius Phil. v. 821. *παρέρρωγεν ποδὸς Αἱμορραγὴς φλέψ.* Ad multa transferuntur ista. *Odium* diu *compressum* ubi tandem *erupit, ἐκραγῆναι* dicitur *τὸ μῖσος. Livius* XXXVI. c. VII. §. 13. *solvamus eius vincula, et claustra refringamus, ut erumpere diu coërcitam iram in hostes communes possit.* sic enim le-
a gendum esse docuit vir Magnus *J. F. G.* in hunc ferme sensum *ἐξερράγη ἐς τὸ μέσον* capiendum apud *Herodot.* VII. P. 653, 98. Bellum nondum *ξυνερρώγει, eruperat, Thucyd.* I. P. 43. v. 48. In *Aristoph.* Eq. v. 641.

Ἐξ οὗ γὰρ ἡμῖν ὁ πόλεμος κατερράγη.

Eadem etiam structura, qua hic apud *Euripidem*, in *Aeschyli* Persis v. 433.

κακῶν δὴ πέλαγος ἔρρωγεν μέγα
b *Πέρσαις.*

erupit in Persas, Schultensio in *Jobum* p. 606. Proxima haec *Euripidis* accedunt ista *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 1289.

Τάδ' ἐκ δυεῖν ἔρρωγεν οὐ μόνου κακὰ,
Ἀλλ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακά.

quem versum, in eadem voce desinentem, sic a *Sophocle* scri-
c ptum non equidem opinor. In his autem forma *Ἔρρωγεν* ut Attica commendatur: haec apud *Suidam* vulgata, *Ἀπέρρωγεν, οὐκ ἀπέρρηκται· καὶ Ἀπερρώγη, καὶ σὺν τῷ νυ, Ἀπερρώγην, τὸ τρίτον πρόσωπον. Κᾆτ' ἀπερρώγην ὁ ποῦς·* intacta quoque reliquerunt viri Docti, sic, nisi fallor, corrigenda: *καὶ Ἀπερρώγει· καὶ σὺν τῷ ν' Ἀπερρώγειν, τὸ τρίτον πρόσωπον·*

d *κᾆτ' ἀπέρρωγειν ὁ ποῦς.*

abruptus fuerat pes: hoc Atticum, ex *Homeri* tamen more ductum: praeter *ἤσκειν*, pro *ἤσκεε, ἤσκεεν, Homero* positum, *εἱστήκειν* olim lectum quoque fuit Od. *Σ*, 343. de hoc more scribendi iam egerunt *H. Steph.* in lib. de Dialect. p. 44. *T. H.* ad *Schol.* in Plut. *Ar.* v. 696. et *Jo. Pierson.* ad *Moer.* p. 174.

e Vs. 1339. — *τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι·*] Usitato more loquitur Minerva *Sophoclis* Aj. v. 133. — *τοὺς δὲ σώφρονας.* (*τοὺς ἐναρέτους Schol. MS.*)

Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

Castores in *Eurip.* Hel. v. 1694.

Τοὺς εὐγενεῖς γὰρ οὐ στυγοῦσι δαίμονες.

Insolentius hoc Euripideum; vulgo dicebatur *χαίρειν φίλοις· κέρδεσι· γένει·* etc. Rarius etiam in *Eurip.* Ione v. 358. *Τὰ κοινὰ χαίρων, οὐ δίκαια δρᾷ, μόνος.* Hic *οὐ χαίρουσι* posuit pro *οὐ χαίροντες ὁρῶσι θνήσκοντας τοὺς εὐσεβεῖς. Pios non laeti Dii vident morientes. Cratinus* dixit *γέγηθα τὸν ἄνδρα,* pro *ὁρῶν γέγηθα,* sive *γηθῶν ὁρῶ.* Prope *Theocriti* accederet, Eid. IX, 35. de Musis suis dictum 310 a

οὓς γὰρ ὁρῶσαι b

Γαθεῦσιν,

ubi *bene habere vulgatam* scribit *Reiskius:* addere potuerat optimorum tamen Codicum leçtiones esse praeferendas; sive quis malit, *οὓς γὰρ ὁρῆτε,* firmatum ab *Eustathio,*

Quem, tu Melpomene, semel
Nascentem placido lumine videris, etc.

seu, quod mihi sincerum videtur, c

οὓς γὰρ ὁρεῦντι
Γαθεῦσαι, τὼς οὔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκα.

Praeter Codices *Calliergi*, tres illud *ὁρεῦντι* commendare *Reiskio* debuerant *Medicei*, neque enim id, opinor, librariis imputabit. *Callimachus* Epigr. 22.

Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
Μὴ λοξῷ πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους. d

quo nihil dici potest venustius: illic, in aliis libris cum diversa fuerit lectio, scribi quoque potuit, *Μειλιχίῳ, πολιοὺς* etc. In *Homeri* Il. *I.* 77.

τίς ἂν τάδε γηθήσειεν·

Eustathius p. 631, 18. *Ἀττικίζει,* inquit, *Ὅμηρος· — φασὶ δὲ καὶ Κρατῖνον οὕτω που γράψαι, Γέγηθα τὸν ἄνδρα· τοιοῦτον καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ, τοὺς εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ* (Philoct. v. 1308.) *Ἥσθην* (*τε*) *πατέρα τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε. Laetus audivi patrem te meum laudantem. Hermippi* Comici versus est in Apparatu Sophistico *Phrynichi* in v. *Ἀνήδομαι,* (vid. supra Notata p. 259, 1. e.) e

Ἃ γὰρ τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι.

Verba neutra, quibus veteres Attici vim agendi tribuerint, per- a

pauca reperientur: idcirco *Ἀγνεύετε τὴν πόλιν* ex *Isaeo Harpocration* adnotavit.

Vs. 1340. *Καὶ μὴν ὁ τάλας ὅδε δὴ στείχει Σάρκας νεαρὰς Ξανθόν τε κάρα διαλυμανθείς.*] *Excarnificatam διαλελυμασμένην* dixit *Herodotus* IX. c. 112. quam Amestris, *τούς τε μα-*
b *ζοὺς ἀποταμοῦσα, — καὶ ῥῖνα, καὶ ὦτα, καὶ χείλεα· καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦσα*, sic crudelissime laceratam domum remisit. — Miratur *Heathius* in his cur vocem *νεαρὰς Marklandus* legi voluerit tanquam dissyllabam: Praeclarum virum loca moverunt quaedam Tragicorum, in quibus *νεαρὸς* legi videtur media producta; quae syllaba apud alios certe Poëtas hac in voce corri-
c pitur: ut hic, in anapaesto legitur *Soph.* Antig. v. 163.

Νεαραῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις.

Illic, Creonte prodeunte, Chorus, *Ἀλλ' ὅδε γὰρ βασιλεὺς χώρας.* In talibus *Euripidi* frequentatur *Καὶ μὴν* — Androm. v. 1166. *Καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ φοράδην αὐτὸς* (Cod. Flor. *ἤδη φοράδην*) *Δελφίδος ἐκ γῆς δῶμα πελάζει.* — Vs. 1345. *Οἶον ἐκράνθη*, pro *οἶος* receptum *Musgravio* dant Flor. et Paris. —
d *Δίδυμον μελάθροις Πένθος θεόθεν καταληπτόν.* Horum priora *Marklandus* apposita contulit ad *Eurip.* Suppl. v. 1035. ultimum nunc forte servandum iudicabit: *luctum divinitus immissum*, an *acceptum*, reddamus, non multum interest.

Vs. 1352. *Διά μου κεφαλᾶς ᾄσσουσ' ὀδύναι*] Vitiosum hic
e *ἀΐσσουσ' ὀδ.* in disyllabum mutavi: subscribi poterit, olim etiam saepius adiectum, *ἰῶτα*, originis index; sed apud *Platonem* aliosque scribitur *ἄττειν*, significans *cum impetu ruere*, vel *salire*: apud Atticos quidem Poëtas semper sunt disyllaba *ᾄσσω· ᾄξω· ᾖξα·* etc. quod et vere monuit *Jo.* Noster *Piersonus* in *Moer.* p. 301. conf. nota in *Eurip.* Phoen. v. 1388. Quod hic, haeret idem vitium *Eurip.* Iph. in Aul. 8. *Πλειάδος ἀΐσ-*
311 *σων*, versus modulus, ut hic, *ᾄσσων* requirit. Multa dici
a possent, quae hinc forsan aliena viderentur. — In seq. vs. 1353. literam *γ'* in *δ'* immutavi ex Paris. et Flor. atque ita dederat *Musgrav.* — In vs. quoque 1357. vulgatae literam praetuli, quam dabant iidem Codd. *Διά μ' ἔφθειρας, κατὰ δ' ἔκτειναν.* sic paulo post *δ'* est in v. 1361. tales, in senariis non vulgatas,
b Ionicas *Homeri* tmeses supra quasdam attigi in vs. 934. hic positam adhibuit Clar. *G. Koenius* in egregiis ad *Gregor.* de Dial. Adnotat. p. 211. — In vs. 1358. voces *ἀτρέμας, δμῶες*, prout illas transposuit *M.* exhibent quoque Flor. et Paris.

Vs. 1360. *Τίς ἐφέστηκ' ἐνδέξια πλευροῖς;*] Hanc ex uno

Cod. Paris. scripturam recipere non dubitavi, pro vulgata, *Τίς ἐφέστηκεν δεξιὰ πλευροῖς·* quae, prout interpretes illam cepe- c
rant, versum vitiabat. — Qui recte sensum expressit *Heathius*, (vertit enim, *Quisnam lateri astitit a dextra?*) δεξιὰ positum censeus pro *κατὰ τὰ δεξιὰ*, Codicis scripti lectionem mecum probabit. *Ἐνδέξια* sic et *ἐπιδέξια* dixerunt pro *ad dextram: Euripidis* Hippolytus dum ait, *Quis lateri meo adstat ad dex-*
tram? hoc ipso ostendit *Euripides*, quomodo intellexerit Ho- d
merica, *θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν Ὠινοχόει·* nomen *Aiacis* praeco

Δεῖξ' ἐνδέξια πᾶσιν ἀριστήεσσιν·
Βῆ ῥ' ἴμεν αἰτήσων ἐνδέξια φῶτα ἕκαστον.

vid. viri Summi observata in Praefat. Praestantissimi *Dukeri* ad *Thucyd.* p. 11. ubi illud etiam est *Lysiae*, *εἰσιόντων πρὸς*
τῇ Νεμέᾳ ἕστηκεν ἐπιδέξια. *Aristoph.* Pace v. 957. e

Περίϊθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπιδέξια.

vulgatur *ἐπὶ δεξιὰ*, hoc vero poni malim ubi scribitur *ἐπιδέξια*, in *Aristoph.* Av. v. 1566. illic enim opponuntur *ἀρίστερα* et *δε-*
ξιὰ, vid. *Hesych.* in *Ἐνδέξια.* *Homer.* Od. Φ. v. 141. *Ὄρ-*
νυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι. In Eid. inter *Theocritea*
XXV, 18.

Αὖλις δὲ σφισιν ἥδε τεῆς ἐπιδέξια χειρός. a

pro *δεξιῶς* vel *ἐπιδεξίως*, ut apud *Platonem*, *ἐπιδέξια* ponitur *Nicomacho Athenaei* VII. p. 291. C.

Vs. 1361. *Πρόσφορά μ' αἴρετε, σύντονα δ' ἕλκετε Τὸν κακοδαίμονα, καὶ κατάρατον Πατρὸς ἀμπλακίαις.*] Ultimum hoc positum ex Codd. Flor. et Paris. pro *ἀμπλακίᾳ.* — Priora b
sic adhibuit *Auctor* Trag. *Χρ. Π.* v. 1499. *Καὶ πρόσφορ' αἴ-*
ρεθ', ἕλκετ' αὖ γε ξύντονα. Videtur et in iis quae praecedunt *Ἐνδέξια* legisse; nam haec prostant v. 1312. erige caput, *πῆ-*
χυν ἐνθεὶς αὐχένι, Ἐν δεξιᾷ πλευρὰν δὲ τοῦδ' ἀείρατε. Her-
cules acutissimis doloribus confectus in *Soph.* Trach. v. 1024. *Πᾶ μου ψαύεις; ποῖ κλίνεις; Ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς.* *Attii* Phi- c
loctetes:

Agite, ac, vulnus ne succusset gressus, caute ingredimini.

— In vs. 1361. legisse videtur *Scholiasta*, *Πρόσφορά μ' αἴρετ' ἀσύντονα δ' ἕλκετε·* siquidem scripsit *ἀντὶ τοῦ ἀσυντόνως·* *non intento gradu incedentes.* Sed in sequenti Scholio *ἁρμοδίως* pertinet ad *Πρόσφορα·* *commode corpus tollite;* ad *σύν-*

d τονα spectant, ni fallor, reliqua, συμφώνως, μὴ ὁ μὲν ἄνω ὁ δὲ κάτω, ἀλλ' ἐξ ἴσου βαστάζετε. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μουσικῶν τόνων. Saepe σύντονος et συντόνως reponenda sunt, ubi σύντομος et συντόμως vulgantur: nonnunquam dubites utrum aptius sit; quia utrumque etiam interdum iunxerunt, *Clemens Alex.* p. 103, 11. *Plutarch.* II. p. 759. D. ceterique.

e Vs. 1364. Ὅδ' ὁ σεμνὸς ἐγώ, καὶ θεοσέπτωρ,] *Praemia sunt pietatis ubi?* In *Ovidii* Amor. III. El. IX, 37. *Vive pius; moriere, pius cole sacra;* etc. sic ista potius interpungenda videntur:

Vive pius; moriere: pius cole sacra; colentem
Mors gravis a templis in cava busta trahit.

312 Hinc sumtum Θεοσέπτωρ *Hesychio* redditur θεοσεβής· ubi
a versum adnotavit *Euripidis* Cl. *Alberti.* Formas istiusmodi nominum in τωρ, sequutus *Aeschylum* hac etiam in parte, frequentavit *Euripides.* — In vs. 1365. Ὅδ' ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερέχων, si quis ita velit, servari poterit ὑπερέχων· quia tamen σχὼν, σχὲς, et similia Tragicis frequenti sunt in usu, hic accommodatius videtur πάντας ὑπερσχών· *qui pudicitia*
b *supra omnes eminui.* Usitatior est verbi structura qua ponitur in *Xenoph.* Cyneg. p. 568, 31. Qua ὑπερέχειν *Euripidi*, Καθυπερέχειν adhibetur apud *Stobaeum Diotogeni* p. 330, 39. ἀεὶ γὰρ καθυπερέχων (Legendum, δεῖ γὰρ καθυπερέχειν) τὼς ἄλλως ἀρετᾷ, καὶ κατ' αὐτὰν ἄξιον κρίνεσθαι τὸ (L. τῷ) ἄρχειν. restituendum illud in Epistola *Theanus* p. 744. ταύτῃ γὰρ καὶ δυνα-
c τὸν ἀνδρὸς ἐξουσίαν καθυπερέχειν γυναικί. vulgatur ibi καθάπερ ἔχειν.

Vs. 1366. Προὔπτον ἐς ἀΐδαν στείχω, κατάκρας Ὀλέσας βίοτον·] Pro vulgata, ᾅδην, formam ex Cod. Paris. admisi ἀΐδαν, (ἀΐδην Ed. Flor.) obviam et in *Soph.* El. v. 836. Oed. in Col. v. 1686. Quod praeter Paris. dabat Flor. στείχω κατὰ γᾶς· inventum in variis Codd. *Musgravio*, (quorum in uno al-
d terove κατὰ γᾶν·) *Euripidi* paene restituissem: ab instituto me retraxit multiplex usus formulae κατ' ἄκρας, quam leviter attigit *Jac. Tollius* ad *Longin. Π, Ὕ.* p. 235. hoc etiam prolato loco. Si hic fuit ab *Euripide* posita, quod vix opinor, inter varias formulae interpretationes conveniret ἐξ αἰφνιδίου· *qui ex improviso vitam meam perdidi;* sed, nisi fallor, illa Tra-
e gicis est inusitata; atque adeo veram arbitror Codicum lectionem

Προὔπτον ἐς ἀΐδαν στείχω κατὰ γᾶς·

In manifestam mortem vado sub terram. Attio sub terram abditus, Sophocli dicitur;

(Ὦ) τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος,

Oed. in Col. v. 1699. *Sub terram* dicebatur et κατὰ γᾶς· non tantum in κρύψαι κατὰ γᾶς, vel κατὰ χθονὸς, quod usitatissi- a
mum, sed et in aliis locutionibus: *Aristoph.* Nub. v. 188. Pluto v. 238. κατώρυξέν με κατὰ τῆς γῆς. *Plato* Timaeo p. 25. D. ἔδυ κατὰ γῆς· et insula κατὰ τῆς θαλάσσης δῦσα ἠφανίσθη. *Herodot.* IV. P. 338, 19. ἢν μὴ — κατὰ γῆς καταδύητε. *Xenoph. K. Ἀ.* VII. p. 232, 40. *Eustathius* in Od. Z. p. 250, 36. Τὸ εἶσι κατ' οὔρεος Ἀττικὴν ἔχει σύνταξιν, — ὡς καὶ τὸ ὁρᾶν b
κατὰ γῆς. diversa confudit; est enim prius illud, ut ἅλλεσθαι κατὰ τοῦ τείχους· κατὰ κλίμακος καταβαίνειν· ὥρμησεν κατὰ τοῦ κρημνοῦ. — Atticum illud *Euripidis*, Προὔπτον (ἐς ἀΐδαν στείχω) similiter *Sophocles* adhibuit Oed. in Col. v. 1436. dixitque ὁρμώμενον Εἰς προὔπτον ᾅδην· *ruentem ad certum exitium: Phoenicides Stobaei* p. 80, 18. *Grot.* p. 45.

Εἰς προὔπτον ἦλθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν. c

Thucyd. V. c. 99. οὗτοι — ἂν — ἡμᾶς ἐς προὔπτον κίνδυνον καταστήσειαν· a veteribus transsumserunt et illud Atticistae.

Vs. 1369. Μόχθους δ' ἄλλως | Τῆς εὐσεβίας | Εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα] Hic, ut in Cod. Paris. legebantur ista, versui paroemiaco basin anapaesticam praefixi. *Frustra* se *pium* fuisse significat Hippolytus, cuius ista recordabatur *Virgilius*, d
ubi in *tristi multatam morte Camillam* haec dicuntur in Aen. XI, 843.

Nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam
Profuit.

— Ex Ed. prima Flor. receptum εὐσεβίας, pro εὐσεβείας, cur posuerim iuvenes intelligent ex not. in Phoen. v. 1475. Ex e
altera Ed. Hippolyti haec habet *Stobaeus* p. 63, 41. *Grotius* p. 37. Ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ' ἢ μετόπισθεν Τῆς εὐσεβίης ἡ χάρις ἐσθλή. apud *Stobaeum* vulgatur εὐσεβείας χάρις. scribendum:

Ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ'
Ἢ μετόπισθεν
Τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

Vs. 1372. Μέθετέ με τάλανα Καί μοι θάνατος παιὰν ἔλθοι.] Μέθετέ με dant etiam Codd. Flor. et Paris. *Missum me* 313
a
miserum facite; Atque utinam mihi mors veniat horum malo-

rum *medicus!* vel his malis unicum *remedium.* Infelix hoc quoque tentamen est *G. Cuperi* Observ. I. c. I. quo legit, *Καί μοι θανάτου παιὰν ἔλθοι:* redditque ista, *et veniat mihi car-*
b *men lugubre.* Apollo *Παιὰν* et *Παιὼν* dicebatur; a medicorum Deo utrumque fuit a Tragicis ad *medicum* designandum translatum. *Mors*, in malis remedium, *θάνατος*, ut *ἰατρὸς*, et *παιὰν Aeschylus* in Philoctete ap. *Stob.* p. 602, 38.

> *Ὦ θάνατε παιὰν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν·*
> *Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν*
> *Ἰατρός.*

c sic una litera in *ποῖαν* mutata recte correxit *Th. Canter.* V. L. I. c. XIV. collato quoque incerti, forte *Sophoclis*, loco apud *Plutarch.* II. p. 106. D. *Ὦ θάνατε παιὰν μόλοις·* quod illic additur ad *παιὰν*, *ἰατρὸς* esse videtur ex interpretamento adiecto. *Sophoclis* Philoctetes v. 794.

> *Ὦ θάνατε, θάνατε, πῶς, ἀεὶ καλούμενος*
> d *Οὕτω κατ' ἦμαρ, οὐ δύνῃ μολεῖν ποτέ;*

Mors Aeschylo apud *Plutarch.* l. c. dicitur *μέγιστον ἴαμα τῶν πολλῶν κακῶν·* *Diphilo* ap. *Clementem Alex.* Strom VI. p. 744, 25. loquentem de vita humana malorum plena,

> *Τούτων ὁ θάνατος, καθάπερ ἰατρὸς φανεὶς,*
> *Ἀπέλυσε τοὺς ἔχοντας ἀναπαύσας ὕπνῳ·*

e sic emendo verbum illic vulgatum *Ἀνέπαυσε. Sophocles* in perdita Philoctete *Stobaei* Flor. p. 602, 27. *Grot.* p. 492.

> *Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων.*

Eiusdem ex Eriphyle versus ap. *Clem. Alex.* p. 741, 24. hac videtur ratione scribendus,

> *Ἄπελθ'· ἐκείνης ὕπνος ἰατρὸς νόσου.*

a In talibus promiscue usurpantur *ἰατρὸς*, *ἴαμα*, *παυστὴρ*, *παιὰν*, et *παιώνιος.* Ipse etiam Apollo *Paean* invocabatur tanquam potentissimus malorum averruncus: *Eurip.* Androm. v. 900. *Ὦ Φοῖβ' ἀκέστωρ, πημάτων δοίης λύσιν.* in Herc. v. 820. *Ὦ ἄναξ παιὰν, Ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων.* in Alc. v. 91. *Εἰ γὰρ μετακύμιος ἅτας, Ἰὼ Παιὰν, φανείης.* v. 220. *Ὦ ἄναξ Παιὰν, Ἔξευρε μηχανάν τιν' Ἀδμήτῳ κακῶν.* In *Sophoclis*
b Philoct. v. 168. *αὐτῷ Παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν*, *Schol.* interpretatur, *θεραπείαν ἐξευρίσκειν·* in Trachiniis v. 1225. dixit *Soph. παιώνιον Καὶ μοῦνον ἰατῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν.*

Vs. 1374. *Προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε τὸν δυσδαί- | μον'. ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι | Διαμοιράσαι.*] Duabus literis bis scriptis eleganter ista *Marklandus*, ut versum efficeret anapaesticum, sic corrigere tentabat, *τὸν δυσδαί- | μονα μ'· ἀμ-* c *φιτόμου λόγχας.* Vocula transposita scribi malebat *Heathius*, *Προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε δυσδαίμονα | Τόνδ'· ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι.* Tutissimum forte fuerit versus constituisse, prout leguntur in Cod. Paris.

Προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε τὸν
Δυσδαίμον'· ἀμφιτόμου
Λόγχας ἔραμαι διαμοιράσαι,
Διά τ' εὐνάσαι τὸν ἐμὸν βιοτόν. d

Ultimum illud *εὐνάσαι* duabus non sane felicissimis coniecturis tentat vir D. Dubites scripseritne hic *Euripides διαμοιράσαι*, an *διαμοιρᾶσθαι.* Utramque formam adhibuit in Hecuba v. 717. *Ὡς διεμοιράσω Χρόα, σιδαρέῳ Τεμὼν φασγάνῳ Μέλεα τοῦδε παιδός·* et v. 1079. *Ποῖ, πᾶ φέρομαι, τέκν' ἔρημα λιπὼν Βάκχαις ᾅδου διαμοιράσαι. Schol. ὥστε διασπαράξαι καὶ διαμερί-* e *σαι μεληδόν. Hesychius* praebet quidem *Διαμοιράσαι, διαμερίσαι.* sed et *Διαμοιρωμένα, διαιροῦσα.* et *Διεμοιρήσαντο.* Ut *Ennii* dicebat Hecuba, *date ferrum, qui me anima privem;* vehementissimis doloribus excarnificatus Hippolytus, *ensem,* inquit, *desidero ancipitem, quo me secem in partes, quodque mihi vitae superest eripiam.* Eleganter dixit *Euripides διευνάσαι βίοτον, oculos clausos in aeternum somnum consopire. So-* 314
phoclis est versus a

Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.

vid. Hipp. v. 562. In eius Trach. v. 1022. *Ἐᾶτέ με δύσμορον εὐνάσαι, Ἐᾶτέ με ὕστατον εὐνάσαι.* sic legisse videtur *Schol. ὕστατον εὐνάσαι*, est *διευνάσαι βίοτον.*

Vs. 1378. *Ὦ πατρὸς ἐμοῦ δύστανος ἀρά·*] Formam Dori- b
cam Cod. dabat Par. — Sequentes duo versus sic transponendos *Heathius* et *Reiskius* probabiliter iudicarunt ut legerentur, *Παλαιῶν προγεννητόρων Μιαιφόνων τε συγγόνων Ἐξορίζεται κακὸν, οὐδὲ μέλλει.* Tantalus, Pelops, Atreus, et Thyestes hic recte *Heathio* intelliguntur: erat enim paternus Hippolyti proavus Pittheus, *Παῖς, ὥς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος, Eurip.* Med. v. 640. — In vs. 1382. Flor. Cod. habebat *Ἔμολ',* c
ἔμολ', ἐπ' ἐμέ· Paris. *Ἔμολ' ἐπ' ἐμέ.* — Ex vs. 1385. literam eieci, quam non agnoscebant isti duo Codd. quia hic superflua nullum usum praestare videbatur. — In vs. 1387. *Εἴ-*

θε με κοιμάσειε τὸν δυσδαίμονα· Cod. dat Paris. κοιμίσειε· sicut saepe variatur in his: vid. Clariss. *Ernestus* in *Callim.* h.
d in Del. v. 110. Sequentem versum a vulgato longe diversum sic exhibent: Ἅδου γε νυκτὸς δυστάλαιν' ἀνάγκα· sincerum utique est κοιμάσειε. Apud *Soph.* in Elec. v. 510. ποντισθεὶς Μυρτίλος ἐκοιμάθη· *in mare praecipitatus Myrtilus obdormivit*, ἀπέθανε. Talia dantur plurima, quorum nonnulla, hunc etiam Hippolyti locum protulit vir minime vulgaris *A. Schultens* in *Jobum* p. 67. — Huius similia Herculis sunt in *Sopho-*
e *clis* Trachin. vota, v. 1058. Ὦ γλυκὺς Ἀΐδας, εὔνασον, εὔνασον, ὠκυπέτῃ μόρῳ Τὸν μέλεον φθίσας. illic vitiosa leguntur v. 1102.

Ὦ ναξ ἀΐδη δέξαι μ', ὦ Διὸς ἀκτὶς παῖσον·

si versus fuit iambicus, scribi potuit — δέξαι με, Διὸς ἀκτὶς πέσον. et πέσον placuit etiam ill. *Bouhierio* in *Ciceron.* Tusc. II. c. 9. p. 131. Sed mihi valde displicet, Ὦ ναξ ἀΐδη· ubi non
a mox sequitur Ἔνσεισον ὦ ναξ — Rex *Jupiter*, *mi pater.* Velut duo versus in *Ald.* Ed. interiiciuntur inter senarios ista. Scripseratne forsan,

Ὦ νὺξ, ἀΐδι δέξαι με, Διὸς ἀκτὶς πέσον.

O nox aeterna, in orcum me recipe. in *Soph.* est Aj. v. 669. Ἀλλ' αὐτὸ νὺξ ᾅδης τε σωζόντων κάτω.

b Vs. 1389. Ὦ τλῆμον, οἵᾳ συμφορᾷ συνεζύγης] Ultimum illud *Euripidi* restitui Codicum auctoritate motus atque usu, pro προσεζύγης inusitato: alterum, in Codd. inventum *Musgravio*, praeter Ed. primam Flor. dabant Par. et Flor. in quibus etiam legebatur, οἵαις συμφοραῖς· et, pro διώλεσεν, versu seq. ἀπώλεσεν. His suo loco relictis, probandum tamen
c erat συνεζύγης· hinc acceptum in *Χρ. Η.* v. 806.

Ὦ τέκνον, οἵᾳ συμφορᾷ συνεζύγης·
Τὸ δ' εὐγενές σου τῶν φρενῶν σῶον μένει.

